P E

Bell

JURECO

ET SE

EMANV

SABA

C

De Re mili

diuiſ

In quo, præter ea, q

multa, quæ ad ciu

tinguntur; omnib

CVM



Venetijs excudeba *is.*

M

PETRINI

Belli, Albensis,

IVRECONSVLTI INCLITI

ET SERENISSIMI

EMANVELIS PHILIBERTI,

SABAVDIAE DVCIS

CONCILIARII,

De Re militari & Bello tractatus,
diuisus in partes XI.

In quo, præter ea, quæ de Re militari tractantur, obiter multa, quæ ad ciuilem administrationem attinent, attinguntur; omnibus iudicibus apprimè necessarius.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetijs excudebat Franciscus de Portonarijs.

M D LXIII.

Extrait du priuillege du Roy.

Aujourdhui Vingt huictieme iour d'aouſt mil cinqcens ſoicantedeux le Roy eſtant au camp deuant Borges a permes, octroie, & accorde au Segneur Perin Bel d'Albe, conſiglier deſtat de monſegneur le Duc de Sauoye, quid puiſſe, & luy ſoit loiſible faire imprimer par tel imprimeur de ce Royaulme, & aultre, & auci telz uolumes & caractaires que luy bon ſemblera ung liure par lui componſe, intitule, Tractatus de Bello, & re militari, *auec priuillege ſpecial au ditz libraires, que aultre que luy ne le porra uendre, diſtribuer, ne expoſer en uente en quelque ſorte que ce ſoit durant le temps & terme de dix ans prochains uenans & conſequens, a commencer du iour que le dit liure ſera paracheue, d'imprimer. Ce que ſa Maieſte deffend tres expreſſement a tous imprimeurs quelonques ſur poyne de confiſcation deſditz liures, & d'amende arbitraire. Mayant ſurs commandè ſadit maieſte expedier ce preſent breuet pour la ioniſſance de la dit permiſſion la Royne ſa mere preſente.*

Sic ſubſcriptum.

Robertet.

Et cum priuilegio Illuſtriſſimi Senatus Venetiarum, & aliorum Principum.



SERENISS. ATQVE INVICTISS. PHILIPPO HISPANIARVM REGI,

Petrinus Bellus Iurisconſ. S. & F. præcatur.



Vòd ego tàm exilis vir ingenij tàm tenuis fortunæ te Philippe Rex maxime & inuictiſs. ſcriptis meis inuocare, tuoq; nomini qualeſcunque labores meos dicare auſus ſim, non immeritò mirabuntur omnes, nonnulli etiam coarguent, ac reprehendent: cùm id maximis ingenijs, doctiſſimis, ac ſummis viris, inter quos me non auſim connumerare, vix conari liceat. Confirmabit hanc de me opinionem titulus ipſe operis; vt enim ab Annibale deriſus fuit Philoſophus coràm eo de officio Imperatoris, de cæteris ad rem bellicam ſpectantibus declamans, & docens; ſic ego, qui ad Regem maximum, ad Imperatorem præcipuum ipſa de re militari conſcribam, videbor non carere arrogantia, ac temeritate; hæc mihi primùm eſt diluenda, ac deuitanda culpa, aut ſaltem

ſaltem excuſanda, & leuanda ratione aliqua. Illud igitur primùm reſpondebo me non profiteri in hoc meo opere magiſtram artem tirones cæterosq; milites deligendi, non eos docendi atque inſtituendi ad gradum, ad ſaltum, ad curſum, ad miſsilia, ad vitanda uel inferenda vulnera, ad reliqua munia, non etiam Duci ipſi præſcribere quem locum caſtris ponendis deligat, quomodo acies inſtruat, quos in ſubſidijs collocet, quibus remedijs dolo, aut uirtuti hoſtium occurrat, qua ratione, aut quibus machinis vrbes ſuas tueatur, aut hoſtiles expugnet; non denique regulas, aut leges bellorum conſtituere; inſulſiſsimus ſim enim hæc docens, aut proſequens, cui meritò dicatur, Ne ſutor ſupra crepidam; quamuis neque uſque adeo peccent, qui hæc ad Reges, atque Imperatores conſcribunt, vt ſint inexcuſabiles, aut ridiculi; neque enim defuerunt melioribus ſeculis, qui hæc ſcriberent, ut Frontinus Diuo Traiano, Ælianus ad Adrianum, Flauius Vegetius ad Valentinianum, Modeſtus ad Tacitum, & ante eos omnes ad ipſum Auguſtum Imperatorum omnium maximum, Paternus: quorum opera neque inanis fuit habita, neque forte inutilis; verum longè alius meus eſt hic labor, longè etiam alienum

meum institutum, meumve propositum. Cùm e-
nim omnibus ferè retroactis seculis Reges, & po-
puli perpetua quadam, iure ipso gentium adinuen
ta, lege, seu uerius Deo ipso auctore eorum ani-
mis infusa, obseruauerint, ne prius bella indice-
rent, quam probata indicendi ratione, & causa,
hanc Christianis Regibus, ac principibus, & po-
pulis probatam esse legem summè addecet, atque
etiam oportet. Quod qui non faciunt, ius gentium
violare haud verebor dicere, immo & in omne
humanum genus, atque etiam in ipsum Deum
grauiter peccare. Quid sunt enim aliud bella, sub-
mota Iustitia, quàm aperta latrocinia? quid ve-
rò minus Principem decet, præsertim qui Christo,
et verò Deo credat, quàm auctorem esse cædium,
rapinarum, incendiorum, vastationum, tot de-
nique, & tantorum scelerum, quæ bellis commit-
tuntur, si ea sola libidine, non etiam certa, & pro
bata ratione iubeat fieri? Quid quòd ipsas bello-
rum causas, atque initia non est satis esse probata,
& legitima, nisi eadem ratione, qua sunt suscepta,
gerantur, & terminentur. Neque enim quia
Principi facultas adsit gerendi belli, atque etiam
auctoritas, ac ratio, passim debet in omnes, etiam
qui sunt in hostico, sæuire, & milites suos im-

mittere;

mittere; sed personarum, rerum, temporum, alio-
rumq; multorum ratio est habenda; sed neque
militibus omnia permittet, etiam si suo id faciant
commodo; sed considerabit, quid liceat, quid ve ex
pediat. Hæc ego animo meo voluens, quum à tem-
pore indicti belli per Franciscum Francorum Re-
gem Carolo Sabaudiæ Duci citra in castris inui
ctiss. Caroli Quinti patris tui Rex max. sub Al-
fonso Daualo Marchione Vasti, Sub Ferdinan
do Gonzaga, sub ipso Albæ Duce militauerim, au
diendis militaribus causis iuri, atque iustitiæ di-
cendæ præpositus, vnde & officio meo Auditoris
nomen inditum; cumq;, post susceptas per M. T.
tantorum regnorum habenas, sub Reueren. Cardi
nali Tridentino, atque ipso Marchione Piscariæ,
viro non minus propria, quàm paterna virtute et
nomine claro, ab eo ordine ad Consiliarij bellici mu
nus promotus, sub eis, ac postremo sub ipso Sinues-
sano Duce vsque in finem bellorum, & conclusam
pacem continuè vitam egerim, & qui nigro ca-
pillo, & florente ætate militiæ fui desumptus, ca-
nis omnibus pilis, & effœta ferè ætate eam desero:
hæc inquam per tot annos animo meo voluens, &
reputans, non inanem neque indignam mea pro-
fessione, meoq; instituto, atque etiam pio ani-
mo sum

mo ſum arbitratus hanc operam, vt de Bello, &
de Re Militari aliquid ſcriberem, quo & princi-
pes admonerentur, quid poßint, quid liceat, quid-
qué etiam eos deceat in bellis indicendis, quid e-
tiam in fœderibus aut concludendis, aut obſeruan
dis, quid in eis poßint ipſi exercituum ductores,
aut quid eis ſit interdictum, quid ipſos milites in
armatos hoſtes, in captos, in deditos deceat, &
quid inter ſe ipſos, quid in prouinciales tam hoſti-
les, quam ſuos, quid in quodlibet hominum genus,
quid etiam in res omnes tam animatas quam ina
nimatas concedatur; quid denique Prouinciales
erga Principem, qui bellum gerat, quid erga ip-
ſos milites, aut facere, aut pati oporteat. Hæc ſi
certa lege concluderem & memoriæ mandarem,
ſperaui duo hæc conſequuturum; primum quidem
me tot annos neque ſegniter, neque ociosè con-
triuiſſe demonſtraturum; tum & Reipublicæ, ſi
nonmultum, ſaltem aliquid opis contuliſſe.
Quòd verò te Rex inuictiſſ. potißimum delege-
rim, cui tantillum doni atque operis dicarim, non
tam audaciæ fuit, quam obligationis meæ, & de
biti. Cùm enim totos meliores annos meos Sere-
niſſ. maximoq; omnium ſui ætui principum Caro-
lo parenti tuo, tuæq; Celſitudini militauerim;

cùm

Cùm ſub vtriuſque tam parentis quam filij clypeo contra maximas tempeſtates, & rerum turbines delituerim, amplis inſuper donis acceptis, cui magis decuit grati animi ſedulam & deuotam gratiam, quo licebat modo, referre, quàm tanti Imperatoris filio, tam magno, tam inuicto, tam ſplendido & magnanimo Regi? ad quem aptius de bello ſcriberem, quàm ad eum, qui grauiſſima bella, multis ſeculis debacchata, quorum deſperabatur finis atque exitus, ſumma felicitate confecit, et maxima æquanimitate concluſit? ad quem denique de fœderibus, de pace, qua ego hoc opuſculum meum peregi, uerba facere oportuit, quàm ad eum Regem, qui tam diu exulem pacem, cunctis deſideratam, ab omnibus deſperatam, ſola Diuina ope expectatam, nullo penè negotio, ſanctiſſimis, atque æquiſſ. legibus, maxima iuſtitia, orbi reſtituerit? tanta verò integritate, tanta Principum, ciuitatum, ac populorum gratia atque lætitia, vt res componere, publicæq; quieti conſulere maluerit, quàm vincere. Cæterum, quum Perſarum lege cautum eſſet, ne quis ſine munere Regem adiret, Diuinaq; etiam, ne quis vacuus coràm Deo appareret, tu mihi & Rex optimus, & terrenus Deus maximus, non quale te

decet

decet accipere, ſed quale ego poſſum donum offerre, tua conſueta, & cunctis nota hilaritate & benignitate ſuſcipe. & me T. M. addictum, ac deuotum ſub vmbra tua patere ſenectam meam, & quod ſuperest vitæ requieſcere; exiguumq; hoc muneris ex humanitate, & clementia tua & offerentis animo ſuſcipe magis, quàm ex re ipſa. Vale ſpes vnica Chriſtiani orbis, & Regum decus.

FEDERICI ALSINARII
Comitis Camerani.

ILiadem Bellus perluſtrans Palladis ictu
Proſtratum Martem vidit, & ingemuit,
Atque ait, has artes peperi, Mars accipe, doctus
Palladis & poſthac iurgia ne timeas.

Philibertus à Pingon Baro Cuſiaſi, Sabaudiæ Referendarius in Petrini Belli libellum.

Non niſi Pelidæ miles, uel Vlyſsis Homero
Cognitus; Aeneam nil Maro præter habet,
Nec niſi cognatas acies Lucane canebas
Alterius ſolam dat tuba Thebaidem:
Quotquot apud Graios, & apud ſcripſere Latinos,
Vnum neſcio quid ἀκεφαλονq; docent.
Siſtite, manca etiam quondam panxiſtis, in artem
Bella doni redigit Bellus habenda foris.

Franciſci Ferrarij in Petrini Belli librum.

Inter Ieſſeæ quæ maxima munera gentem
Rex cælitum conceſſerat,
Bis ſeptem Eoo ardebant fulgore lapilli

Summo ſacerdotis humero:
Hinc Dux in dubijs ſupplex reſponſa petebat
Sanctiſsimo de numine.
At nunc gradiui ſeu triſtia munera curas,
Oppreſſus hoſte ab impio,
Hæc conſtanti animo Belli præcepta tenentem
Felix ſequetur exitus;
Seu potius poſito æternam certamine pacem
Exerceas, æquiſsima
Fœdera quæ ſint, quæ uictis uenia hoſtibus, & quid
Regnum optime conſtituerit
Aeterni expreſsit facundè pagina Belli.
Sit Imperator fortior,
Ambigeres cunctis, prudentior an ne ſenator,
Orator an diſertior.

In eundem.

Caſtrorum leges, Romanaq; ſuſcitat arma
Bellus in antiquum reſtituitque decus.
Artibus his fracti Pœni, fuſusq; Niphates
Et regum Latio colla ſubacta iugo,
Innumeri tibi debentur Petrine triumphi,
Aſpera qui dextro numine bella regis.
Siue mari uincat ſeu terra Dux, tibi habenda
Gratia, quod uincit muneris omne tui eſt.

Aliud in eundem.

Exorto Belli fœtu contentio diuis
Incenſa eſt. Bellum nam ſibi quiſque cupit.

Iure ſuo Pallas hunc uindicat alma, ſacratum
Diua ſibi a teneris, hunc propriumq; uocat.
Exacuit Martem Belli ſonus, intonat ille
Atque iterum Bellum ſub ſua iura trahit.
Præreptum uatem indignatur Phœbus Apollo,
Nam Phœbum terris iura dediſſe ferunt.
At quia, Maieſtas ſoliorum, & ſceptra ſuperba
Qua, pace, & bello lege tuenda, canit,
Conſilijs adhibet ſocium Rex ætheris altus,
Adſcribit primis ordinibusq; Deum.

Bernardini Fraghetti Sereniſſimi Sabaudiæ
Reguli apud Oratorem ſuum ad
Venetam Rempubli-
cam à ſecretis.

Perbellè ac bene BELLE doces quà bella gerantur,
Siue domi fuerint, ſiue gerenda foris:
Ardua facta uirum multi cecinere poetæ,
Vnde ſibi æternum commeruere decus:
Scripta quidem ueterum uix ſunt imitanda beatis
Ingenijs: tua plus laudis, & artis habent:
Martia ſiue tyro cupiat, ſeu bellica doctus,
Hæc legat, & quo ſint caſtra regenda modo.
Ergo tibi à cunctis debetur gloria maior,
Inclyta militiæ qui do cumenta doces:
Quàm quibus ornatis ſtudium fuit edere uerbis
Facta uirum, fictis prorſus imaginibus.

PETRINI BELLI
ALBENSIS
IVRISCON. INCLITI
ET SERENIS. EMANVELIS
Philiberti Sabaudiæ Ducis
Consiliarij,

DE RE MILITARI ET DE BELLO
Tractatus diuisus in partes vndecim.

PARS PRIMA.

SVMMARIVM.

Primus in vrbe frater fratrem occidit.
1
Prælium in cœlo factum.
2
Bella vigebunt vsque in finem seculorum.
3

De belli origine & antiquitate. Titulus primus.



1 BELLVM antiquum esse hominibus negotium, & cum ipso penè humano genere exortum, satis in comperto est. †Cùm enim duo essent tantum ex communi illo omnium parente geniti fratres, alterum in alterum insurrexisse narrant sacræ literæ Gen. iiij. Ita vt verè dici cum poeta quodam possit,

Fraterno primę maduerũt sanguine glebę.

Quòd alibi de Romæ conditoribus
2 scribitur. †Imo & ante orbem ipsum à summo illo opifice perfectũ, factum esse prælium in cœlo scribitur Apoc. xij. vsque adeò terræ

ac cęlo difficilem & inconceſſam pacem eſſe, quam non antecedat bellum, placuit Deo. Nihil eſt igitur ꝙ admiremur omnibus ſeculis ab ipſo orbis initio, populos, Reges, ac cæteros Principes bella vſque in hanc noſtram ætatem produxiſſe, quòd ſacræ Bibliæ,
3 Gręcorumque, ac Latinorum annalia teſtantur. † Neque eſſe hoc malum deſiturum, donec orbis ipſe deficiat monemur ſacro eloquio, prout habetur Matth. 24. & Luc. 13. De bello igitur & re ipſa militari quædam ſcripturus, ipſam prius nominis vim & proprietatem perſcrutabor.

SVMMARIVM.

1 *Bellum vnde dictum.*
2 *Duellum.*
3 *Perduelles.*
4 *Milites cur dicti & Militia.*
5 *Exercitus vnde appellatus.*

Bellum vnde dictum. Titulus II.

1 BELLVM à Belluis dictum credidit Feſtus Pomp. quaſi ipſum belluis magis quàm hominibus conueniat: vnde & Cicero, Cum ſint, inquit, duo genera decertandi, vnum per diſceptationem, alterum per vim; cumque illud ſit proprium hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti
2 ſuperiore non licet. † Duellumque prius vocitatum idem Feſtus
3 dixit, † non quaſi duorum, ſed duarum partium: vnde & hoſtes perduelles, ceu pertinatius duellantes, ac repugnantes: Hinc alibi Cicero, Qui proprio nomine, inquit, perduellis erat, hoſtis vocabatur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante, cùm prius hoſtis diceretur, qui nobis peregrinus dicitur. Sed neque ineptè deriuabitur à bello quòd eſt pulchrum, cùm ſit formoſa, & terribilis caſtrorum acies ordinata: ſiue etiam ita per antiphraſim dictum malis, quaſi minimè bellum aut pulchrum, prout & Militiam à mollitie dictam idem Feſtus autumat, quamuis aliud viſum ſit Iuriſconſulto in l. j. in fi. ff. de mil. teſt.
4 † Miles vero à malo eſt dictus, quòd à ſuis arcet, vel à millenario, vt eſt in l. j. in fi. ff. de teſta. mili. vbi
5 & † exercitum ab exercitio nuncupatum dicitur: vnde & infert Vegetius nunquàm debere eum obliuiſci vnde ſit dictus. Nihil verò

verò aliud est exercitus, secundum eundem Vegetium, quàm peditum atque equitum ad gerendum bellum multitudo collecta, cui applaudet tex.in l.ij.§.exercitum.ff.de his qui not.infa.

SVMMARIVM.

1 *Calamitates hominum à bello exortæ.*

Bella vnde exorta. Titulus III.

1 

RIGINEM ipsam bellorum inter homines ab iniuria processisse credendum est, siue inferenda, siue propulsanda: Nam vt Paul.de Cast. exorditur in consi.cccxcix.cuius initium est, Priusquàm iura fierent,lib.j.Illo rudi seculo,ante iura condita,nullo iudiciali ordine suum quis consequebatur, sed aut Regia manu, si Regis erat facultas, vel auctoritate propria & bello suscepto: ꝙ tam diuino,quàm naturali, ac gentium iure concedebatur:quòd ibi latius Pau.prosequitur,sed& omnes hominum calamitates à bello ortas dixit Bal.in l.j.in j.oppo. C. de ser.fugit.

SVMMARIVM.

1 *Bellum triplex.*
2 *Bella quinque modis iniusta.*
3 *Bellum internum & externum.*
4 *Arma militiæ internæ.*

Belli species. Titulus IIII.

1 

TRIPLEX esse bellum dixit Bal.in l.ij.nu.71.C.de serui.inuasionis scilicet,defensionis,& recuperationis, quòd ad instar interdictorum possessoriorum desumpsisse credi potest,quæ sunt adipiscendæ,retinendæ, & recuperandæ possessionis, quando & pro his ab initio cęptum est disceptari. At gl.in c.
2 quòd autem.xxiij.q.ij.quinque modis dixit †bella iniusta fieri,ex persona,vt in sacerdote: ex re,pro qua non deceat: ex causa, quia voluntaria,non necessaria: ex animo & intentione, vt vindictæ & vltionis gratia:ex auctoritate si ea desit: & ista quinque prosequi-

tur idem Bald. in consil.ccccxxxix.ad bellum iustum, lib.v. Host. vero in summ.de treu.& pa.& in c.j. de homici.in vj. septem enu-
rat belli species: simplicius autem multò Panor.in c.sicut, col.iij.
3 de iureiur. † duas facit species: proprium, & improprium: sunt
& externa, atque interna bella. Illa quidem de quibus sum tra-
ctaturus. Altera autem de quibus scriptum est Iob. 7. militia est
4 vita hominis super terram: & in epistola Iac.cap.4. † bella sunt in
nobis ex concupiscentijs nostris: huiusmodi milites hortatur Pau.
Ephe.6.eodemque vltimo, vt induant armaturam fidei & Dei, su-
mant loricam iustitiæ, scutum fidei, galeam salutis, & gladium
spiritus. Illam verò loricam fidei, & charitatis, & galeam, spem
salutis dixit in epistola ad Thesalon, c. v. licet & hoc bellum ex-
ternum etiam dici possit: cum idem Apostolus Ephe. 6. moneat
non esse nobis colluctationem aduersus carnem, & sanguinem, sed
aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum: sed isto præ
termisso, cum non sit nostri propositi, prius prosequar quis possit
bellum indicere.

SVMMARIVM.

1 *Princeps quilibet potest bellum indicere qui alium non recognoscit.*
2 *Venetia communis patria.*
3 *Populus qui non recognoscit superiorem, potest bellum indicere.*
4 *Seruitutes, & postliminia iure gentium inducta sunt, non iure Romano.*
5 *Qui superiorem habet, debet Domino suo referre, non sua auctoritate bellum indicere.*
6 *Princeps non potest bellum indicere ei qui superiorem recognoscit, nisi prius supremo Domino denuntiet causas.*
7 *Bellum potest indici pro vendicanda iniuria, & vlciscenda.*
8 *Prælatis an liceat bellum indicere.*
9 *Potest Princeps, etiam inferior, bellum facere contra vasallum suum rebellem.*
10 *Hostis aliud est quàm rebellis.*
11 *Capti inter Christianos non sunt serui.*
12 *Cum prædonibus iure gentium non agitur.*
13 *Cum rebelli non agitur iure gentium.*

Quis

Quis posſit bellum indicere. Titulus V.

QVVM ſuprà dictum ſit in indicendo bello auctoritatem requiri, operæpretium eſt videre quis poſſit bellum indicere, † & proculdubio Princeps, ita
1 Inno. in c. olim, el. j. de reſt. ſpo. & Panor. d. c. ſicut, col. iij. qui exemplum ponunt in Papa & Imperatore, Regibusque Hiſpaniarum & Galliæ. Eſtque ibi additio hanc eandem tribuens facultatem Duci Mediolani, cùm in ſtatu ſuo vice ſit ſupremi Principis, & habeat poteſtatis plenitudinem, ſicut Imperator. Quod multo prius dixit Oldra. conſi. lxx. vbi latè materiam iſtam pertractat, & diſtinguit inter ius poli, & ius fori, & in hoc vltimo adhuc ſubdiſtinguit an qui indicit, & cui indicitur, alium in ſuperiorem recognoſcat, an non: & ſi quidem recognoſcat, eius licentiam dicit requiri, alias iure ſuo vtatur, cùm deſit qui iuſtitiam miniſtret. Iure autem poli, conſiderandam inquit voluntatem, & cauſam: quòd eò pertinet ne tan tam rem Princeps temerè moliatur. Hac eadem poteſtate vſuros Venetos dixit Bar. in l. hoſtes, ff. de cap. & Bal. in rub. ff. de re. diui.
2 Hancque vrbem nouam Romam dixit Fulg. in conſ. lxij. col. ij. † Et communem patriam vocat eam Comen. in conſi. lxxij. in fine, & iterum in conſi. cxl. vbi addit non regi eam Imperialibus legibus, ſed naturali iuſtitia, & iure à ſe condito. Eamque & nos non immerito culmen, & decus Italiæ dicemus, cum ſola, vel exoriens, contra Barbaricas gentes, & rapinas, ac vaſtationes, tutiſsimum præbuerit Italis refugium, ſolaque hodie Italam libertatem, & di
3 gnitatem conſeruet & tueatur. † Ego vero ſimplicius puto populum quemlibet, ac gentem, quæ ſuis viuat legibus, atque arbitrio, aut etiam Regem, aut alium Principem ſui omnino iuris, poſſe cùm libeat, & cauſa ſubſit, bellum indicere: quòd tenuit Cald. in conſi. j. de treu. & pa. circa prin. & eſt de mente Card. Caiet. in ſua ſum. in ver. bellum, in prin. verſi. Principis autem nomine: ſic tota prima Liuij decade legimus, Sabinos, Faliſcos, Veientes, Equos, Volſcos, Samnites, Latinos, Ethruſcos, Tarentinos, Lucanos, Brutios, Gallos, Ligures cum Romanis dimicaſſe, ipſosque Romanos cum Cartaginenſibus, Acheis, Etolis, cum Macedonum Regibus, cum Antioco, cum Mitridate certaſſe. Malè igitur reprehendit Bartolum Ang. in diſputatione ſua, quæ incipit, renouata guerra, dicitque quòd ſi Ciuitates quæ ſuperiorem

rem non recognoſcunt inter ſe belligerent non erit locus inter eas captiuitatis iuri, neque poſtliminij, propterea quòd deſit belli indicendi auctoritas: Et qui vult contrarium dicere, alleget legem quæ hoc probet: cuius contrarium voluit Bar. eius præceptor: ſed contra Angel. tenet Are. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. in ij. col. verſic. ſuper ſecundo. Poſſet tamen ſeruari dictum Ang. ex ijs quæ dicam infrà titulo iſto. In alio tamen errat Are. ibi, dum præſupponit ius poſtliminij ſolum eſſe inductum inter Po. Ro. & eius
4 hoſtes, vt ibi verſi. præterea dato. † Certum eſt enim ꝙ ipſo gentium iure inductæ ſunt ſeruitutes, & poſtliminia, vt in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. in c. iuſgentium, prima diſtin. Neque quiſquàm arbitrabitur Athenienſem, vel Spartanum captum à Perſis, ſi ad ſuos reuerſus ſit, non ſtatim priſtinum ſtatum recuperaſſe, itidemque Perſam à Grecis captum & ad ſuos reuerſum: cùm tamen eo tempore neque Iura Romanorum, neque forte ipſa Roma eſſent condita: ſeruari tamen poſſet Aret. vt dicamus, prout dicitur de contractibus, quòd licet ſint iuriſgentium, ſunt tamen etiam iuris ciuilis Romanorum, propter ſolennitates, & approbationem eorum: & ſicut dicitur de poſſeſsione, quę ſimpliciter ſumpta eſt de iure gentium, ſed diſpoſitione eſt de iure ciuili: vt per Bar. & alios in l. j. in prin. ff. de acquir. poſſ. quòd poſſet alijs ſimilibus confirmari.
5 † Sciendum eſt etiam, ſi ſuperiorem habeat is qui bellum denuntiat, liber verò cui denuntiatur, quòd adhuc ſupremi Domini eſt aſſenſus requirendus, quòd, præter Old. volunt Inn. & Pan. in locis ſupra citatis. Neque huius eſt obſcura aut incerta ratio, ne ſcilicet contemnatur Dominus, cùm ſua præſertim valde poſsit intereſſe, cùm ſerpant ſæpè bella in finitimos, & cum teneatur Dominus ſuum tueri vaſallum ab opprimentibus, vimque atque iniuriam ab eo arcere, vt dixit Iſer. in c. j. §. item qui dominum, in tit. quæ fuit prima cauſa bene. amit. Debeatque pro eo pugnare, etiam extra regnum, vt per eundem Iſer. in c. j. col. j. qui. mod. feu. amitt. quòd etiam habetur in c. j. ver. contra omnes, vbi Afflic. nu. 38. in tit. hic finitur lex. vbi fortius auſus eſt idem Afflic. dicere, ꝙ ſi dominus hoc facere omittat, amittit omne ius ſuum: Nimirum igitur ſi non licet vaſallo tantam rem moliri irrequiſito domino. Bal. verò in conſi. ccccclxxxiij. cuius initium eſt, mag. D. Nannus, nu. 3. li. j. dicit ꝙ propter tres cauſas non licet mouere arma inſcio, aut inuito Domino, quia armorum vſus eſt per ll. interdictus, quia bella ſunt contra ius naturale, niſi adſit defenſionis neceſsitas, & quia deſtruuntur territoria, quæ ſunt Dominorum, pro eorum directo

dominio

dominio : vnde ſi vaſallus eum non requirat , inquit Bald. amittit feudum: Sal. tamen in l. ab hoſtibus, col. pe. verſ. ſi autem è conuerſo, C. de poſtli. re. dicit, quòd habens ſuperiorem, eo non requiſito poteſt bellum indicere ei qui ſuperiorem non habet, quòd ego pu
6 to minus bene dictum, propter ea quæ dixi ſupra. † Conſimili ratione debet is qui bellum indicit requirere ſuperiorem aduerſarij ſui : qui ſi ſit paratus de ſuo vaſallo iuſtitiam facere , bello eſt abſtinendum : cum enim pro repetendis rebus , vel pro repellenda, ſiue etiam vindicanda iniuria moueantur arma . Quid eis eſt opus, ſi ſit parata iuſtitia , & ſatisfactio ? Quod ſi hæc deſit , ferro agi poteſt . Ita eſt de mente Hoſt. in d. tit. de treu. & pac. in ſum. §. quid ſit iuſtum, col. iiij. & Bar. in tract. repreſa. in iij. q. ij. q. principalis, & probatur in c. Dominus, cum glo. xxiij. q. ij. vbi ponitur exemplum de Rege Angliæ , cui fuit indictum bellum , quia noluit de quibuſ-
7 dam ſubditis ſuis iniurioſis iuſtitiam facere . † Neque debet abſurdum videri ꝙ proximè dixi, pro vindicanda iniuria licere bellum mouere, cuius contrarium dicitur in glo. xxiij. q. ij. c. quòd autem : refert enim qualis iniuria, qualisúe ſit vltio . Alias enim iniuſtum fuiſſet bellum, quod Dauid Rex intulit Regi Ammonitarum propter deriſos legatos ſuos , vt habetur 2. Regum c. 10. cum duob. ſeq.

Quòd ſi vterque tam qui indicit, quàm cui indicitur ſuperiorem habet , fortius erit concludendum prius eum eſſe admonendum , aliàs fortè incidunt in crimen læſæ maieſtatis , ita Cald. in d. conſi. j. col. v. verſ. interdum vnus Dominus. Quinimo ſi quis proprium vaſallum ſuum , præpotentem fortè atque audacem, velit caſtigare, conſultius eſt, vt ſuperior , & communis Dominus adeatur : Ita Hoſt. in d. §. quid ſit iuſtum, col. j. verſi. quid ergo, & verſi. vlt. quòd & voluit Bar. in l. ex hoc iure, in j. q. ff. de iuſt. & iur. reprobata opi. Gul. de Cun. aliter tenentis , de quo tamen vide quòd ſequitur in
8 ſeq. verſ. Et præmiſſa intellige in Principibus laicis , † in eccleſiaſticis verò , quod attinet ad Papam , iam ſupra reſponſum eſt : in cæteris verò inferioribus prælatis dicunt Doc. licere & eis bel-
9 la facere, ſeruatis diſtinc. ſupradictis : licere etiam † contra ſubditos rebelles: quia non tam dicuntur bellum gerere quàm iuſtitiam facere , & ſuam iuriſdictionem exercere : vt per Inno. in d. c. olim, el. iij. de reſt. ſpo. & in d. c. ſicut, de iureiur. Quòd tamen repugnare videtur ijs quæ dixi in verſi. præcedenti ex mente Hoſt. & Bart. niſi pro ſolutione dicas, referre an aperta vi, & virtute bellica vtendum ſit, forte propter potentiam rebellis , & procedet dictum Hoſtien. vt adeatur ſuperior , maxime ſi hoc fieri poteſt non incommode

mode, vt per Bar.in d.l.ex hoc iure. Aut potest res geri absque periculo grauis belli, & procedet alia opinio, ita etiam Luc.de Pen. in l.j.col.ix.C.vt armo.vsus, lib.xj.& hoc etiam dixit Calder.in d. consi.j.in iiij.col.Addens tamen quòd melius eo casu facerent Dominus & vasallus si se committerent iudicio arbitrorum. Non tamen, vt id obiter dicam, Prælato licebit, etiam cùm potest bello interesse, qui casus notantur per Inno. & Panor. in d.c. olim, & d.c.sicut, non inquam licebit ei manum conserere, aut dimicare, imo neque iubere suis, vt hostes trucident: hortabitur tamen vt fortiter se gerant. Alias si clericus quicunque etiam in iusto bello hominem mutilet, vel occidat, irregularis fit. Verùm ad id quòd dixi non tam dici bellum gerere, quàm iurisdictionem suam exercere eum qui aduersus rebelles suos arma capiat, obstant quæ dixit Bar.in l.hostes,ff.de cap.in vlt.col.versi.tertio modo indicitur bellum, vbi tenet quòd si Imperator bellum indixit liberis ciuitatibus Italiæ, puta Florentiæ, aut Venetijs, illæ dicuntur verè hostes Imperij, & capti efficiuntur serui, quòd etiam dixit in l.qui à latronibus, de testa.cum enim præsupponat istas ciuitates esse sub Imperio & de Pop.Rom.iuxta glo.in d.l.hostes, vbi & ipse Bar.no.in j.col.& ij.non video quomodo hostes veniant vocandi,
10 iuxta d.l.hostes, & l.hostes,ff.de verbo.signi. † Lungè enim aliud 12
hostis, aliud rebellis, vt dictis ll.iuncto tit.qui sint reb. neque video quomodo iura captiuitatis, & postliminij possint eis congruere, cum sint quæ cum extraneis, id est hostibus, vel exteris exercentur, vt l.postliminium, in prin.ff.de capti. Nisi Imperator hostes eos declarauerit, vt per Inno.in d.c.sicut, el.iij.licèt Bar.in d. tit.qui sint reb.in glo. in versi. rebellando, dicat quòd si capiatur ciuitas vel populus rebellis, non efficientur serui. Allegat glos. in auct.de hære.& sal.in principio in versi.antiquum, quòd puto intelligendum, & restringendum secundum illud dictum Inno.Caue tamen dum exemplum datur de Venetijs, cùm illa Ciuitas non subsit Imperio, vt dixi suprà. De subdito verò bellum mouente Domino suo, hæc Cald.dixit in d.consi.j.col.v.Quòd rectè faciet si Domini iniuriam perferat, siue personalem, iuxta illud Apostoli, Non vos defendentes, sed date locum iræ: siue realem, iuxta illud, si quis contendat tecum de tunica, præbe ei & pallium: verùm cùm hæc sint consilij, & non præcepti, stricto iure adeat supremum Dominum, aut si ille deest, Episcopum: si hæc non prosunt, tutari ei armis licebit causam suam, faciunt quæ no.in c.vni, per illum tex.in fi.de mil. vas. qui contu. est. 13

Verùm

11 Verum † quamuis ſupra dixerim ciuitates liberas non minus poſſe bella indicere quàm Reges aut cæteros Principes, non puto tamen (ſi ipſæ inter ſe hodie decertent) puta Veneti cum Florentinis, quòd inter eas locum habeant iura captiuitatis & poſtliminij, quàmuis Bart. id tenuerit in d.l. hoſtes in fin. com. verius eſt enim iſtam eſſe quandam ciuilem diſſenſionem, in qua ceſſant dicta iura, iuxta l. ſi quis ingenuam. ff. de capti. Et propterea Bal. in l. in adoptionem in vlt. col. C. de adop. merito falſam dicit opinionem illam Bar. lateque eam confutat, & eſt etiam contra glo. in d.l. hoſtes, in ver. prædones, quæ dicit, quòd ſi Fauentia & Aretium bellum inuicem faciunt, non propterea dicuntur hoſtes, de quo eſt tex. cum gl. vbi etiam Bal. no. in l. cum cognatum. C. de inge. & huc reſpicit ꝙ dixit idem Bal. in l. j. col. viij. q. xiiij. C. de ſacroſan. eccl. ꝙ ſi ciuitates duæ belligerantur, etiam ſi bellum ſit iuſtum, capti non fiunt ſerui, neq; obſides mutant ſtatum. Minus tamen puto bene dixiſſe Bal. in d.l. in adoptionē, in vlt. col. ꝙ ſi Sarraceni, & Barbari cæteraque gentes exteræ, quæ neque Principem, neque Apoſtolum fatentur, bellum inuicem habeant, non habent inter eos locum dicta iura ſeruitutis, & poſtliminij, neque enim video quid obſtet quo minus eæ gentes, cùm ſint liberæ, iure & ipſæ gentium
12 vtantur, ꝙ eſt perpetuum, & perenne omnium ſeculorum. † Poſſet tamen defendi dictum Bal. in ſeruili bello, vt cum Spartacus ille ſeruile bellum in Italia conflauit, aut cum Tacfarinas Numida in Affrica ſub Tiberio, vel cum Matho, & Spendius in Cartaginenſes, poſt ſecundum bellum Punicum; prout habentur hæc apud Plutar. in vita M. Craſsi, qui Spartacum deuicit, apud Corn. Ta. cuius hec ſunt verba, cum Tacfarinas ſedem ſibi & exercitui ſuo peteret, indoluit Imperator, quòd deſertor, & predo hoſtium more ageret, cum neque Spartacus, cùm Italiam vreret, magnas implicitam bellis Sertorij, & Mitridatis, obtinuit vt pacto in fidem accipere-
13 tur. † Quibus verbis oſtenditur cum huiuſmodi prædonibus, & rebellibus, ſeu deſertoribus iura belli & gentium, ac pacis federa non eſſe inuſu; quòd infra latius comprobabitur; vidimus tamen noſtro æuo Principem quendam, cum rebellem ac deſertorem ſuum bello perſequeretur, aliud feciſſe; & ſecum bene actum putaſſe ſi pactionibus & fęderibus res tranſigeretur, etiam collatis in illum donis, & dignitate. Adde poſtremo ꝙ ſi is cui bellum indicitur, offerat ſe paratum ſuper querimonia ſtare iuri, & iuditio arbitrorum, bello eſt abſtinendum; quia bellum debet eſſe neceſsitatis, ita dixit Cal. in d. conſi. j. col. vj. ver. & ſimiliter.

SVMMARIVM.

1 *Delectus unde dictus.*
2 *Iuramentum militum Ro. quale esset.*
3 *Decuriati & Centuriati.*
4 *Stigmata militum.*
5 *Matricula militum.*
6 *Matricula non inscripti priuilegijs non gaudent.*
7 *Veterani pro tironibus non debent recipi.*
8 *Serui militia arcentur.*
9 *Scholæ xi. militares.*
10 *Primicerius, secundicerius, tertiocerius, & quartocerius qui.*
11 *Primicerij in omni schola militum.*
12 *Gradus in scholis.*
13 *Tirones non debent veteranis anteferri.*
14 *Milites Romani ex gente qualibet delecti.*

Qui militare possint aut non. Titulus VI.



ISO qui possint bella mouere, videndum est qui possint eis interesse, præmittendum est autem Romano florente Imperio, non passim neque pro cuiusque libidine licuisse nomen dare militiæ, sed solennibus quibusdam seruatis deligebantur, vnde
1 † & delectus, quòd tangit glo. in auc. de man. Prin. §. penul. examinabantur enim secundum illam gl. assumendi, vt in l. j. C. qui mil. non pos. lib. xij. vbi dicitur, si militare vultis, offerte vos ijs qui probandi ius habent: iurabant enim quædam, & inter cætera, vt putat gl. mortem se non euitaturos pro Republica, vt in l. penul. ff. ex quib. cau. man. &c. vbi glo. sex requirit in milite de-
2 signato. † Verùm aliam fuisse sacramenti huius formulam docet
,, Liui. lib. ij. 3. Dec. cuius hæc sunt verba, Milites, inquit, tunc, quòd
,, nunquàm anteà factum erat, iureiurando a Tribunis militum ada
,, cti, iussu Consulum conuenturos, neque iniussu abituros. Nam ad
,, 3 eam diem nihil præter sacramentum fuerat. † Et vbi ad decuria-
,, tum, vel centuriatum conuenerant, sua voluntate ipsi inter se equi
,, tes decuriati, pedites centuriati, quòd est dicere, deni, atque cente
,, ni, coniurabant, se se fugæ & formidinis causa non abituros, neque
,, ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut hostis feriendi, vel ciuis

seruandi

seruandi causa. Id ex voluntario inter ipsos federe, a Tribunis,ad ,,
legitimam iurisiurandi adactionem translatum est,hęc ille.Aliam ,,
etiam iuramenti formulam, videbis apud Vegetium lib. ij. cap. v.
in fi.Iurabant enim per Deum, & Christum, & Spiritum sanctum,
& per maiestatem Imperatoris,cui,inquit, tāquàm corporali Deo
fides,& deuotio est præstanda,iurabant inquam, omnia strenuè se
facturos quæ Imperator iusserit,militiam nunquàm deserturos,ne
4 que mortem recusaturos pro Romana Republica. †Signaban-
tur & milites quibusdam notis,aut stigmate,vt in l.iij.C. de fabri-
cen.lib.xij.vbi Luc.de Pen.dicit hoc signum vocari cingulum. al-
legat Archid.in c. quòd quidam.j.q.j.cùm tamen cingulum pro di
gnitate,atque ipso ordine militari Accursius exponat in auct. iuś-
iur.quòd præsta.ab his,§.j.in gl.in ver.cinguli, & in auct.de quæst.
§.j.Alibi verò exponit pro administratione,vt in auc.de iud.§.om
nis,& §.sancimus,in §.etiam sancimus,in auct. de armis.& in auct.
de admin.in prin.Alibi verò exposuit cingulum,id est, ensem,al-
ludens ad vocabulum nostri temporis, licèt ex illomet text.appa-
reat esse dignitatis insigne,quo vti permisit Imperator perfunctos
honesta militia,de quo & in l.vlt.C.de præpo. sa.cub.lib.xij.notæ
verò vel stigmata illa militaria puncti erant cuti militis inusti, &
picti,vt Vegetius docet lib.ij.de re mil.cap.v.quòd si hodie obser
uaretur,facilius innotescerēt trāsfugæ. Describebantur postre
5 mo in militū numeris & †matricula, vt in l.ex eo,ff.de mil. test.vbi
6 dicitur †q̄ etiam electus Tiro,& iam publico sumptu iter faciens,
si tamen nundum sit in numeros militum relatus, priuilegijs non
gaudet militaribus: Neque a signis vagabimur si quo ordine, qua
cura & diligentia sacris constitutionibus militares viri assumi iu-
berentur,inuestigabimus. Prima autem erat cura in deligendis,
& describendis Tironibus, vnde & de eis est specialis titu. in C.li.
7 xij.vbi in l.j.iubent Cæsares †nequis vagus,aut veteranus, aut cen
situs, ad Tirocinium assumatur. Quòd est notandum contra mo-
rem nostri temporis, in quo dum nouæ conscribuntur cohortes,
quas vulgo societates,seu compagnias vocant,multi ex conscriptis
in alijs veteribus cohortibus,conscribuntur,spe recentis pecuniæ.
8 †Arcebantur,& Tirocinio serui,eratque pœna auri libra scriben-
9 ti,vt eo.tit.l.ij.Erant †& scholæ vndecim in quibus Tirones exer-
cebantur,prout dicitur in l.vlt. C. locati.& aliquas ex eis recenset
Luc.de Pen.in rub.C.de comit.& tribu.schol.Quibus erant & quæ
dam concessa priuilegia, inter quæ erat ne eos comites (ij erant
scholarum Præfecti) verberarent,aut gradu deijcerent, vt eod.tit.

l.j.item vt abſolutis ſtatuti temporis ſtipendijs ad Primiceriatus
10 gradum peruenirent.Erant vero,vt id obiter dicam,† & Primicerij & ſecondicerij,imo & Tertiocerij,ac Quartocerii. Ad Primicerium verò notariorum pertinebat cura & notitia omnium dignitatum & adminiſtrationum tam militarium quam ciuilium, ſcholas & numeros tractabat,officium non habebat, ſed Adiutorem de ſchola notariorum,vtebaturque proprijs inſignibus, vt poſt trac. Alcia.ſub trac.de mag. ci. & mil. Roma. incerto quodam auctore videbis: quem libellum Alcia.ipſe Breuiarium appellat ad Theodoſium Imperatorem, de quo mox plura ſubijciam, Et eſt de eis ſpecialis titulus d. li.xij. vbi Lu. de pen. dicit eſſe & Primicerios notariorum,non horum vulgarium,ſed eorum qui tunc in aula Imperiali ſub hoc nomine militabant, de quibus etiam fit mentio in l.pen.§.Comites C.de meta. cumque eſſet, vt dixi, Primiceriatus melioris gradus promotio, nihil mirum ſi erant in qualibet militiæ ſpecie Primicerii,vt de Fabricenſibus habetur in l. ij.C. de fabricen. & multos recitat Imperator in l.ſcrinijs. C. de pala ſacra. largi.li.xij.Primicerium etiam menſorum dicit Imperator in l.j. C.de menſ.eo.li. qui poſt biennium,agentium in rebus militiæ aggregabatur. vt ibi de Primicerio, ac ſecundicerio hæc ſcribit Io. Pirri in trac. de Magiſt. Roma. j. parte,num. xxxii. Primicerius & Secundicerius,inquit,dicti a pugilaribus cereis quos habebant.
" Paulóque poſt ſub nu.xxxiiij.ſubdit,Sed de Primicerio,qui in pri-
" ma notariorum decuria præerat,& Secundicerio adde huc vt apud
" bonos auctores extat,primam ceram fuiſſe tabulam in qua teſtato
" ris nomẽ,ſecundam in qua hæredis ſcriptum erat:ego ferè vniuſ-
" cuiuſque ſcholę,quę principi militaret Primicerios inuenio quòd longe alio ſenſu quàm duobus prænarratis intelligendum arbitror, & vt ingenue fateor me non benè intelligere vim nominis, ſic audacter dico me huic declarationi Pirri non acquieſcere.
11† Quòd omnium ſcholarum eſſent Primicerii dicitur in l.ſcriniis. C.de pallati.ſacra.larg.li.xii.in principio, ibi Primicerius omnis ſcholæ. Alcia.in Anno.ſuis ad tres libros vl.C.apertius quàm alius quem viderim de Primicerio loquitur,recitatque verba Caſiodori in vi.libro Epiſtolarum,per quæ,vt dicit, oſtendit quæ eſſet huius officii dignitas,quæ tamen mihi magis ad Comitem rerum priuatarum, vel ſacræ veſtis pertinere videntur, inter quos fortè erant & Primicerii,poſtquam vt dixi, habebantur in omni ſchola;vel forte ad Comitem ſacrarum largitionum pertinent verba illa Caſiodo.Cuius quanta eſſet dignitas & poteſtas ipſa illa Caſio

do.

do.verba demonſtrãt, & alia quæ ego mox dicam,dum de hoc ipſo comite ſacra.larg.verba faciam,Quòd etiam dicit Alcia. Primicerium eſſe primum non ſolum notariorum,ſed & aliarum dignitatum,repugnat tex.in l.ij C.de Fabricen.vbi Primicerius, poſtquam biennio ſeruiuit, collocatur inter Protectores eiuſdem fabricæ,quòd debet vtique in maius eſſe promotio, & tex.in l.ij.C. de domeſt.& protec.vbi Primicerius eorum, poſt adeptum tribunatum,ſpectabili inter eos dignitate perfruitur, Alciato tamen fauet tex.in l.ij.C. de pri.ſchola. ibi, qui poſt emenſa ſtipendiorum curricula ad primiceriatus gradum perueniunt, in l. j. C. de Decu. in l. j. de menſo. eodem lib. Gaudebat verò hic ordo Primiceriatus, comitum priuilegio, vt ſolis magiſtris officiorum in ciuilibus cauſis ſubeſſent, vt l. viros,illo eodem tit.alijs etiam priuilegijs donabantur, de quibus in d. l. ſcrinijs, & in l. pa-
12 latinos, ac l. pen. & fi. eodem titu. † Erant & in ſcholis gradus, & poſtremi omnium ponebantur Tirones, vt eodem titu. de Ti-
13 ro.dicitur, in l. iii. vbi notabilis redditur huius dicti ratio, † Ne videlicet Nouitii iis præferantur quibus laborum aſsiduitas,& ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur. Quod hodie male ſeruant Duces,qui pro qualitate natalium,& virorum ſtemmate,magis quàm
14 pro bellica virtute gradus conferunt. † Sciendum eſt etiam illo quo cuiuſcunque gentis quæ eſſet ſub Imperio,viros militiæ aſcriptos & in ordinibus receptos ac pro virtutis,& fortitudinis merito ad ſummos,& maximos honores promotos, ipſum ad vſque Imperiale faſtigium,vt de Maximino Thrace, & Alexandro Syro legitur vnde,& apud Corn. Taci.legitur rebellaſſe Thracas, quòd pati delectus,& validiſsimum quemque ſuæ gentis nomen dare militiæ Romanorum recuſabant.

SVMMARIVM.

1 *Pueri à militia excuſantur.*
2 *Senes à militia excuſantur.*
3 *Pueri & ſenes non excuſantur cum magna eſt neceſsitas.*
4 *Aetas militiæ apta.*
5 *Colloni excuſantur à militia.*

Qui

Qui militia excuſentur, & de ætate militiæ apta. Titulus VII.

1 MILITIAM verò detrectant, ſi magna non vrgeat
2 neceſsitas, † ſenes & pueri vnde & apud Liuium le-
gitur iuſsiſſe Cincinnatum Dictatorem, vt præſto
3 eſſent quicunque ætate eſſent militari; † at labo-
rantibus Romanis contra Veios, delectu habito,
non modo iuniores conſcriptos dicit, ſed & ſe-
niores coactos nomina dare, vt vrbis interea cuſtodiam facerent;
quòd & Camillus iuſsit vt j. Dec. ſcribit Liui. li. v. & vj. Rurſumque
poſt Cannenſem cladem Decius Iunius Dictator etiam iuniores
ſeptem, & decem annis, imo & prætextatos militiæ aſcripſit, vt le-
4 gitur iij. Dec. lib. ij. † Quam ætatem annorum decem & ſeptem vt
poſtulando, ita, & militiæ aptam cenſuit C. Grachus in ſuis legi-
bus; vnde, & li. v. iij. Dec. dicitur, Lectos qui ſatis roboris habebant
ad ferenda arma, & ſi non ætate eſſent militari, ſtatutumque vt qui
minores annis xvij. ſacramentum dixiſſent, eis procederent ſtipen
dia ac ſi maiores eſſent, imo & notati ſunt, poſt dictam Cannen-
ſem cladem, qui maiores annis ſexdecim bello illo non militaſ-
ſent atque inter ærarias reiecti, vt lib. vij. ſcribit Liuius iij. Dec. gl.
tamen in c. j. in prin. de pa. iur. fir. in vſi. feu. dicit quòd minor an-
nis decem & octo non eſt aptus pugnæ, ſed loquitur in duello. Con
ſtitutio tamen regni, quæ fuit Federici Imp. quæ incipit conſuetu
dinem, ſub rub. de quali. & æta. pugna. in fi. dicit quòd maior lx. &
minor xxv. annis nō tenētur per ſe ipſos pugnare. licèt alias per ll.
Longobardas quis nō dicatur minor niſi vſque ad xviij. annum, vt
in conſtitu. eiuſdem Fede. quæ incipit, minorum, ſub rub. de reſti-
5 tu. mino. † Colonos etiam maritimos ſacroſanctam habuiſſe vaca-
tionem militiæ, & nihilominus compulſos nomen dare, dici-
tur eodem lib. vij. vnde & docemur, ſi maxima vrgeat neceſsitas,
nullam, etiam ſacroſanctam, prodeſſe excuſationem, quia ne-
ceſsitas non paret legibus.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſtatus controuerſiam patiuntur à militia arcentur.*
2 *Mercatores à militia arcentur.*

Clerici

3 *Clerici à militia arcentur.*
4 *Arma Clericorum orationes & lacrimæ.*
5 *Clerici arma capientes gradum amittunt.*
6 *Etiam Episcopi hodie armis intendunt.*
7 *Hæretici militare prohibentur.*
8 *Assricticij militare prohibentur.*
9 *Infames militia arcentur.*

Qui militare prohibentur. Titulus VIII.

1 NON excusabantur, sed arcebantur militia qui sta-
tus controuersiam patiebantur, siue ex seruili con-
ditione ad libertatẽ prouocarentur, siue è contrà à
libertate in seruitutem reuocarentur, aut qui ex
hostibus redempti nundum suo redemptori satisfe-
2 cerant, vt ff. de re mil. l. qui status. † Prohibeban
tur, & mercatores, vt l. agentes C. de agen. in re. & toto tit. C. nego.
3 ne mil. † Prohibentur, & clerici, de quibus, & de se ipso, dicebat Am
4 bro. Non pila quęrunt ferrea, non arma Christi milites, † sed dolor,
fletus, lachrimæ, & orationes fuerunt, inquit, mihi arma aduersus
milites, c. nõ pila. xxiij. q. viij. et propterea in c. clerici, ea causa, &
5 q. statuitur, † quòd si in quacunque factione arma sumpserint, gra
dum amittant, quòd etiam statuitur in c. statim post supradictum,
in ca. reprehensibile ea q. dicitur non attinere Episcopis, & Chri-
6 sti militibus, nisi vt vacent orationibus, † vidimus tamen inter Gal
lorum Duces, & Prẹfectos, Episcopos arma tractantes, eosque trucu
7 lentos & sæuos. † Reijciebantur etiam hæretici, vt l. quicunque C.
de hære. Item & qui nomen militiæ in fraudem dabant, vt ij qui ad
8 publicas functiones detrectandas; † Ascripticij, qui rura deserunt;
Curiales qui curiam; serui qui dominos; item & is, qui litem habe-
bat, & qui se duriorem aduersarium, ac precioſiorem prebere vole-
bat, vt de his omnibus habetur in l. ij. & iij. & per totum tit. C. qui
9 mil. pos. & l. qui cum vno. §. non omnis. ff. de re mil. † Omnes deni
que infamia laborantes militia prohibebantur, vt in l. ij. §. miles. ff.
de infa. & ff. de re mil. d. l. qui cum vno. §. adulterij. Quòd est ho-
die superuacuo scriptum, cum quodlibet hominum genus, &
vt est quisque turpissimus & deterrimus, ad militiam tanquam
ad asylum confugiat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Eunuchi exercitibus præpoſiti.*
2 *Narſetes Longobardos in Italiam induxit.*
3 *Officium Ducis.*
4 *Commeatus.*
5 *Commeatus difficillime militi dantur.*
6 *Milites vagabundi, & ſine cõmeatu debent a Præſide prouinciæ detineri.*
7 *Miles abſens a ſignis, etiam ex commeatu, non dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ.*
8 *Xenophon in pædia Principem effinxit.*

De militum Imperatore. Titulus IX.

DE IPSO verò militum Duce, nihil queri oportet, 1 cum pro Principis nutu eligatur, † qui etiam Eunuchos aliquando Italiæ, & exercitibus præpoſuit, ſicut Iuſtinianus Narſetẽ: hic eſt Narſetes, qui (reuocato dicti Imperatoris iuſſu Belliſario) bello atque Imperio Oſtrogottorum in Italia finem impoſuit: vt latè ſcribit Procop. qui dicto Belliſario erat a ſecretis: neque Narſeti illi debet multum Italia aut Imperium, quòd Oſtrogottos 2 expulerit: † quando Longobardos ſeuiorem gentem, & barbariſſimam induxit, vt Auguſtam vlciſceretur, quæ eum ad lanam, & penſa reuocaturam iactauerat. Leges igitur de militum Imperatore deligendo in nullo, aut perexiguo nobis hodie ſunt vſu. † Non 3 pauca tamen quæ ad eius officium pertineat, conſcripſit Martianus in l. officium, ff. de re mil. non minusque in danda, quàm in ſeruanda diſciplina dixit conſiſtere: propter quòd & monet, vt parciſsime militibus det commeatum, † ea eſt abeundi aliquò licen- 4 tia, quo ſenſu accipitur toto illo tit. & C. de domeſt. & protect. l. ſi quis, quod & boni auctores vſurparunt, ſic & in mea patria vulgus licentiam, quam ab heris petunt famuli cum abire volunt, vocant commeatum, quamuis alio ſenſu capiatur in l. cuiuſque. ff. ad leg. 5 Iul. maieſt. Neque eſt obſcura ratio, † cur difficillime ſit militi commeatus dandus, ne ſcilicet a ſignis atque exercitu aberret. Idque exiguo interuallo temporis congruit fieri, cum neque piſcatum, neque venatum liceat militem mittere, vt in d. l. officium dicitur. Hincque legitur apud Cæſarem, queſtum eum eſſe quòd cohor-

tes,

tes,contra ꝙ ipſe iuſsiſſet,frumentatum eſſent egreſſæ,cum ne mi
nimo quidem caſu locum,inquit,hoſti dari cõueniat,ſed neq; pri-
uati ſui commodi gratia licet tribuno,ſiue etiam Duci milites à ſi
gnis emittere, pęna quinque auri librarum conſtituta ſi ſecus fece
rit,vt in l.nemo,C.de re mil.Imo etiam ſi ex cauſa militem ad ip-
ſum mittat Cęſarem,iubetur ſtatim ſe comitibus,quorum ea eſt cu
ra præſentare,cauſasq; itionis exponere, vt celerem remeandi fa-
6 cultatem accipiat.Perperam verò, † & abſq; commeatu vagantes,
iubentur prouinciæ Præſides cuſtodire, ipſumq; admonere Cæſa-
rem,quid facto opus ſit reſponſurum,vt habentur hæc vtraq; in d.
7 l.nemo,†Quòd vſq; adeò receptum eſt ne aberret,neq;vagetur,vt
etiam ſi ex commeatu abſit,non dicatur Reipub.cauſa abeſſe,vt in
l.j.ff.de re mil.Quòd quàm hodie ſit contemptui, quanta ſit eis va
gandi licentia. Imo & deſerendi.& transfugiendi,pudet dicere.

Vſq; adeò verò illis ſeculis curæ erat,vt nihil aliud quàm arma
& rem bellicam tractarent milites, vt etiam agrum in prouincia
in qua militabant,vetarẽtur emere,ſiue ſuo ſiue ſuppoſito alterius
nomine;ne ſtudio agricolationis rem contemnerẽt publicã, quod
infrà latiùs tractabitur. Qui verò plura de officio Ducis ſcire vo-
let videat ex iuriſconſultis Barto. Veron. in trac.de Impe.mil.del.
& Lu.de Pen.in l.tribuni.C.de re mil.lib.xij.& Fla.Frõt.de re mil.
8 li.iiij.ac Xenophontem in Cyri Prædia, † vbi cum ab ipſis cunabu
lis ſuſceptum ad ſenectam vſque perducit, Regemque atque Impe
ratorem effingit veriùs quàm ſcribit.

SVMMARIVM.

1 *Militia togata ſiue ciuilis.*
2 *Militia armata.*
3 *Milites togati non abſunt à puluere,& labore caſtrorum.*
4 *Cubicularij Principum.*
5 *Notarij Principum.*
6 *Silentiarij.*
7 *Silentiarij cur dicti.*
8 *Secretarij.*
9 *Silentiarij,id eſt,conſiliarij Principis.*
10 *Silentiarij ſunt ſpectabiles.*
11 *Silentiarij idem quòd decuriones Principis.*
12 *Silentiarij vacabant excubijs Principis.*
13 *Domeſtici,& de eis vide vſque ad nu.16.*

14 *Protectores.*
15 *Primicerius moriens ad hæredem transmittit salarium anni cœpti, et etiã sequentis primi.*
16 *Præpositus laborum.*
17 *Præpositus libellis.*
18 *Memoriales.*
19 *Antiquarij.*
20 *Adiutores.*
21 *Libellenses.*
22 *Proximi, & cur dicti.*
23 *Meloproximi.*
24 *Numerarij.*
25 *Actuarij.*
26 *Cartularij.*
27 *Scrimiarij.*
28 *Antiquarij.*
29 *Agentes in rebus.*
30 *Præpositi agentium in rebus.*
31 *Censuales.*
32 *Pallatini sacrarum largitionum.*
33 *Thesaurenses.*
34 *Comites thesaurorum.*
35 *Palatini rerum priuatarum.*
36 *Stratores siue statores.*
37 *Castrensiarij.*
38 *Ministeriani.*
39 *Decani.*
40 *Cornicularij.*
41 *Curiosi.*
42 *Mensores.*
43 *Metatæ.*
44 *Apparitores.*
45 *Cohortales.*
46 *Fabricenses.*
47 *Exactores.*
48 *Aduocati militant.*
49 *Numerarij.*
50 *Opinatores siue opimatores aut optiones. Et quæ sit verior lectio.*
51 *Coactores.*
52 *Omnes in palatio Principis famulantes militare dicuntur.*

Militiæ ſpecies,& de ciuili ſeu togata militia.

Titulus X.

1 DISTINGVEBANTVR Romanis militiæ † in toga
2 tam ſiue inermem † atque armatũ, Togatam enim
vocat Imper. in l.j. C. de commit. rei mil. lib. xij.
quam,& literatam dixit in l.proximos.C.de proxi.
ſacro.ſcrin.in l.vni, C. de caſtren. om. pala.pecu.
3 † vbi etiam dicitur non eſſe alienos à puluere, & la
bore caſtrorum eos qui ſigna Imperialia comitantur,& quos itine
rum prolixitas,& expeditionum difficultas exercet;Porro inermis
iſta penè innumeras eſt redacta in ſpecies,quarum aliquas recenſe
4 bo; † Et in primis ipſos,cubicularios Principis,vt in l.ij. in l. pen.
5 & vlt.de prepo.ſa.cub. † Item notarios vt in l.j. & ij.C.de primi
ce.quòd tamen nolim intelligas de his, quos vulgo notarios dici-
mus,vt per Luc.de pen.in rub.d.tit.de primice.& in l.j.C.vt nemo
6 ad ſuum patroci.quòd iam dixi ſupra. † Item ſilentiarios † quod à
7 ſilentio tractum crediderim † quo exemplo ſecretarios vocamus,
8 qui à ſecretis ſunt dominorum;vt l.fi.C.de ſilentia. Accur. tamen
9 in rub.C.de ſilen. † dicit omnes eſſe conſiliarios Principis,quòd &
paſsim doct.dicunt in l.vlt.C.de excu. tu. quòd ſi verum eſſet cla-
riſsimi eſſent, non ſpectabiles, vt l. illa. Hi etiam ſilentiarij cum
tredecim continuis annis meruerint,Senatoriam Illuſtrem nanci
10 ſcuntur dignitatem,vt l.j.& iij.§.vltimo C. de ſilen. † ſilentiarios
tamen ſpectabiles dicit Imper.in l.omnimodo.§. vlti. C. de inoff.
11 teſt.vbi & Accur.intelligit eos eſſe qui ſunt à ſecretis. † Coniun-
guntur ij in rub.& nigro, Decurionibus Principis,& perfuncti of-
ficio etiam inter Illuſtres cenſentur, vt ibi l.j. alijs etiam gaudent
priuilegijs vt in l.ij.& iij. quòd tamen de ſolis triginta ſilentiarijs,
12 & tribus decurionibus in d.l.iij.ſtatuitur; † atque etiam ijs, ſi per
xxx. annos, alia lectio habet xiij. excubias peregerint; quo fit vt
opiner eorum officium circa excubias principi fiendas eſſe verſa-
tum;Alcia.tamen eos dicit miniſtros ad ea quę ſunt quietis in pa-
13 latio; † Domeſticos & † Protectores eiſdem annectimus, vt l. fi. &
14 toto tit. Cod. de dom. & protect. eratque vtrorumque ſchola, in
qua eminebant Primicerius,& Tribunus,vt l.Primicerius eod.tit.
erantque ſpectabiles, ſicut Duces. Ceteri eos conſequentes vſque
ad decem,Clariſsimi dicuntur,& ſic ſunt ad inſtar Præſidum, vt ea

l.j. Qui verò ſint domeſtici,& qui Protectores,declarat Lu.de Pen. ibi in Rub. Domeſtici quidem ſunt qui ſine ſpeciali alio nomine vel titulo principi famulantur, Alciatus tamen cenſet eos fuiſſe arcanorum Principis conſcios Protectores verò qui eius perſonæ & cuſtodiæ aſsiſtunt vtrunque ab etymologia nominis coniectura
15 ſumptum;militaſſe eos in equitum ſchola probat l.vlt.eo.tit.† vbi etiam ſtatuitur, quòd qui locum ſecundocerij eſt adeptus, & ſequenti anno primiceriatum expectabat,ſi prius mortuus ſit, hæres eius etiam ſequentis anni,Primiceriatus ſalaria & emolumenta cõ ſequitur; Doc. tamen communiter l.illam aliter intelligunt, vt vnum idemque eſſet officium quod gerebat & quod ſequenti anno expectabat,colliguntque eſſe ſpeciale in caſu illo,vt nedum anni cepti conſequatur hæres ſalaria,quod & in l.diem functo,de offi.aſſeſſ.dicitur,ſed etiam anni ſequentis,quod nullibi, in iure reperitur expreſſum præterquam in l.illa. Ego Protectores in multis ſcholis fuiſſe exiſtimo,ita vt eſſet officij generale nomen, non particulare quod arguitur ex l. ij. C. de fabricen. vbi primicerium poſt biennium inter protectõres illius fabricæ collocat, quod tamen Doc. ibi longè aliter interpretantur. Ad vnum ex his protectoribus in epiſtola, ſi eius eſt, cuius eſt initium, Et ſi ignotus tibi ſim facie, ſcribens Di. Hieronymus. dum eum hortatur vt ſeculi militia comtempta ſequatur militiam Chriſti,
,, tu qui alijs, inquit, es protector, Chriſtum incipies habere protectorem; erat igitur inditum nomen ex re,prout de deffenſore dicitur, vt C. de deffen. ciuitaum. l. deffenſores, Domeſticique non electione Comitis, ſed militiæ gradu,& quinquennali ſeruitio fiebant;vt l.j. circa fin.C.de pri.ſcol. Militiæ
16 etiam huic togatæ connumerantur † Prępoſiti laborum, forte hinc dicti quòd in partem ſolicitudinis & laborum per Principem ſumerentur,quales hodie Papa Cardinales dicit, quamuis aliter exponat Lu.de Pen.in Rub.de præpo.labo. Neque tamen velim te arbitrari eos Cardinalibus æquari,cum clariſsimi tantum ſint, vt l.j.
17 C.eodem titu. Item & † præpoſiti libellis & cæteris Diualibus ſcriptis vt l.ij.& iij. C. de prox. ſacr.ſcrin. qui omnes erant in no-
18 mina, & gradus, ac loca diſtincti, Alij enim † Memoriales, Alij
19 † Antiquarij, Alij † Adiutores, † Libellenſes, alij † Proximi,
20 Meloproximi nuncupabantur; vt l. hac parte, & l. vnicuique eo-
21 dem titu. † Meloproximos dicit Alcia. Proximos gradu ſequi,
22 & Nihil vltra declarat,& quamuis Accurſius credat ideò Proxi-
23 mos dictos quia ſe Principi proximant, vt in Rub. illius tit. dic ta

men

men quòd nomen erat militiæ,Nam qui biennium in ſcrinijs meruerant, gradum proximorum acquirebant, quod poſtea ad annum eſt redactum,vt l.pro biennio.C.de proximis ſac.ſcrin. Comparanturque vicarijs,Præfectorum,atque Ducibus, vt eodem titu. l.j.Imo & expleto militiæ ſuæ tempore Comitibus Conſiſtorianis æquantur,vt eo.tit.l.Proximos, Nihil ſupra modum adepti,poſtque Principis arcana eis committuntur,vt ibi dicitur;quibus verbis oſtenditur quale eſſet eorum officium,Neque deerant alia no-
24 mina,† Numerarij,† Actuarij,† Cartularij,† ſcriniarij, qui & ex-
25 ceptores,† Antiquarij, qui antiqua Principi ſugerebant quod in
26 libro Heſter.ſcribitur Artaxerſem,qui & Aſſuerus, dum non poſ-
27 ſet dormire,iusſiſſe ſibi legi antiqua, vnde & bene ſucceſsit Mar-
28 docheo,quorum omnium valde conſimilia,vt puto, erant officia, quamuis ſub diuerſis titulis collocentur, Primi ſub Rubr. de proxi. ſacr. ſcrin. Cæteri ſub Rubr. de Numera. Sed neque erraue-rit qui eos armatæ etiam militiæ aſcripſerit. Cum Veg. in titu. de re mil.li.ij. c.xix. hæc de iſtis dicat. Sed in quibuſdam militibus notarum peritia, & computandi vſus exigitur, Totius enim legionis ratio ſiue obſequiorum ſiue militarium numerorum, ſeu pecuniæ quotidie actis aſcribitur;A quibus quidem, inquit, actis & numeris indita ſunt eis Actuariorum, & Numerariorum nomina. Adnotabant etiam excubitus ſiue Angarias quas vicisſim faciunt milites per centurias, ne alij plus alijs grauentur,Item & nomina eorum qui vices ſuas, quas hodie factiones vocant impleuerant, ſcribebant, Et breuia commeatuum qui militibus dabantur, nè pro libito vagarentur, qui neque dabantur niſi iuſtiſſimis ex cauſis atque probatis, ita Vege. Adiutores autem in clariſsimos inſcribi videbis in l.in ſacr.§. ſi verò. C. de prox. ſacra. ſcrin. Quot verò in ſacris ſcrinijs deberent eſſe dicitur in l. comperimus C. eodem & in l. vlt. circa finem, vbi etiam videbis quibus ex eis liceret alios ſui loco ſubrogare;Militabant, &
29 † Agentes in rebus, quos Lu. de Pen. in Rubr.de Agen. in rebus credidit eos eſſe qui preſto ſunt publicis actibus qui eis committantur, eorumque pariter diſtincta erant nomina; numerus, & dignitas, vt l.ij.cum duabus ſequ.eo. tit. Et multo ma-
30 gis ſunt inter milites cenſendi horum † Agentium Præpoſiti,vt in titu.de Præpo.agen.in re.atque etiam eorum Princeps, l.ex agẽtibus, cum duab.ll.ſeq.de prin.agen.in re. eorum erat prærogatiua, ne quis in iudicio exhiberetur ex militaribus viris niſi ipſo auctore,Ita vt neque cauſarũ patroni quemquam poſtulẽt eo incõſulto,

vt

vt eo.tit. l.j. Debentque omnia citatoria ædicta contra quoscunque,etiam senatorię amplitudinis,per Principes confici,licet cæte
31 ri actus per † censuales expediri valeant,quod statuitur eo.tit.l.ij. quam tamen Accur.aliter intelligit;Decorantur, postremo Principes cum inter honorarios ceperint numerari, vt vicarianæ dignitati exæquentur,quod & Adiutoribus est indultum;non omnibus,sed qui sub magistro officiorum militauerint, vt l. eos.C.eod. Exceptorum etiã erat diuersa a Principibus militia, atque etiam dignior,quòd elicitur ex l.quidem,C.de pala.sa.larg.Et de horum
32 omnium officijs,& gradibus habetur in l.scrinijs,eo.titu.Item † &
33 Pallatini sacrarum largitionum, inter quos numerabantur † The
34 saurenses,† Comites Thesaurorum,& eorum officiales,vt l.ij.de pa la.sacra.larg.qui & ipsi gradu,numero,dignitate,& nomine distin
35 guebantur;vt d.l.scrinijs, eo. tit. † Palatini etiam rerum priuata-
36 rum Cæsaris,in militum erant numero,vt eo.tit.l. fi. † Item & stratores,in cuius officij declaratione laborant gl.& Lu.de pen.in rub. C.de strato.& glo.in l.in eadem causa, in princ. ff.ex qui.cau.ma. Sed correctior lectio habet statores,quorum officium parum abest a cursoribus, seu viatoribus, quos hodie nuncios curiarum dicimus,& qui in ius vocant quos prætor iubet,de quibus, & Cice.loquitur in quadam epistola ad Appium, quæ est inter familiares: glo.vero in l.obseruare,in prin. in ij.glo.ff.de offi.procon. intelligit eos esse,qui vulgo Birroarij nuncupantur, quòd valde proxime accedit ad officium quòd dixi, male tamen arbitratur Accur. ex ea l.prohiberi statoris officium. et in l.vni.C.de stato.concedi; nam in d. l. obseruare non prohibetur Proconsul habere statores, sed prohibetur habere suos statores, iubeturque militum ministerio fungi vice statorum.Magna autem horum militum pars prohibetur in suam Prouinciam,vnde est oriundus,aut in qua lares constituit, pati se ad officium in ea exercendum transmitti, militia ipsa,si secus fecerit,spoliandus,l.iij.C.de diuer. offi.lib. xij.Alcia. tamen legendum putat stratores, quos sternendis itineribus dicit incumbere;siue etiam pro tabellarijs, quos parum distare putat a nuncijs cursoribus,vulgo equitantes Principis dictos,quibus equos esse a Prouincialibus subinde dandos dicit, vt velocius iter pera-
37 gant,sunt & inter milites † Castrensiarij,† Et Ministeriani,de qui
38 bus in l.hi qui.C.de castren.& minister.quam vocem Alciatus declarat, & intelligit pro militibus in aulicum ministerium desumptis. Et ex eis, vt puto, deligebatur ordo alius militum quos
39 † Decanos qui decem preessent,ac Primicerios vocat Imperator

in l.j. & ij.C.de Deca.Nisi verius erant hę dignitates Ministeriano
rum, & non separata militia, Decanum tamen alio nomine caput
Contubernij dictum censuit Vegetius,qui decem militibus essent
40 præpositi,vt li.ij.c. viij.& c. xiij.in fi.† Item Cornicularij,vt puto
nomen generale,qui Adiutorem designat vt Alcia.declarat, forte
idem erant Cornicularij,qui & Cornicines: erant enim in exerci-
tu Tubicines,Cornicines, & Bucinatores, quorum quamuis persi-
milia videantur munia atque officia, vere tamen in aliquibus di-
screpant,vt est apud Vegetium lib.ij.c.vij.& lib.iij.c.viij.Alij cor
nicularium,gradum esse dicunt militiæ,vt Asconius: Alij vero, vt
Maternus, offitium eius in re scriptoria & potissime in damnato-
41 rum sententijs conscribendis versatum volunt.† Curiosi quibus cu
re erat crimina exquirere,& denunciare, siue quę vbiuis comitte
rentur vt Accur.sentit,siue in curia tantum, prout Alcia. Item for
te etiam Curiosi alio nomine sunt Circitores dicti,de quibus fit &
mentio in iure. Dicti vero sunt Circitores per sincopam,quasi cir-
cuitores.Idoneos,inquit Veg.d.c.viij. Tribuni & probatissimos eli
gunt qui circumeant vigilias, & renuncient si qua emerserit culpa
hodie in castris,presertimque intra presidia,nuncupatur la ronda.
42 † & Mensores,siue ij castra metarentur, qui & † metati dicuntur,
43 vt in tit.de met.& epid.siue ligna,atque annonam,vt credidit gl.
in rub.de mensо, quam ibi Lu. de pen. sequitur; verius tamen est
Metatoris esse officium prȩcedere exercitū, & locum castris eligere,quòd hodie valde est curæ Magistro,quem vocant, Campi,siue exercitus; At Mensores, castris iam positis, ad podisimum loca dometiebantur,in quibus milites tentoria figerent, & in opidis domos eis signabāt & prestabant,quòd est hodie officium eius quem vulgo forerium maiorem nuncupant.Et ij quoque habebant suum Primicerium,vnoque gradu cedebant agentibus in rebus vt ostenditur in l.j.de mensо.quando & hic Primicerius,expleto biennio, Militiam sortiebatur Agentis,vt ea l.scandebantque ordine ad supremos honores,non per saltum vt hodie fieri videmus. Sunt & in
44 numero militum † Apparitores Prefecti, tā vrbi quàm Pretorio, item,& Magistri militum,proconsulis,& legati, Comitisque oriē tis,qui singuli habent in C.speciales titulos. Item & apparitores ordinariorum Iudicum,l.ordinariorum C.de Cohartal.vbi etiam fit mentio de Apparitore Præfecti Annonæ, cui officio præfecit aliquando Allexander Imperator Vlpianum Iurisconsultum eximiū, qui postea ab hac Prȩfectura cōscendit ad Prętorianam,quòd probatur in l.iiij. C. de contrahen.stip. iuncta l.iiij. C.loca.in prima

quidem

quidem vocat eũ Imperator amicũ,in altera parentem; Hodie verò noſtri Duces loco Præfecti Annonæ deputant Comiſſarium ge
45 neralem;†Cohortales tamen ipſi,vt id obiter dicam,omni alia militia arcebantur,vt l.ſi Cohortalis,C.de Cohortal.dictoſq; à cohorte arguitur ex tex.antedicto in prin.licet Gl. in l.ij. C.vbi quis de curię vel cohor.&c.dicat cohortalẽ ideò dici,quia magis ſint coarctati quàm curiales, quod etiam dixit in rub. C. de cohort.melius tamen intellexit in l.j.in Glo. in ver. militare. C. vbi quis de cur. vel cohor.vbi dicit q᷑ erat de curia vel cohorte, Cohortales ſunt à Cohorte dicti,cui erãt addicti,vt Alc. ſiue q᷑ tributa per cohortes exigerent,vt Io.Pirri intellexit;magis tamen Alcia.adſtipulatur l. iiij.C. de Cohortalibus, officium eius verſatum eſſe in re cartaria, & ſcriptoria arguitur ex l. quicunque,& l. vlt. eo tit. Nihil tamen prohibet eſſe & horũ cohortes grauioré eorum fuiſſe militiam arguitur ex l.ſi cohortalis,eo. ti.vbi ea militia non ſoluitur niſi poſt emerita triginta ſtipendia,& eorum filij eiuſdem perhibentur eſſe fortunæ;vnde parum differunt ab Aſcripticijs;vnde etiam arguitur ſpecialem illam militiam fuiſſe,quæ & Principem,& primipilum haberet,& alia officia,vt eo.tit.l.penul. Erant & inter milites Baſtagarij,vt l.æternam,C.de murileg. forte qui Annonam aut veſtem ſeu quid aliud Principis vſui neceſſarium deferrent, eſt enim Baſtazo Græcis, id quod latinis porto, quod etiam elicitur ex l.
46 æternam,de murileg. Item & militabant † fabricenſes, vt l. iij. & iiij.C.de fabricen.his autem demandata erat armorum confectio, & cura,vt in l.j.eo.tit. inter quos erant Primicerij, & Protectores, quæ erant officiorũ,& dignitatum nomina,vt iam dixi;Exequuto-
47 res quoque atque † exactores milites eſſe dicunt iura in l.iij. & in
48 l.vlti.C.de exequutoribus,& exac. Ipſos denique † fori aduocatos & Patronos cauſarum militare dixit Imperator in l. Aduocati,C. de Aduo. diuer. Iu. Quòd minus mirabitur quòd l.j. C. de comit. Archia.lib.xij.conſiderabit, in qua vel medici Imperialis aulæ militare dicuntur,æquãturque dignitate Vicarijs, & Ducibus qui administrauerũt,ſi tamen Comitiuam primi ordinis meruerint,Neque iniuria decorantur,quibus Principis ſalus & vita ipſa eſt curę, ſed & ipſis Comitibus qui prouincias rexerunt æquantur, ſi d. l.
49 cum alia quæ ſtatim ſequitur coniungas;Militabant & † Numerarij,vt l.iij.C.de nume.lib.xij.Eorum tamen vorax officium,& fraudulentum dixit Imperator eo.tit.l.j.propter quod noluit eos immunes eſſe à quæſtionibus & tormentis, ſi ſe offerret occaſio,vt ea. l.Quę autem eis incumbant officia & curę,dicitur ibi in l.ij.vbi &

in tabu-

in tabularios formantur & denominantur; Ad eas etiam pertinet officium fiſcalis arcæ in prouincia,& tituli largitionales,vt eo.tit. l. in prouincijs. Item & militabant † Opinatores, de quibus in l. miſsi opinatores.C.de exac.Tribu.lib.x.in l.excellentia,& l.Opinatoribus. C. de erog. mil. anno. ij. erant militaris annonæ exaſtores, Io.tamen Pirri corrigit Opimatores, quorum cura verſatur vt Opima ſint caſtra,vulgo viuanderios dictos.vt per eum in trac.de Mag.Ro.j.parte in fin.Haloander verò dictas ll. correxit, Optiones,non autem Opinatores,forte motus ex l. pen. C.de apo. pu.eo.lib.vbi optio inter exactores genere maſculino ponitur forte verior eſt prima lectio Opinatores, ſiue pro exactoribus poſiti, ſiue etiam pro his qui prædia ęſtimant quę in cenſum rediguntur quòd ex l.vlt colligitur C.de præd.Nanicul;Ibi ſecũdum agri opinionem,ideſt cenſualem profeſſionem,vt Accur.ibi exponit,hinc forte dicti quòd pretia imponat Prædijs quanti æquum opinantur Alcia.verò Optiones dicit qui ęgrum militẽ antecedunt vt pro eo pugnent,à cooptãdo dictos,quòd à Vegetio deſumpſit, Optiones, inquit ille lib.ij.c.vij.ab optando appellati,quòd antecedentibus, ægritudine præpeditis, hi tanquàm adoptati eorum atque vicarij, ſolent vniuerſa curare. Optionum mentio habetur in l.pe.de iu.fi. li.x. vix tamen ex ea colligitur quòd eſſet eius officiũ.Quòd eſſent exactores,probat d.l.miſsi optiones,ſi Haloandrũ ſequamur;quod & apertius cõprobat d.l.pen.de apo.pu.& l.optionibus.C.de erog. mil.an.ex qua lege videtur oſtendi q; non à prouincialibus,ſed ab ipſis Ducibus officijsque prouincialibus exactã eam à prouinciali bus pecuniam,recipiebant;de eis etiam mentio habetur in l.j.C.de excoc.& tranſl.mil.anno,vtrobique tamen legitur in vulg.codicibus opinator,non optio,vt correxit Haloander,cui valde refragan tur Vegetij verba ſupra relata,exigebãt autem,in caſu d.l.j.opina tores illi,vel pro ſua familia,quam non habebant,vel verius,à fami lijs defectis,& extinctis,alios Prouinciales pro eis grauando, non à priuilegiatis vt Accur.exponit.cum in l.ij.eo.tit. prohibeatur im munitas omnis,ne domus quidem. Auguſtæ, de optionibus etiam fit mentio,ſed alio ſenſu,in l.vlt.C.locat.ibi,ſub diuerſis optionibus fœderatorum, & in auct. vt neque mil. neque ted. §. ſcientibus, ibi, fęderatos ad proprias optiones transmittant, & his duobus vltimis locis oſtenditur Romanos quidem milites fuiſſe in proprios numeros redactos, fęderatos verò in proprias optiones, ſunt & inter milites togatos † coactores, ideſt Receptores particulares, quos hodie vocant, vt tribuni ærarij, qui &

generales. Et vt tandem modum huic cathalogo togatorum mi-
52 litum imponam, †militare dicuntur omnes quotquot in ſacro palatio famulantur, & ſeruiunt, vt habetur in toto titulo de priuile. eo. qui in ſac. pala. mil. ſpecialius etiam fiet de alijs multis ſermo ſequenti cap. Dum gradus & nomina militum armatorum recenſebimus.

SVMMARIVM.

1 *Caligatus miles.*
2 *Tribunus.*
3 *Centurio.*
4 *Ducenarij.*
5 *Ordo militum.*
6 *Haſtati.*
7 *Manipuli.*
8 *Leuis armaturæ pedites.*
9 *Principes.*
10 *Antepilani.*
11 *Primipilus.*
12 *Vexillum.*
13 *Triarij.*
14 *Rorarij.*
15 *Accenſi.*

De militibus armatę militię. Titulus XI.



IBET poſt recenſitos togatos tot milites, armatos aliquot recenſere, quamuis non ignorem non paucos ex ſupra relatis debuiſſe in hanc ſecundam claſſem reponi, prout, & non paucos, & potuiſſe in prima collocari; quod aliquanto altiùs repetam.

Romana florente rerumque potiente Republica, ſortiebantur prouincias Conſules, Proconſules, Prætores, aut Proprætores, qui & exercitibus præerant: vixque alios inuenies ſupre ma auctoritate, ad prouincias tranſmiſſos: rebus verò ad vnius po teſtatem tranſlatis, non multa immutauit Auguſtus, neque alij poſt eum in Imperium ſuffecti, vſque ad Adrianum. Hic verò multa innouauit: Diocletianus poſtea & Maximilianus multò plura adinuenerunt: vt ſunt leges, ac correctores plurimi vbi commiſſa

plurima;

plurima;Poſt Biſantium in nouam Romam excitatum, & traſlatas in exteras gentes Imperiales ſedes, Ante Gotticas illas cęterasq; Barbaricas vaſtationes, lungè lateq; in Diœceſes & Prouincias diuiſus eſt orbis,in ciuiliumq; ac militariũ rectorum gradus, in dignitates Palatinas,atq; officia, quod latisſimè videbis in opuſculo quodam innominati auctoris quod Alci.edidit poſt ſuum tract.de mag. Ciuilique ac mil. Iu. nuncupatq; illud ipſe, Breuiarium ad Theodoſium. Armatę verò militiæ nomina,& gradus nõ tam fi-
1 gillatim iura nominant, fit tamen mẽtio de † Caligato,qui eſt infimus eorum gradus, in l.à Caligato.C.de nup. De Tribuno Centurione, atq; hoc ipſo caligato, & alijs officijs in l.ij.ff. de ijs qui
2 no.infa. † Tribunũ à tribu tribuẽdoq; iure,dixit Vegetius, vnũq; ex eis maiorem,qui ſacro Imperatoris ſcripto præficiebatur,mino
3 res verò ſuis laboribus ad illum conſcendebant. † Centuriones verò erant qui Centurias curabãt,ideoq; cõtenarij ab alijs dicti,De
4 † Ducenarijs in multis legibus C.habetur,qui vt puto, vel ducentum præerant,vel erant ipſi ducẽtum in ſua ſchola aut ordine. Vege.etiam de ducenario hæc dixit. Primus haſtatus duas centurias ideſt ducentos homines ducebat,quem nunc, inquit,Ducenarium vocant,quæ indago parum attinet ad legalem materiam; Neq; tamen ſilentio præterire eſt animus qualiter Romani,dum maximè florerent reſpublicæ & militia, ſuos diſtribuebant milites, prout recitat Liuius prima Dec.li.viij.Plures in ordines inquit,Romani ,,
5 milites inſtruebantur; † Ordo ſexaginta habebat milites, centu- ,,
6 riones duos,vexilarium vnum;Prima acies † Haſtati erant. † Mani ,,
7 puli quindecim,paulum inter ſe diſtãtes, Manipulus vicenos mi- ,,
8 lites habebat leues,& aliam turbam ſcutatorum, † Leues autẽ di- ,,
cebantur quia haſtam tantum & geſſa ferebant; Hæc prima frons ,,
pubeſcentium iuuenum; Robuſtior exinde ætas totidem manipu- ,,
9 lorum,quibus † Principibus erat nomen;Hos ſequebãtur, ſcutati, ,,
10 omnes armis inſignibus,triginta manipulorum, † Antepilani di- ,,
cti ſub ſignis alij ordines quindecim locabantur,ex quibus quiſq; ,,
11 ordo tres partes habebat, & vnam quanq;. † Primipilum appella- ,,
12 bant,tribus ex vexillis conſtabat, † Vexillum centum octuaginta ,,
13 tres homines erant,Primum vexillum. † Triarios dicebant, vetera ,,
14 num militem ſpectatæ virtutis, Secundum † Rorarios, Tertium ,,
15 † Accenſos,minimæ fidutię,& in vltimam aciem reijciebant, Ac- ,,
cenſorum mentionem facit Io.Pirri in trac.de mag.Ro.parte prima,num.5.qui mihi in manum venit perfecto iam hoc meo qualicunq; labore,neq; tamen declarat, ſed remittit ad ſua commen-

taria in iij.lib.C.tit.de appa.Proconſ. quæ mundum mihi contigit legere,vt, caſtra ſequenti. Neq; ocium,neq; cõmoditas affuit amplioris bibliothecæ parandæ, & vt vocarunt me mea fata vt nunc hos ſequerer Principes & Duces nunc illos, alienisq; potius viuerem,vt poeta inquit.Auſpitijs,quàm meis. Alcia.autem eos dicit miniſtros maioris magiſtratus, quaſi ad cenſum additos; nemo tamen eorum locum hunc Liuij citat.Haſtati omniũ primi pugnam inibant; Alibi etiam Liuius primipilum primum dicit eſſe Centurionem,vt Li.vij.primæ Dec. Primipilum dixit Io. Pirri, dicto loco,parte iij.nu.7.fuiſſe legionis caput;ſed decimæ;quæ erat nobiliſima,vel primæ,quod ei magis placet; quòd ex Liuio Arguitur lunge aliter ſe habere, ac etiam ex Cæſ. in commen. Li. S. T. Baluentio,inquit,qui ſuperiore anno primipilũ duxerat,viro forti,& magnæ auctoritatis vtrunq; femur tragula traijcitur, Q. Lucanius,eiuſdem ordinis,interficitur,l.Pupius, (Li.j.de bello ciuili inquit)Primipili Centurio,adducitur,qui hunc eundem ordinem in exercitu Gn Pompei anteà duxerat, rurſum Li.iij. ſcuto Sænæ Centurionis ad Cæſarem relato, inuenta ſunt in eo foramina ducenta triginta,eum ab octauis ordinibus ad Primipilum traduxit, item Li.eo.erat Craſtinus euocatus in exercitu Cæſaris, qui ſuperiore anno Primipilum in legione decima duxerat; quid enim dixiſſe opportuit in legione decima,ſi ſola ea habebat Primipilum? quòd & Pyrrhum intellexiſſe apparet ex ibi dictis qui etiam locũ illum recitat ex Cæſare, de Craſtino illo euocato, Ego euocatos, (vt id obiter dicam) puto eſſe qui magnæ virtutis atq; experimenti viri poſt misſionem à Ducibus, grauisſimis vrgentibus occaſionibus,vocabãtur,vel de hoc ipſo Craſtino eodem loco legitur, ſequimini me, inquit, ad milites commilitones mei qui aliquando fuiſtis,in fi.Li.j.de bello ciuili, quòd ſuperioribus, inquit, bellis probati ad obtinẽdos exercitus euocentur,& eo.Li.Erant,inquit, Senatorij ordinis L.Domicius & P.Lentulus, Vibulius Rufus,Sex. Quintilius, Lu.Rubrius;Præterea filius Domicij, alijq; complures Adoleſcentes,& magnus numerus equitum Ro.& decurionũ,quos ex municipijs Domicius euocauerat; Item eo. Li. Cæſar legiones in Hiſpaniam præmiſerat,ad ſex millia auxilia peditum,equitum tria millia,& parem ex Gallia numerum,quẽ ipſe petiuerat, nominanti ex omnibus ciuitatibus nobiliſimo quoq; euocato. Pyrrhus tamen vbi ſupra aliter intelligit. Sub Cęſaribus verò curæ Primipilarium nõ pauca acceſsiſſe demonſtrant iura, quę volunt etiam vxoris dotem eſſe pro debitis Primipili fiſco obnoxiam, vt.l.ſatis

notum

notum.C.in qui.cau.pig.ta.contraha.l.iij.C.de Primip. Li.xij. Et no. in.l.si non verum.C. de don.inter vir.& vx. filij etiam pro eisdem debitis vsq; adeò obligabantur, vt neq; possent paterna hære dit̃ate abstinere; aut saltem cogebantur etiam absenti paternum æs persoluere;vt.l.vlt.C. de Primipi.vnde & credi debet eum pecuniam publicam ex ipso officij genere administrasse,illã fortè quæ in stipendia militum qui primipilo parebant erogabatur, cui sensui parum differunt quę de hoc ipso primipilo ex Vegetio notauit Alcia.in tit.de primipi.apud quẽ Vegetium lib.2.cap.8. latè quæ ad Primipili dignitatem atq; officium pertineant intelliges.

SVMMARIVM.

1 *Præfect. prætorio orientis.*
2 *Præfect. prætorio Illirici.*
3 *Præfect. prætorio Italiæ.*
4 *Præfect. prætorio Galliarum.*
5 *Præfect. prætorio Affricæ.*
6 *Præfect. prætorio, cui comparetur ex hodiernis magistratibus.*
7 *Præfecti prætorio prærogatiuæ.*

De præfecto Prętorio. Titulus XII.



1 VPREMI oĩum magistratuũ,erant Prętecti Prætorio,ij erãt numero quatuor;† Præfectus Oriẽtis,† Illirici,† Italiæ,† Galliarum. Aditus est postremo à
3 Iustiniano quintus,qui † Præfectus fuit Affricæ,de
4 quo est in C. specialis titulus; De Præfecto prętorio,hæc Tacitus scribit, vim præfecturæ,de Seiano
5 loquens,modicam antea,intẽdit,dispersas Cohortes vnà in castra conducendo,vt simul Imperia acciperent,numeroq;,& robore, & visu inter se,fiducia ipsis,metus cæteris crederetur, vt ibi latius vi
6 debis I i.iiij.† Hos aliqui vice ea apud Imperatores functos putãt, qua apud dictatores fungebantur Magistri Equitum; Alij eum comparant illi quem hodie Magnum appellant Cancellarium, vt Budeus:Aliqui vero Magno contestabili, quæ dignitas habetur solum in Hispania,& in Gallia.Ego vix posse eos alicui ex nostri æui magistratibus comparari censco,cum sint in aliquibus similes & in multis absimilimi: Habetur & de quatuor Præfectis mẽtio in Auc.vt ordin.Præfec.§.renouamus,colla.5.videlicet Oriẽtis Illiri ci,Hesp̃iæ,& Libię,quos & carpẽtis vehi, & p̃conũ vocibus excipi,

ac

ac in iudicialibus ſedibus conſiſtere conceditur.Neque enim,vt id obiter dicam,quòd hodie per Italiam,præſertim,Mediolani,vſurpant etiam de plebe,& de fabris ditiores. curribus per vrbem vehi paſsim melioribus illis ſeculis licebat,ſed maximis,& principibus
7 viris.† Præfecti præto.erat inter cætera pruilegiũ ne ab eius ſententia prouocetur , cum non ſecus eum credat Princeps iudicaturum quàm ipſe giudicaret; Item ne minores , per eius forte ſententiam læſi ab alio quàm ab ipſomet reſtituantur,niſi forte à Principe, vt l.vni. ff.de offi. præfec præto. Quod manifeſtam habet rationem, ne magioris magiſtratus factum inferior cognoſcat; Habet etiam poteſtatem condendæ legis , ſi non ſit ambitioſa , ſed generalis , & quæ ius anterius non corrigat,l.ij.C.eod.titu. Eſt etiam ei data poteſtas ſubmouẽdi iudicis,ſi cauſa ſubſit,vt eo.ti.l.iij. cognoſcitque de ipſius iudicis iniuria , & iniuſticia,etiam ſi militari viro ſit facta,neque de ea cognoſcet Magiſter militum,vt eodem tit.l.iiij.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus vrbi quando primò inſtitutus.*
2 *Præfecti vrbi poteſtas.*
3 *Præfectus ærarij.*
4 *Præfectus vigilum.*
5 *Præfectus fabrum.*
6 *Præfectus caſtrorum.*
7 *Præfectus laborum.*
8 *Præfectus operum.*
9 *Præfecti nomen generale.*

De præfecto vrbi. Titulus XIII.

EQVITVR præfectum præto.& dignitate,& titulorum ordine.ff.& C. præfectus vrbi. De eo hæc ſcribit Tacitus,† Antea profectis domo regibus ac mox
1 magiſtratibus,ne vrbs ſine imperio foret,in tempus deligebatur qui ius redderet , ac ſubitis mederetur, feruntque à Romulo,Dentẽ Romulium,poſt à Tullo hoſtilio Numam Marcium , & ab Tarquinio ſuperbo ſpurium Lucretium impoſitos;Dein.Conſules mandabant,Duratque ſimulacrum, quoties ob ferias latinas proficiſcitur qui conſulare munus vſurpet.Cæterum Auguſtus bellis Ciuilibus Cillinium Mecænatem

natem equeſtris ordinis cunctis apud Romam, atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legũ auxilia, ſumpſit è conſularibus qui coherceret ſeruitia, & quòd ciuium audacia turbidum; niſi vim metuat, Adiunctusque eſt in cura annonæ Præfectus Annonæ, Ita tamen vt hic nouerit ſuperioris gradum agnoſcere quod in l. j. dicitur C. de off. præfec. vrbi.

2 †Cognoſcebat hic præfectus de omni crimine intra centeſimum lapidem commiſſo; ſic in Mediolanenſi prouincia concurrit hodie Capitaneus, quem vocant iuſtitiæ, cum prętore quolibet atque ordinario omnium Ciuitatum Iudice, ſolum inſpecto quis in cognoſcendo præuenerit, vt in l. j. in prin. ff. de offi. præfec. vr. cognoſcebat & de querimonijs libertorum in Dominos, viciſsimque dominorum in libertos. De eorum in ſeruos ſæuitia vel impudicitia, de tutorum maioribus fraudibus. De numulariorum fide. Curam etiã habebat carnis, tum & quietis popularis, maximè dum fiebant ludi, & publica ſpectacula; vnde & ſtationes militum per loca apta diſponebat; Negotiatione etiam atque exercitio, ex cauſa, interdicebat; Quæ tamen omnia cum intra terminos ſibi conceſſos adminiſtraret, extra eos nihil expediebat; poterat tamen delegare his qui intra limites erant vt ea gererent; vt in l. vlt. ff. eo. tit. Infra vrbem verò cunctis erat magiſtratibus excelſior, & in omnia corporatorum, & collegiatorum corpora cognitionem habebat, vt legitur in l. iii. & iiij. illo eo. tit. Conſtituerunt poſtremo Principes

3 †Præfectum ærarij, cuius fit mentio in l. Arrianus, in princ. ff. de iu.
4 fi. Et † Præfectum vigilum, de quo habetur in tit. & l. vni. C. de off.
5 præfec. vigil. Hos à Græcis perfectos Noctium vocitatos miratur
6 Imperator in nouella conſtitu. xiij. tit. de plebeis præto. in princ.
7 Erant, & † Præfecti fabrum; † Præfecti caſtrorum, † laborum.. † ope
8 rum; atque aliorum conſimilium, † Cum ſit nomen generis, vt
9 præpoſitus, atque alia eiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter militum præſentalis.*
2 *Prefec. Præto. vrbi & magiſtri equitum, & peditum equalis dignitas.*
3 *Præcedit quis cæteris paribus, ne qui prius eſt dignitatem adeptus, aut qui prior literas obtinuit.*
Præpoſitus ſacri cubiculi æqua eſt dignitate cum præfecto pręto.

De

De officio magistri militum. Titulus XIIII.

1  RAEFECTOS sequebantur † Magistri militum præsentales, qui & multi erant, tum equitum, tum peditũ; alijque in Illirico, & Thracijs, alij per Orientem, per Occidentem etiam alij, scripsit de eis, cęteris que Romanis magistratibus antiquis, is de quo supra est habita mentio in Breuiario ad Theodosiũ. & est in operibus Alciati post trac. de Magistra. ciui. & Mil.

2 † Præfectorum verò omnium, tam Prætorio, quam vrbi, Peditumque atque equitum Magistri, par fermè erat & æqualis dignitas,

3 †ita vt cùm ad priuatam contingebat eos redire fortunam, is esset potior qui prior in promotione, & codicillorum adeptione inueniebatur, iuxta l.j.C.de præfec.præto. li.xij. Et ille est facultate sedendi: loquendi, prius decernendi potior, cui est splendor adepti magistratus vetustior, quod est no. ad omnes qui æqualis sunt offi

4 cij, & dignitatis; vt dicitur in l.ij.illo eo.tit. † Sacri etiam Cubiculi Præpositus vt id obiter, dicam quem hodie magnum Cambellanum vocãt, antedictis Magistris atque etiã Præfectis, est dignitate æqualis, Ita vt inter eos sit ille, officio deposito, dignior, qui prius eum adeptus sit. Alterque sit posterior quem recentius examen probauerit, quod dicitur in l.j.C.de præpo.sa.cub.

SVMMARIVM.

1 *Magister scriniorum.*
2 *Magister Memoriæ.*
3 *Magistri epistolarum.*
4 *Magister epistolarum Græcarum.*
5 *Magistri libellorum.*
6 *Magister officiorum.*
7 *Magistri officiorum officium quale.*

De officio mag. scriniorum & aliorum mag. Titulus XV.

1  POST supradictos, magnæ erant auctoritatis † Magistri
2 scriniorũ, de quibus est tit. & l.vni.C.de mag.sacro.scrin. lib.xij. sub quorum potestate erant † Magister memoriæ

qui

qui annotationes omnes dictabat,& emittebat,ac precibus respon
3 debat: † Magister epistolarum,cuius erāt curæ legationes,cōsulta
4 tiones,& preces ciuitatum: † Magister alter epistolarum Græcarū,
5 qui vel Greca dictabat,vel ea latina reddebat:† Magister libellorū qui cognitiones tractabat,& earum preces: de quibus magistris fit mentio in l. eos,C.de excus.mu.li.x.vbi & de eorum priuilegio tra ctatur,quod & fit in l.iij.C.de prox.sacr.scrin.Quot verò in quoli bet scrinio seruirent:habetur in l.hac parte,illo co.ti. Magnę,& 6 potestatis,& dignitatis erant † Magistri officiorum,quem & vocat 7 Imperator virū excellētiss.in l.vlt.C.de off.mag.off.† Eius verò officio spectabat, inter cætera, admonere Principem quemadmodū se haberet militum numerus.Item & castrorum,ac clausurarum cu ra,vt dicitur in l.iiij.C.eo.tit.sub eius etiam cura erat schola omnis scutariorum prima & secunda.Item & gentilium seniorum,sagitariorum omnium,scutariorum, Clibanariorum Armaturarum, Iuniorum,Gentilium Iuniorum,Agentium in rebus,ac deputatorum eiusdem scholæ:Mensores etiam,lampadarij,scrinium memoriæ,scrinium epistolarum,scrinium libellorū,scrinium dispositionum,officium admissionum, omnes ij dicto officiorum Magistro parebant,vt in d.libello post Alcia.de magist.videbis in dicto Breuiario ad Theodosium.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus quid.*
2 *Comitum dignitas.*
3 *Comes sacrarum largitionum.*
4 *Comites commerciorum.*
5 *Comites metallorum.*
6 *Comites,& rationales summarum.*
7 *Præfecti thesaurorum.*
8 *Magistri vestis lineæ.*
9 *Magistri vestis priuatæ.*
10 *Procuratores gineciorum.*
11 *Procuratores lanificiorum.*
12 *Procuratores baffrorum.*
13 *Procuratores monetarum.*
14 *Præpositus bastagarum.*
15 *Comes vestiarij.*

16 *Comes auri.*
17 *Comites titulorum largitionalium.*
18 *Comes rei priuatæ ſacræ domus.*
19 *Baſtaga priuata.*
20 *Præpoſiti gregum.*
21 *Præpoſiti ſtabulorum.*
22 *Procuratores ſaltuum.*
23 *Rationales rerum priuatarum.*
24 *Primiſcrinius beneficiorum.*
25 *Primiſcrinius canonum.*
26 *Primiſcrinius ſecuritatum.*
27 *Primiſcrinius priuatarum largitionum.*
28 *Comes ſacrarum largitionum.*
29 *Comes ſacri pallatij.*
30 *Comes ſacri ſtabuli.*
31 *Comites prouinciarum.*
32 *Comites conſiſtoriani.*
33 *Comites villularum non merentur hoc nomen.*
34 *Comites domeſticorum.*
35 *Comites domorum.*
36 *Comites ſcholarum.*
37 *Comites primi ordinis.*
38 *Archiatri.*
39 *Comes militaris an maior vicario?*
40 *Præferri an debeat qui plnries eundem geſſit magiſtratum, ei qui ſemel tantum?*
41 *Præferri an debeat, qui prior honorarium officium eſt adeptus, an qui poſterior, prior in adminiſtratione?*
42 *Honorarium qui ſemel ſoluit pro officio honorario, non ſoluit iterum pro adminiſtratione.*
43 *Reliquiæ honoris geſti remaneat.*
44 *Iunior longè præſtantior, præcedit ſeniorem.*
45 *Præferri an debeat emeritus ex priuilegio, an emeritus ex re.*
46 *Comites domeſticorum equitum, & peditum.*

De varijs Comitibus. Titulus XVI.

1 COMITATVS locus dicitur in quo Imperator vitam ducit, vt pluribus locis Alcia. declarat. vnde, & Comitatenſes dicti, qui continuò in pallatio verſantur, ac commorantur

rantur,vnde & Comites. Comitum,† & dignitas,& poteſtas ma
gna erat,Primiq; omnium erant †Comites ſacrarum largitionum,
qui ferè per ſingulas erant prouincias diſpoſiti:parebant enim eis
† Comites commerciorũ vbiq;, † Comes etiam metallorum, †Co-
mes & rationalis ſummarum Aegipti. Item & ſub eius cura erant
† Præfecti theſaurorũ, †Magiſtri veſtis lineæ,†Veſtis priuatę,†Pro
curatores ginęciorum, †Lanificiorum, †Baffiorum, †Monetarum,
& † Propoſitus Baſtagarum,Inſuper ſuberat ei Comes alius largi-
tionum per Illiricum,†Comes veſtiarij,†Comes auri,†Comes lar-
gitionum Italicarum, †Comes titulorum largitionalium per Affri
cam,& rationales vbicunq; per prouincias deſtituti. Comitem
etiã habebat Imperator,†qui rebus præerat priuatis ſacræ domus:
de quo fit mentio in rub.& ing.C.de Comit.rei priu.ſa.do. Erãtq;
ſub eius diſpoſitione † Baſtaga priuata,†Propoſiti gregum,†& ſta
bulorum, † ac Procuratores ſaltuum,atq; etiam † Rationales rerũ
priuatarum. Habebat etiam in officio Primicerium totius officij,
† Primiſcrinium beneficiorum,†Primiſcrinium canonum,†Primi
ſcrinium ſecuritatum, † Primiſcrinium ſcrinij priuatarum largi-
tionum,cæteroſq; omnes ſcriniarios horum ſcriniorum. Item &
ſecundocerium totius officij, qui tractat chartas eiuſdem officij,
quod latiùs videbis,ex antedicto Breuiario ad Theodoſiũ. Sunt
† & ſpeciales,tit.in C.& leges multæ tractãtes de officio.co.ſacra.
larg.†de off.eo.ſa.pal.de off.Co.re.pri.de off.Co.orien. In quibus
tamen leuia quædam ſtatuuntur,parum ad legalem ſcientiam ſpe
ctantia,neq; ad rem militarem. † Comitis etiam ſacri ſtabuli,
† Comitumq; Aegipti, & Ponticæ diœcęſeos mentio habetur in l.
vni.C.de Comit.& trib.†Item & de comitibus cõſiſtorianis,in tit.
de Comit.conſiſt.Qui & in l.j.eiuſdem tit.ſpectabiles dicuntur,&
Proconſuiibus ęquantur,ij Principis conſiſtorium,& tribunal co-
mitabantur:cuiuſmodi hodie ſunt conſiliarij, quos vocant,ſtatus.
De his loquens Lu.de Pen.in rub.C.de Com.conſiſt.li.xij.dicit,ꝙ
Comes,nomen eſt dignitatis, qui nunquàm debet ornamento ca-
rere,potiſsimę virtutis,aliàs, nedum debent à Principis comitatu
arceri,ſed neq; poſſunt iuxta eius pallatium habitare.l. quicũque,
de op.pu.Hodie verò,inquit,propter copiam,tot Comites reddun
tur ignobiliores,†& præſertim,qui ex viculis,& caſtellulis Comi-
tes intitulantur.Hos autem conſiſtorianos, ſpectabiles dicit Impe
rator in l.j.& ij.C.eo.tit. Erant & Comites ſcholarum,Comites
ſacri pallatij,rei militaris,qui prouincias regunt, ſingulią; ſuos ha
bent titulos poſt d.ti.de Comi.conſiſt. †Erant & Comites domeſti

corum,vt C.de ſilentia.l.j.†Comites domorum,vt C.de pala.ſacr.
larg.l. iij. † Comites ſcholarum,de quibus in l.j.C.de comit.ſcho.
Item,& † Comites primi ordinis, quibus & milites committebantur in remotas prouincias deducendi,aut in eis regendi, quibus,& loco cedunt qui proconſulatus habent inſignia: Ducibusque ęquã tur qui prouincias adminiſtrauerunt,præter Aegyptiam , & Ponti
cam:vt l.j.& ij.C.de comi.rei mil. † Archiatros etiam,qui inter comitiuam primi ordinis meruerint , Ducibus , & Vicarijs æquari legitur in l.vni,C.de comit.& Archia.& ij omnes ſunt ſpectabiles, illis exceptis quos ſupra Illuſtres dixi . & de quibus loquitur Impe rator in l.prouincialium.C.de eroga.mil.anno.eos etiam dignitate inæquales eſſe animaduertit Accur.in rub.C.de comit.qui pro-
uin.re.& de Archiatris dixi in præcedenti cap. † Comites verò militares Vicarijs Præfecti prætorio præponit Imperator in l.j.C. de off.vic.ſi tamen negotium militare tractetur , in ciuilibus enim præfertur Vicarius:vt in ea l.dicitur:quæ & in argumentum deſumitur vter præcedat Eques , an Doctor . Et poſtquàm ſermo de
maioritate , & præcedentia incidit , † quæro vter præferatur, qui magiſtratum primo ſemel tãtum geſsit,an is qui pluries , depoſita ab vtroque dignitate:& in l.j.C.de conſu.li.xij.dicitur quòd repetiti faſces ſæpe meritam virtutem comprobant, ſed non augent:re
ſtat ergo vt qui prior eſt tempore potior ſit iure . Quæro † etiam an qui prior honorariam eſt dignitatem adeptus, & poſterius eius eſt cõſequutus adminiſtrationem , illi præferatur qui poſterius obtinuit,prior tamen geſsit:& in l.pen.d.tit.de conſul. dicitur honorarium illum priorem præferri, vt ibi , cunctis Conſulum honoribus , & priuilegijs ex anteriori tempore prouectionis ordinem ſi-
bimet nouerit vindicandum. Eſtq; lex illa ad aliud no. † quòd qui honorariam dignitatem adipiſcitur:& ſoluit id quòd pro adeptione ſolui conſueuit, ſi alio tẽpore eandem adipiſcatur dignitatem, cum adminiſtratione,non ſoluet iterum eandem ſummam. Notatur etiam ex dictis legibus , quòd qui notabili aliquando fuere dignitate conſpicui,veniunt adhuc poſt eam depoſitam honoran-
di , † propter reliquias geſti officij,ad quod etiã facit tex. in l.vlt. C.de mag.ſac.ſcrin.quod Glo. latiùs proſequitur in l.ij. in Glo.ij. C.de Præfec.præto.li.xij.ad quod etiam poteſt induci. l. vlt. C.de præpo.ſa.cub. prout eam ſummat Bal. & prout etiam ibi Glo. innuit,licet alius forte ſit ſenſus illius.l. nempe præpoſitos ſacri cubiculi,etiam Auguſtæ,poſt finitam militiam illam poſſe vti carruca, & cingulo,non propter reliquias geſti officij, ſed ſi fuerint ſenatoriam

riam dignitatem adepti. Nisi dicas eo ipso quòd legitimo tẽpore seruierunt, senatoriam eos dignitatem consequi, quòd innuit l. iij. C. de silen. lib. xij. Quo verò ordine procedant qui honorariam sunt dignitatem adepti, & qui verã, & realem, qui rei prius aut posterius vacationem habuerunt, habetur, & no. in l. ij. C. vt dign. or. ser. li. xij. Aliud etiam super hac prælationis materia adnotandum puto, vt ita verum sit, vt qui tẽpore est prior, sit dignitate po-
44 tior, † nisi iunior sit lungè præstãtior: idque quindecim testibus eiusdem dignitatis atque professionis comprobetur: vt probatur vtrunque in l. vnicuique, C. de proxi. sa. scrin. d. lib. xij. quod videtur contrarium his quæ dixi supra vers. quæro etiam an qui prior, & solui potest, aliud in honoraria dignitate quam effectus postea sequatur, aliud in honoraria vacatione, quæ non iuuetur effectu seruitij præstiti. Non præferuntur tamen qui aliquando seruierũt, & excusati honorariam vacationem impetrauerunt, his qui militia per debitum tempus sunt perfuncti, quãuis actu posterioribus, vt l. iiij. C. de prin. agen. in re. quod & probatur in l. ij. in fi. C. de
45 prim. lib. xij. † Prę feruntur tamen emeriti, & qui missionem meruerunt, his qui eandem dignitatem actu exercent, l. vlt. C. de pri. eo. qui in sa. pal. mil. li. xij. quod enim tu consequi niteris iam ego
46 consecutus sum. Aderant & † Comites duo domesticorum æquitum, & peditũ, quibus tam æquites q̃ pedites domestici parebant.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij nomen generale.*
2 *Vicarius est quasi imago alterius.*
3 *Vicarius alter à Principe datus, alius qui à Magistratu.*
4 *Neque æquali gaudent prærogatiua.*
5 *Vicarius potest reuocari, etiam si sit perpetuus.*
6 *Vicarij perpetui prouinciarum similes Præfecto prętorio.*
7 *Vicarij perpetui potestas pendet à commissione ei facta.*
8 *Vicarij Imperiales qui.*
9 *Vicarium Imperialem, an possit Imperator alij subijcere.*
10 *Et an eum possit reuocare.*
11 *Vicarius nolentis nemo esse potest.*
12 *Vicario potest Imperator dare correctorem, & superintendentem.*
13 *Quod maximè potest cum enormiter grauat subditos.*
14 *Imperator in terra Ducis, Marchionis, & Comitis, est Dux, Comes, & Marchio.*

De

De officio vicarij. Titulus XVII.



VICARIORVM erat nō multo à Comitibus abſimilis poteſtas,atq; auctoritas: † Eſt autem Vicarij nomen valde generale , cum & ſeruus Vicarium habere poſsit,l.quis ſit fugitiuus,§.idē ait,ff.de ędil.edi. cum ſim. & eſt etiam generale omnium magiſtratuum,vt C.de off.eius qui vicem alte. obti.ſed titu. qui eſt in C.de offi. vic. eum eſſe Vicarium per antonomaſiam fortè dicit,qui vicem præfecti prætorio habet:hoc declarat l.j. eo.tit. licet gl.j.ibi aliter intelligat, quæ eum Comitis militaris Vicariū dicit,quod eſt valde incongruum legi illi,qua ſtatuitur alterum alteri in aliquibus anteferri,quod de Comite,& eius Vicario dici nō
2 debet : † Cum qui vice eſt alterius ſit veluti imago illius, & conſequenter eo inferior.l.iij.ff.de off. eius cui manda. eſt iuriſd. fortè etiā ab ipſo Principe dabatur Præfecto Vicarius,quando ad ipſum ſuo nomine relationes tranſmittebat, vt eo.ti.l.ij.cum alias Præfe
3 cto ipſi referre deberet,aut Principi,eius nomine: † Quòd verò tā ipſe Princeps quàm Magiſtratus ipſe Vicarium conſtitueret,probatur in l.ij.C.de off.eius qui in vicem alt.iud.ob. ibi , qui præceptione principali,vel veſtræ ſedis ampliſsimæ. Hinc dixit Car.in
4 cle.j.in vj.oppo. de off. vic. † quòd licet eadem regulariter prærogatiua non gaudeat Vicarius,qua principalis,id reſtringitur,cum eſt ab eo datus,non ſi à ſuperiore.& ibi in iij.q.dicit , quatuor eſſe
5 Vicariatus ſpecies: † Vicarium poſſe reuocari dixit Bal. in l.ſolēt. §.j.ff.de off.Proconſ.Card.verò in d.cle.j.in xiij.q. dicit hoc cōtin gere etiam Vicario perpetuo.Pau.de Caſ.in conſ.xx.viſis & ponde
6 ratis omnibus ſupra narratis,li.ij. † Comparat hos Vicarios perpe tuos prouincijs per Papam præpoſitos,præfecto prætorio : & conſequenter non poſſunt,ſecundum eum, ſtatuta facere quæ ſint iuris communis correctiua.Dixit etiam Card.in d. clem.j. in xvj. q.
7 quòd eorum poteſtas pendet à comiſsione eis data.Hoc etiā,vt puto,intereſt inter Vicarium datum à Principe,& datum à Magiſtratu,vt hic non poſsit alij demandare:Ille autem poſsit.l. vlt.ff.de of. eius cui man.eſt iur.iuncta l.more maiorum,cum l.ſeq.& Gl.ibi in ver.alieno beneficio.ff.de iur.om.iud. Præfectus etiam legionis proprius erat in ea iudex, hic abſente legato tanquàm Vicarius ipſius poteſtatem habebat maximam : De eo autem,atq; ipſo legato tractat Vegetius li.ij.de re mil. c. ix. Multa de legato tractāt Cano

niſtæ,

niſtæ, ſed aliò ſpectant, & lungè à materia hac noſtra diferunt.

Cum verò paſsim præfecti, comites, alijq; maiores magiſtratus, vſurpaſſent Vicarios ſibi ſubrogare, vetuit Iuſtinianus id fieri, prę terquàm in prouincijs Oſdroena, & Meſopotamia, cunctis alijs id interdicens magiſtratibus: vt habetur in nouella conſtitutione cxxxiiij. ſub ti. de Vic. ſeu Locũte. §. j. & §. in ſummam. De multi plici vicariorum ſpecies, vide latas remiſsiones Fel. in c. poſtulaſti. 8 col. ij. de reſcrip. Sunt, & hodie † Vicarij perpetui ab Imperato- re in multis prouincijs conſtituti, de quibus multa tractat Bald. in conſi. cccxxviij. quod incipit, Quæritur ſi Rex Romanorum, lib. j. 9 † Ibi autem quærit an Vicarium perpetuum poſsit Imperator al- 10 teri ſuo Vicario ſupponere, † aut etiam eum reuocare, & tenet ſu- per vtroq; quòd ſic. In quãtum enim Vicarius, eſt merus officialis, 11 † & nemo inuitus habet Vicarium, eſſet enim contra naturam, vt quis nolenti prębeat officium, & miniſterium: & cum idem ſit audi torium, nemo ſedebit in meo auditorio me inuito: Nam ſicut Papa poteſt, inquit, deponere Cardinalem, ſic poteſt Imperator ſuũ Ba- 12 ronem: multò ergo magis poteſt eum alteri ſubijcere. † Poſſet etiã (dicit Bal.) ſuperaddere Baroni, aut Vicario ſuo perpetuo vnũ cor 13 rectorem, aut viſitatorem, † cum pati non debeat Vicarium ſuum diſcipare illam partem ſibi commiſſam: imponendo fortè ei noua grauamina, & inſupportabilia. Aliàs poſſet eum reuocare: & poſſet etiam iubere ne abſq; viſitatoris conſenſu onera imponat, neq; bel 14 la indicat. † Additq;, quòd Imperator eſt Dux, Marchio, & Comes, quod eſt dicere, quòd poteſt in terra Ducis aut Marchionis, idem quod Dux, & Marchio ipſe: ita Bal. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Duces ſpectabiles.*
2 *Duces multi.*
3 *Duces prius officiorum nomina, nunc dignitatum.*

De Ducibus. Titulus XVIII.

1 NON abſimili poteſtate, & dignitate comitali, aut vi caria erat † Ducalis, ſpectabili, & ipſi dignitate, l. j. C. de comit. & tribu. l. viros. C. de diuerſis off. li. xij. 2 † Ducum multorum fit mentio in d. §. ſancimus, & in l. ij. C. de offi. præfect. præto. Aff. Duces etiam, præter eos, qui in l. illa enũtiãtur, quamplures no-

minatos

minatos videbis in d.opere poſt Alcia.de magiſtr.vj.Duces tamen aliquos fuiſſe illuſtres,probatur in l.pen.C.de appella. Ducum verò nomine, & rectorum Prouinciæ ſæpè mitebant Imperatores ad regendas prouincias,commiſſa etiam eis cura exercituũ, vt eſt in tit.C.de off.rec.prouinc.& in d.opere poſt trac. Alcia. vt dixi, quamplurium Ducum variarum prouinciarum mentio habetur.

Duces verò ac maxima pars Comitum ſpectabiles erant, non etiam illuſtres, vt in nouella conſtit. xxiij.§.ſed ad illuſtriſsimum,
3 & §.vlt.quod tamẽ intellige,vt dixi ſupra. †Ea verò ætate proculdubio hæc erant officiorum nomina,hodie verò effecta ſunt dignitatum, vt habetur in decima colla.in tit. de feu. Marchię &c.& in tit.quis dicatur Dux,Comes &c.& de prohi.feu.alie.per Frid.§. præterea Ducatus,vbi & prohibentur diuidi,& alia ſtatuũtur,quæ enarrare nimis eſſet prolixum,& à re noſtra iſta alienum.

SVMMARIVM.

1 *Conſules quando exorti.*
2 *Conſularis exercitus quantus eſſet.*
3 *Proconſulis qualis poteſtas.*
4 *Proconſul extra prouinciam ſuam iuriſdictionẽ nõ exercet, niſi volũtariã.*
5 *Proconſul tenetur de delictis vxoris quam in prouinciam ſecum duxit.*
6 *Proconſul non delegat cauſas meri Imperij.*
7 *Delegat tamen vnum articulum.*
8 *Munera capiet Proconſul modeſtiſſimè.*
9 *Proconſul in ſua prouincia maior eſt omnibus.*
10 *Proconſul curare debet ne quis in ſua prouincia, propter nimiam potentiã ſit horrori cæteris.*
11 *Proconſul prouincia non excedit ante aduentum ſucceſſoris.*
12 *Proconſul ſyndicatui ſtabit in prouincia per quinquaginta dies.*

De officio & poteſtate Conſulis & Proconſulis. Titulus XIX.

1 CONSVLAREM dignitatem, ac poteſtatem, poſt exactos Reges à Romanis exortam dicitur in l.ij. ff. de orig. iu. idque teſtantur annalium omnium ſcripta,& præſertim Liuij.Neq; minus bello quàm pace, aut domi quàm foris valebant: Rerum quidem à ſe intra vrbem conſulatu ſuo geſtarum teſtis

ſtis eſt vbique Cicero, qui ſe Conſule natam Romam paſsim inculcat, Pater propterea paticæ dictus, Alij ferè omnes foris ac bel-
2 lo magis quàm domi, & pace clari; † Singulos Conſules aduerſus hoſtes duabus fuiſſe contentos legionibus, totidemque aut paulo minus auxilijs, certum eſt, ea erant peditum miliaviginti, equitum quattuor, Quòd ſi tanta erat hoſtium manus vt vtroque Conſule egeret in bello Reſpublica, duplicabatur ea quantitas; ita Vege-
3 tius lib. ij. de re mil. cap. iiij. rurſumque libro iij. cap. j. † Procon-ſules verò, Florentæ Republica & ante inuenta ac conſtituta tot officia per Principes, magno poſt conſules erant in honore, vt quibus & exercitus, atque Imperia & Prouincię comitterentur, nihilque à Conſulibus differebant niſi quòd aut iam functi erant illo officio, & magiſtratu, & erat eis poteſtas prorogata, aut ſaltem Conſulari poteſtate mittebantur; ſed neque ſub ipſis imperatoribus ignobilis erat eorum dignitas, & poteſtas; De eius officio videbis latè in titu. de offi. proconſ. per multas leges, & l. vnicam. C. eodem tit. Hic proconſularia habet inſignia, quæ ad viuum efficta videbis in breuiario Theodoſiano, iam pluries ſupra Citato, quòd &
4 in l. j. dicitur. ff. de offi. proconſ. † Poteſtatem non exercet procon ſul, niſi poſtquàm in prouinciam ſuam venerit, vt ea l. voluntariam tamen extra eam Iuriſdictionem exercet, vt dicitur in l. ij.
5 † Recte etiam fecerit ſi vxorem in Prouinciam non traduxerit, quod ſi fecerit, commiſsionem eius tenebitur, vt eodem tit. l. iiij. §. proficiſci, ſed neque legato ſuo iuriſdictionem demandabit, niſi iam in prouinciam appulerit, Cum non prius alij eam tribuere poſsit quàm ipſe nanciſci, vt dicitur in ea l. §. vlt. Niſi neceſſariam
6 ipſe moram in itinere patiatur, vt eo. tit. l. aliquando † Non delegabit tamen ea, quæ ſunt meri Imperij, vt in l. ſolet, & l. ſi quid,
7 † licet vnum delegare poſsit articulum, vt examen rei, vt d. l. ſo-
8 let, in princip. † Modum ſuper omnia proconſul, adhibere debet in recipiendis xenijs: valde eſt enim in humanum à nemine accipere, paſsim verò viliſsimum, at omnia auariſsimum, vt ea l. §. non verò. Ad ipſius etiam curam ſpectat publica opera inſpicere, curareque vt ſeruentur, reficiantur etiam aut conſumentur, & curatores operum præponere, militari etiam
9 adhibito miniſterio, ſi opporteat. vt ea l. † In ſua autem prouincia maior eſt quocunque alio magiſtratu, vt ea l. in fin. & l. ſequen. vnde, & omnes cauſas ſuæ prouinciæ expediet, Recte tamen faciet ſi pecuniariam fiſci cauſam Cæſaris procuratori remiſſerit, vt l. nec quicquàm, in principio eodem titu.

Debet & ſe circunſpectum præſtare in aduocatis audiendis,vt neque ſeuerus ſit ſupra modum,neq; tamen patiatur eos cauſas concinnare, redimere, aut præuaricari,vt d.l.nec quicquam.§. circa.
10 & † ſuper omnia proſpicere nedum potentiorum cauſæ aguntur aliorum contemnantur,præſertim miſerabilium, quibus & aduocatos,ſi egeant prouidebit: Curabitq; vt nemo ſit in prouincia metui atq; horrori cæteris ob nimiam ſuã potentiam,vt ea l.in fi.cauſas etiam parentum cum liberis,dominorum ſeu patronorum,cum
11 libertis de plano tractabit,vt d.l.§.de plano. Non decedet † Proconſul prouincia,neque cauſas deferet ante ſucceſſoris aduentum, etiam ſi tempus aliàs ei lapſum ſit ſui officij,neq; legatum ſuum decedere niſi ſecum patietur,peracto magiſtratu. l. meminiſſe.eo.ti. vtitur verò proconſul inter inſignia ſex tantum faſcibus,vt eo tit.
12 l.Proconſules. Manere † etiã eum in prouincia per quinquaginta dies oportet, peracti officij rationem rediturum,publicè ſe mõſtrantem,& querimonijs reſpõdentem:vt in auc.vt iu.ſine quo.ſuffra.§.damus autem.Ipſe Proconſul vir eſt ſpectabilis: vt in nouella conſt.dicitur,quæ eſt. xxx.§.ipſi verò,& §.porrò.

SVMMARIVM.

1 *Prætor unde dictus.*
2 *Prætoris creandi formula.*
3 *Prętori poteſtas annalis.*
4 *Prætor debet in loco maiorum ius dicere.*
5 *Barbarius fuit uere Prætor.*
6 *Iaſon reprehenſus.*
7 *Error communis facit ius,& qualiter intelligatur.*
8 *Prætor ſpectabilis.*

De officio Prætoris. Titulus XX.

1  RAETOREM à præeundo,ſiue à præeſſendo dictũ Zaſius dixit in l.ij.nu.52.de off.pręto.ſecundum tamen (meam ſententiam) pręſidi magis cõgruit:primum verò cõprobatur ex tex.nouellę conſt.xxiiij. quæ inſcribitur,de Præſide Piſidię,appellatione,in quit ibi Imperator,ex eo indita,quòd cęteris omni
2 bus præirent, & præponerentur. Creãdi † Prætoris formulam ex legis xij.tabularum,verbis recitat Oldẽdor.in trac.de locis cõmu.

car.

car.4.nu.7. Qualis esset prætorius exercitus videbis apud Vege
tium.li.iij.cap.j.iam supra allegato,erant autem dena peditũ mil-
lia,& bina equitum. Quæsitum aliquando Romæ fuit, posset ne
Prętor cum abessent Consules,cõsularia comitia habere,& negatũ
est posse:cum indecens ac contra maiorum morẽ esset, vt inferior
magistratus maiore creando auctoritatẽ impartiretur: vt ex Cice.
3 refert Zas.vbi supra. Vt verò †annalis erat Prætoris potestas,sic
annales erant pleræq; actiones eius:quæ verò hæ sint, & quæ perpe
tuæ,vide per Rog.antiquissimum Doct.in trac.de diuer. & tẽp.ac.
in prin. Prætorias prouincias fuisse Romanis sicut Consulares,&
4 Proconsulares omnibus bonis auctoribus ostenditur. Prætor†ve
rò,cùm ius dicit,sedere in loco maiorum debet,aliàs perperam iu-
dicat l.si vt proponis,la ij.C.quo.& quan.iu.l.cũ sententiã.vbi Gl.
C.de sen.& interlo.om.iu.no.Bal.in l.vlt.ff.de iust.& iu. Prętorẽ
appellare posse eum qui se ab alio prætore grauatũ putet locus vni
cus,quòd meminerim ostendit, is est apud Cæsarem in commenta
rijs belli.Ci.li.iij.M.Cęlius Ruffus Prętor, inquit,causa debitorum ,,
susceptа,tribunal suum iuxta Trebonij Prætoris Vrbani sellã collo ,,
cauit,Et si quis appellauisset de æstimatione, & de solutionibus so ,,
re auxilio pollicebatur.videbis etiam ibi potestatem habuisse Præ ,,
torem nouarum legum ferendarũ.Quod edicta tot locis in ff.spar-
5 sa satis comprobant. Prætorem †seruum esse posse,si ignorãte po
pulo eligatur,statuitur in l.Barbarius.ff.de off.præto.Mirumq; est,
quòd communis Doc. opi.ibi habeat non fuisse eum verè Prætorẽ,
cùm verba legis repugnẽt,Nihil ei seruitutẽ obstitisse,inquit Põ- ,,
ponins,quasi Prætor non fuerit.Additq;, At qui vera etiam prętu- ,,
ra eum functum,quæ verba veritatem designant non fictionem.
Neque dicendum est Barbarium illum propterea liberum factum,
cum neq; subesset causa priuandi Dominum suo iure,cui nõ debet
esse damno serui nequitia:& cùm eum,etiam in fuga, nihilominus
possideret.l.iij.§.si seruus,ff.de acqu.pos. & l.si is qui pro emptore,
§.si seruus.ff. de vsucap.neq; populus hoc cogitauerit, quãuis pos-
set si voluisset:& est de hoc tex.in l.non mutat. C. de libe.cau.& in
l.pen.& vlt.C.qui mil.pos.li.xij. quæ licèt non esset tunc lata, de-
6 clarat tamen quid esset statuendum. Mirum est etiam quòd†du
bitauerit Ias.ibi,de dicto Bal.in l.ij.C.de ser.& acq.dũ voluit, etiã
si à solo Imperatore fuisset Barbarius ille electus, quòd prætura va
lide esset functus,cótra quod arguit Ias.satis leuiter,ibi in xiij.col.
in iiij.extensione,cum hoc expressim statuat ibi Pomp. in fi.l. Ibi, ,,
7 quod ius in Imperatore multo magis obseruandũ est. Hoc † autẽ ,,

operantur multa,auctoritas eligẽtium,confidentia eorum qui electioni, & electo crediderunt, & publica vtilitas, quę licèt videatur ſingulorum,tot tamen per annum veriſimiliter Prætorem adierunt,talia etiam potuit ſtatuiſſe,quòd omnino interſit Reipub. ea non reſcindi.male igitur lex illa ad aliàs traheretur quæſtiones,in quibus iſta non concurrerent:in quo tamen Iaſ.ibi multũ ſe effundit. Prætorẽ eſſe ex maioribus magiſtratibus, probat locus Auli Gel.li.xiij.c.xiiij.Hos enim dicit eſſe,Conſules, Cenſores, Prætores:† Spectabilem eum dicit tex.in auct.de appel.§.ſimili.Eiuſmodi ſunt etiam Proconſul,Præfectus Vigilum,Prefectus Auguſtalis, Præfectus Aegypti:Vicarij,Duces,Comites ferè omnes,vt per Spe. in tit.de iur.om.iud.§.j.verſi.medij. Prætoris verò officiũ,& poteſtatem intelligere poterit,qui percurret titulum.ff. & C. de offi. præto.qui & iteratus eſt in li.xij.hi in vrbe tres erant,annali tantũ poteſtate,iudicio Senatus ordinati, quos & lares proprios in ea habere oportet,non autem prouinciales deligi, quæ omnia habentur in l.ij.C.eo.ti.Edicta verò omni larè in ff. enumerata, & per Vlp. expoſita ad Prętorum curam,vigente tamen adhuc Republica pertinuiſſe,nemo eſt qui neſciat.

8

SVMMARIVM.

1 *Præſes & officium eius.*
2 *Aedificia reficere quis cogitur,aut vendere.*
3 *Furioſus debet à ſuis cuſtodiri.*
4 *Negligentia non debet eſſe impunita cum damno alij cedit.*
5 *Præſes prouincia ne exeat.*
6 *Præſes cognoſcet de ſua familia.*
7 *Vaſallus an cognoſcat de ſua offenſa.*
8 *Eſculenta qualiter capienda.*
9 *Præſes non poteſt deportare.*
10 *Alia ei interdicta,uide ibi.*
11 *Nobiliſſimi viri non ſubſunt Pręſidi quoad pęnam.*
12 *Artificis egregij pœna difertur conſulto interim Principe.*

De officio Præſidis. Titulus XXI.

1 PRAESIDIS officium,nomenq; ipſum generale eſt,quòd omnes prouincias regentes eo nomine poſsint appellari, vt dicitur in l.j.& ij.ff.de offi.præſi.hic proprium poteſt

filium

filium apud ſe emancipare, atque adoptare, ac ſuum ſeruum manumittere, vt eodem titu. l. ij. Habet regulariter auctoritatem, in ſuæ tantum prouinciæ homines, ſi quid tamen exteri in ea commiſerint, non ſinet inultum, & curabit malis hominibus, eam purgare, vt eodem titu. l. iij. Ad eius etiam officium ſpectat illicitas, violentasque exactiones, & contractus prohibere. Et ne quis iniquum lucrum, aut damnum ſentiat, ne humilioribus potentiores iniuriam inferant, ne qui licita negociatione prohibeantur, aut illicitas attemptent, ne quòd ſæpè eſt in vſu noſtro hoc æuo, tenuiores homines ad militaria obſequia, & collationes, ditioribus immunibus, prægrauentur: quæ omnia habentur in di-

2 cta l. illicitas. Compellet etiam † Præſes collabentia ædificia reficere, cauſa tamen cognita, vt l. Præſes, la. v. eodem titu. Quod tamen dicitur cauſa cognita, intellige vt diſtinguunt Docto. in l. ſingularum. C. de ædi. priuat. Curialis enim cogitur, & reficere, & conſtruere: cæteri autem ſolum coguntur reficere, quod Bald. in dicta l. ſingularum, reſtringit ad potentiam, cum impoſſibilium nulla ſit obligatio: fortè tamen, eo caſu, cogetur vendere, ne ciuitas ruinis ſit deformis, & in ea materia aliam pleniorem diſtinctionem facit Alb. in l. ſi vt proponis. C. eodem titu.

Officio etiam eius congruit pacatam (vt dixi) tenere prouinciam, quod facilè faciet, ſi malos viros diligenter conquiret, & puniet: quinimmo, & eorum receptatores, cùm ſine eis latere nequeant latrocinia, & alia pleraque crimina. l. congruit, eod. titu.

3 Sed † & furioſos, qui & in alios ſæuiunt, ſi tales ſint qui per ſuos cuſtodiri non valeant, fortè ob paupertatem, vt ego vidi, Præſes carcere cuſtodiet, quod ego de illo quem dixi admonui vaſallum cui erat ſuppoſitus, vt ipſe faceret, ne aliàs cogerer ego in ſuum hominẽ manum inijcere, cũ eſſet ſæuus, & maleficus in meos: Verum quia ſimulatur quandoq; furor, vt eo ſub clypeo tuti ſint à maleficio Præſes, iſque ad quem ſpectat, inſpiciet veritatem rei, & ſecundum eam proſpiciet futuris caſibus, aut veteres caſtigabit, & puniet, vt d. l. congruit, in fi. cum l. ſeq. vbi etiam iubetur, in eo qui interualla habet furoris, inſpici quo tempore actum ſit, inſpici etiã

4 quis cuſtodiret, cur neglexit, quando † & negligentia horum impunita eſſe non debeat, ſiue illi in ſe ipſos commiſerint, ſiue in alios,

5 vt ea. l. in fin. Prouinciam † verò ſuam Præſes ne exeat niſi voti

6 ſoluendi cauſa, & vt extra non pernoctet. l. illud. Præſes † an de familiarium ſuorum cauſis, aſſeclarum, Comitum, ſeruorumque cognoſcat variè prouiſum eſt, & quod attinet ad crimina,

præſertim quæ deffendi, aut excuſari nequeant, rectè fecerit ſi ea impunita, ſiue etiam per ſucceſſorem vindicanda, non dimiſerit, l.quis fortè.§.ſi quos comitum,ff.de pę.Bar. tamen diſtinguit inter ea commiſſa quæ ad officium pertinent,& ea quæ ſunt ab eo extranea,per l.illã.& l.ij.C.de ſportu. Item, ſi quid in eos ſit cõmiſſum, diſtinguit inter notoria crimina,& alia,quę non ſint notoria, Canoniſtæ tamen,etiam in notorio crimine,ſubdiſtinguunt,an pęna ſit à iure declarata, an verò ſit arbitrio iudicantis commiſſa, hoc enim ſecundo caſu poſſet modum excedere. Ideoque iuſtè recuſabitur,vt in c.cum veniſſent,de iud.vbi Feli. in ij. col. Et iſta in-
7 ducunt ibi ad caſum, †cum vaſallus eſt offenſus à ſuo ſubdito, vtrũ poſsit contra eũ procedere,& allegant Old.conſi.vij. qui reſpõdẽt quòd non,de qua materia tractat etiam Bru.conſ.xxx.concludens iure quidem mero non tenere proceſſum,ſiue vaſalli,ſiue etiam iudicis ab eo dati,pro quo multa allegat,ſuſtinetur tamen in illo caſu ſuo propter contrariam conſuetudinem, & quia reus paſſus erat iudicari,& verè magna æquitate ſuadetur,ne quis in ſua,ſuorumúe cauſa iudicet.l.qui iuriſdictioni.ff.de iur.om.iu. Abdicãdo ſe præſes officio,non amittit imperiũ,l.pe.eo.tit.ratio eſt, vt puto, quia non tam ſui commodi gratia,quàm prouincialium collatum fuit.

Abſtinere autem muneribus Præſidem oportet, prout ſupra de
8 Proconſule eſt dictum. †poteſt tamen eſculenta, ac poculenta capere,quæ die proxima conſumantur,l.plebiſcito,eo. tit. fortè non perperam adderetur ne ſint adeò continuata hæc ipſa eſculẽta, vt dies diem pręoccupet,ita vt fiant ordinaria,ne fiat fraus legi: Modum verò ſtatuat,ſuæ conuerſationi,ita vt neq; ſit moroſus,& difficilis nimium aditu,& alloquio. Neq; facilis vſque ad vilitatem & contemptum:neq; etiam prædurus atq; aſper: neq; contrà miſeri-
9 cors nimium.l.obſeruandum,illo eo.ti. Sciant verò†Præſides de portationis pœnam ſuæ iuriſdictionis non eſſe,l.rei,§.j.ff. de pœ.
10 Neq;pœnam † carceris,aut temporalis,aut perpetui,l.aut damnum.§.ſolent,eo. tit. interdictum eſt etiam ei ne ſuam ſententiam
11 retractet,l.diui,in prin.ff.de pœ. Item,& ne in † decuriones,aut principales homines ſuæ prouinciæ, etiam ſontes magnorum criminum,iudicent, minusúe exequantur, ſed Principi factum referant,& quid ſuæ ſit ſentẽtiæ expectent: Interim tamen vinctum hó
12 minem habebunt,vt ea.l.§.pen.& vlt. Idem faciet ſi† magni alicuius roboris,aut rari artificij ſit reus: vel ſi eum populus enixe liberatum velit,vt eo.tit.l.ad beſtias. Relegare Præſides poſſunt in loca quæ ſint ſuę poteſtati ſubiecta: ſed extra ea non niſi impetrẽt

à Prin.

à Principe,l.relegatorum.§.j.ff.de interdic.& releg.potest tamen ſua prouincia facinoroſo interdicere, vt ea l.§. ſicut, & §. interdicere. Præſides triginta,& vnum per occidentem ſeriatim enumerat libellus,quem ſupra pluries citaui, in Breuiario Theodoſiano.

Præſides multarum prouinciarum enumerat Iuſtinianus in nouella conſtitut.viij.quæ inſcribitur, vt Præſides abſque vlla datione pecuniarum.& in vulg.codicibus,habetur in auctẽ. vt iud.ſine quo.ſuffra.ſed lungè pleniùs eum reſtituit Haloander d.conſt.viij. Neque mirum cuiquam videatur ſi eandem in prouinciam inueniat miſſos Rectores,Duces,aut Comites,atque etiam Præſides,aut Proconſules,vel Prætores:quando illi magiſtratus erant militares, ij verò ciuiles: et ſinguli ſua peragebant munia,quod tamen Iuſtinianus vſu cõperit non expedire prouincialibus, vt in nouella conſtitutío.dicit,quæ eſt iiij.ſub tit.de Præſide Piſidiæ.§. hæc nos.vidimus tamẽ nos noſtro hoc æuo miſſos à Carolo Imperatore in Inſubribus, qui tam militaribus quàm ciuilibus negotijs præeſſent, Vaſti Marchionem, vt Ferdinandum Gonzagam, vt poſtremò Sinueſſæ Ducem : aliquando etiam diuiſas poteſtates, vt vnus eſſet cui ciuilia negotia curæ eſſent, alter qui rebus præeſſet bellicis, quibus parum abfuit quin contingeret, quod in illa conſtitutio.dicitur : Diciturque in conſtitutio. illa,in §.obtemperet autem, quòd hæc habebat Prætor inſignia, ſellam currulem ex argento faſces.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores unde dicti.*
2 *Quęſtor illuſtris.*
3 *Quæſtor magnificus.*
4 *Quæſtorum uariæ ſpecies.*
5 *Quæſtoris cura & officium.*
6 *Quęſtura in Præfectum ærarij tranſlata.*
7 *Quæſtores parricidij.*
8 *Parricidium pro ſimplici homicidio.*
9 *Clauſula ſi preces ueritate nitantur,debet apponi in reſcripto, aliàs culpatur Quæſtor.*
10 *Quæſtor idem quòd magnus Cancellarius.*
11 *Quæſtores candidati,& cancellarij.*
12 *Quæſtoris dignitas.*

De

De Quæstore. Titulus. XXII.

QVAESTOREM Vetustissimum Romæ Magistratum dixit Vlp.in.l.j.ff.de off. Quæst. & ab ipso Romulo,aut indubiè à Tullo Rege in Rempub.inuectum. Quæstores † à quærendo dictos ipsum nomen indicat. pecuniæ nempè quærẽdę atq; etiam conseruandę erat eius munus, vt.l.ij.§. Idemq;.ff. de orig. iur. secundum quem modum non erit absimile eius officium ei quem hodie Principis Thesaurarium dicunt; In d. etiam l.j.dicitur quòd hic est quasi ingressus & primordium gerendorũ honorum; verum in auct. de manda.Prin. quòd ad Tribonianum inscribitur, Quæstorem & exconsulem,in.§.j. decoratur † Illustri titulo:Et pariter in.l.comperimus, &.l.pen. & vlt. C. de prox. sacrin.li.xij.Rursum in auct. vt diui.ius §.j. vocat eum Imperator, † magnificum, sed Illustrem vocat in.l.vlt.C.de pe. bo. subla. li. x. Ias.in.l.j.nu.6.ff.de off.eius cui man.est iur.allegando Bal. facit tres siue etiam quatuor† differentias Quæstorum, aliquos ve inter illustres reponit,alios inter spectabiles, vide ibi; At in libello iam sæpius supra citato,de Mag.Ro. & Breuiario ad Theod. vbi & eorum insignia effinguntur,illustres vocantur.Diciturq; quòd ad eorum † curam pertinebat leges dictare,& preces, & quòd officium non habent,sed Adiutores de scrinijs quos volebant,prout,& subadiuuas,& memoriales:& in nouella constit.xxxv.quæ inscribitur de Adiuto. Quæsto, dicitur quòd licet Quæstori sui loco Adiutores cõstituere:& ꝙ sunt numero viginti sex. In nouella etiã constitit.lxxx.quę est de quęstore,& habetur etiam sub eo.tit. in auct. in vj.collat. Quęstor alius ab Imperatore est inductus qui præsit perquirendis rusticis, cæterisq; aduenis in Ciuitatem illam confluentibus. Quæstori curæ fuisse rem pecuniariam declarat,præter loca supradicta,locus Cor.Taciti, is enim libro xiij.ita,inquit,

„ creati primi Valerius Posthumius, & Emilius Mamereus vt rem
„ militarem comitarẽtur,dein glisentibus negotijs duo additi,qui
„ Romæ curarent,mox duplicatus numerus,stipendiaria iam Italia,
„ & accedentibus prouinciarum vectigalibus, cuius loci meminit Zas.in.d.l.ij.in vers.Quęstores, vbi & locum Gellij citat in noctibus Atticis.† Quæ est li.xiij.c.xxiij.qui,& ærarij curam à quæstore postea ad ęrarij præfectum translatam dicit.Cuius præfecti, vt suo dixi loco,fit mentio in.l.Arrianus.ff. de pœnis, & in.l. Senatus.§.

quòd

quòd ſi tribus,& §.vlt.ff.de iu.fi. Hos Io. Pyrrhi,ex Budeo,eſſe di
cit eos qui hodie generales finantia tum vocantur; Quæſtores
7 etiam erant † parricidij, prout dixit Zaſ.in.d.l.ij. Quo nomine
8 † quodlibet homicidium veteres intellexiſſe etiam dicit; Quo for
tè ſenſu dixit Virgil.

Quæſitor Minos vrnam mouet.

Eo vero ſenſu quo dixi ſupra, curæ eſſe quæſtori leges & præces
9 dictandas,capitur in.l.vlt.C.de diuer.reſcript. † vbi Quæſtor re-
prehenſioni ſubijcitur ſi patiatur reſcripta de curia prodire qui-
bus non ſit adiecta clauſula, ſi preces veritate nituntur. Et Gl.
10 ibi dicit † eum eſſe qui hodie canzellarius vocatur; Quod de ma-
gno canzellario, quem ſolent curis præficere maximi Principes,
intellexit Io. Montaygne in tract. de auct. concil.numero 5. quo
etiam ſenſu capitur in.d.l.j.ff. de quęſto.verſ.hi etenim: Qua ex l.
oſtenditur alios alijs fuiſſe maiores: vnosq; Prouincias ſortitos al-
teros non:quòd etiam dixit Gl.in.d.l.vlt.C.de pe.bo.ſubla. Qui
11 verò non ſortiebantur † Principis candidati erant, vt.d.l.j. Alio
autẽ reſpicit quod Vegetius li.ij.cap.vij.de cãdidatis dixit: Erant
& ſecundum annonam candidati duplares,& candidati ſimplares,
Hi ſunt, inquit, milites Principales, qui priuilegijs muniuntur,
Nam reliqui milites munifices appellantur: quòd munera ſubire
cogantur,ſortè & candidati Quęſtores, erant Quæſtorijs muneri-
bus ſoluti,ſed non etiam commodis,atq; honoribus: Qui plura de
eis ſcire cupient videãt tract. Io.Pyrrhi de magiſtratibus Ro.par.
ij.videant potius Lu.de Pen.in Rub.C.de Quæſto.li.xij qui ſum-
12 mis hoc officium extollit præconijs: ſi tamen dignè collocetur: †
eſt enim,inquit, Aſſeſſor Principis,frenum,& Dux conſilij eius, vo
cem deniq; eum appellat linguæ Principis,quæ propriè quod ille
ſentit poſsit dicere: Hunc conſilia Principis dicit Principi ſubmi
niſtrare,eſtq; in eius verbis poſita conſcientia Principis, lausq; &
fama ipſius.Cogitent igitur quibus hi ſunt collati honores vt tales
ſe pręſtent quòd honori eis non oneri ſit eis eſſe functos.

SVMMARIVM.

1 *Procurator Cæſaris.*
2 *Procurator fiſci.*
3 *Rationalis.*
4 *Aduocatus fiſci.*

5 *Diſpenſator.*
6 *Rationalis eſt Præſes computorum.*
7 *Procuratoris Cæſ. poteſtas in iure reddendo.*
8 *Procurator Cæſ. de quibus cauſis cognoſcat.*
9 *Lex.iij.C. quando fiſ. uel pri.declarata.*
10 *Lex pen. C.deſi.inſtr.& iu.ha.fiſ.li.x. aliter declarata quàm ab Accurſio,& cæteris doctoribus.*
11 *Procuratori Cæſaris quæ ſint interdicta.*
12 *Aduocatus fiſci debet adeſſe cum fiſcales cauſæ aguntur.*
13 *Iudicium quandoq; claudicat.*
14 *Fiſcales habent retia.*
15 *Fiſcalium pœna ſi ſint contumelioſi,& iniurij.*
16 *Fiſcus lieni ſimilis.*
17 *Aduocati Fiſci neceſſarium malum.*

De officio Procur. Cæſ. Titulus XXIII.

1 DVBITAVI an de ꝓcuratore Cæſaris aut fiſci verba facerem quando vix ſint in militum numero receſendi, de quibus ſolis mihi eſt ſermo, verèq; de eis dici poſſet cum Glo. ꝙ militant ſicut catuli in ſyluis; verum cum dixerim iam ſupra militare omnes quotquot Imperatori aſiſtunt & famulantur, neq;
2 ipſe erit ſilentio prætereũdus. Hunc ego etiam †procuratorem
3 fiſci in legibùs vocatum inuenio. Alibi †Rationalem. †Aduo
4 catum fiſci, †Diſpenſatorem,quamquàm non neſciam varia ac
5 diſtincta eorum fuiſſe officia,præſertim fiſci,& Cæſaris, quod dixit Gl.in l.vlt.C.ſi aduer.fiſc.in.l.ij.& in.l.iij.eo.tit.ſæpius tamen Rationalem pro Cæſaris ꝓcuratore vſurpatũ inuenies, vt in l. ad fiſcum.C.vbi cau.fiſ.in.l.vlt. C. ſi aduer.fiſ.in.l.iij.C. de conue.fi. debi.li.x. Aduocatũ etiam fiſci pro fiſci Procuratore accipi,& è contra,dixit Gl.in.l.iij.§.diuus,lo vlt.ff.de iur.fi.vſurpãtur tamen
6 & alij promiſcue. †Rationalem eſſe hodie Præſidem computorũ dixit Io.Pyrrhi loco ſupra citato, & eos Iuſtiniano dictos Præfe
7 ctos ſeu Præſides erarij. Scribit hæc † de procuratore Cæſ.Corn. Tacitus,Auguſtus,inqt,apud equeſtres qui Aegypto prẽeſſẽt lege agi, decretaq; eorum perinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romam conſtituiſſent: Mox alias per Prouincias & in vrbe plæraq; conceſſa quæ olim à Prætoribus cognoſcebantur, Claudius omne ius tradidit,libertosq; quos rei familiari præfecerat,ſibi & legibus adẽqua-

adæquauit, Paremq; vim esse iussit rerum à procuratoribus suis iudicaturum ac si ipse statuisset:Idq; est quòd in d.l.j.de off. ꝓcur.
8 Cæs.Vlp.dixit. Cognoscit †procurator Cæsaris de priuatorũ cũ fisco causis,l.j.& iij.C.si aduer.fis.l.si debitor & l.pen. C. de pri.fi. in.l.iij.vbi Rationalis vocatur,C.de conuen.fi.debi.li.x. Non tamen cognoscit de causis inter priuatos vertentibus, l.j. C. de iurisd. omnium iu.vtrunq; probatur in.l.ij.C.si aduer. fis. potest tameu eorum iurisdictio prærogari, vt ibi. Et forte hoc est quod
9 statuit Imperator † in.l.iij.C. quando fisc. vel priua. vt si debitum non inficiatur debitoris fiscalis debitor, possit ad solutionem per procuratorem Cæsaris distringi,sed si controuersiam faciat, concedi id non opportet.Licet Bal.ibi aliter intelligat, qui notat illam.l.quòd fiscus,etiam ex persona sui debitoris, addit proprium Iudicem,quod est tamen contra tex.iũcta Gl.in.l.iiij.C.vbi causæ fisc. Cognoscit etiam causas merè fiscales, vt l.ad fiscum, C.vbi cauſę fis.vnà tamẽ cũ prędside,vt ibi vult Gl.per.l.ij.C.si aduer.fis. quæ etiam vult adesse Aduocatum fisci. Item cognoscit colonorum dominicalium ac patrimonialium causas, vt l. dominicis,C. vbi cauſę fis.si vera est inscriptio.l.ad Rationalem,quãuis Glo. ibi intelligat de Præfecto, nisi contra ipsum hunc colonum sit criminaliter agendum,tunc enim cognoscit Rector prouintiæ,prędsente tamẽ Rationali,vt.l.cum aliquid C. vbi causæ fis.Dixit etiam Gl. in d.l.vlt.ff.de off. procurator. Cæs.quòd officium eius est de causis maximis, aliàs dicit quòd officium eius est de negotijs maximis. Dicitur autem in d.l.j.de off. procura. Cæs. quòd alienare res Cæsaris non est eis concessum,sed diligenter gerere, Contrarium tamen videtur statui in l.j.C.de vendi.re. fis.li.x. & in l.j. C. cre.euic.non de.Gl.in.l.j.C.de fi.inst.& iu.ha.fis.li.x.soluit,quòd procurator Cęsaris nô potest vẽdere,fisci procurator potest,quod subinnuit Gl.in.d.l.j.C.cred.euic. non de;dum exponit procurator meus,id est fisci:Ego puto posse simplicius dici & indistinste, neutrum eorum posse vendere rem principis aut fisci,res verò debitorum fiscalium vtrunq; posse,vt in casu dictarum.ll. de ven.re.
10 fisc.& cre.euic.non de; †Et etiam in casu l.pen.C.de fide.instr. & iu.ha.fis.vbi iubẽtur vendi bona pro reliquis prodigorum,quos ego arbitror eos esse qui cum annonarios titulos atque exactiones curarent, prodigaliter ea cõsumpserunt, licet Gl.aliter intelligat
11 verba illa,prodigorum. †Prohibetur etiam procurator vendere res quæ sunt in controuersia, vt l. res quæ,in prin.ff. de iu. fi. & res nexas aut datas pignori, vt ea.l.§.res autem, sed & si cum ven-

dit duplum aut triplum pro euictione promittit in simplum tantum obligatur,vt eo.tit.l.si procurator.fortè tamen vendet res tẽpore perituras,argumento l.mulier quæ,§.sed etenim,ff.ad Treb. idem crederem in seruo inutili,nisi esset actor,l.bonorum, & l.ne procuratores,de iu.fi.ratio colligitur in l.aufertur,§.actores, e.ti.

Non cognoscit tamen procurator Cæsaris de causa criminali,si de pœna agatur, secus si de bonis rei, vtrunque probatur, C. vbi causæ fis.l.j. & ij. neque cognoscit de causa status, l.ij.C.vbi causa sta.& l.si pater.C.ne de sta.defunc.Contrarium tamen videtur sta tui in l.pe.illo eo.tit.Gl.in d.l.j. soluit quatuor modis,& communiter tenetur vltima solutio, quòd si agitur de ingenuitate ipsa vel seruitute non cognoscit procurator, secus si de libertinitate & seruitute:Et fortè est ratio,quia qui fatetur se libertum fatetur vtique se aliquando seruitutem seruijsse,vnde non de tanto præiudicio agitur. Ius etiam mulctandi non habet.l.ij. C.de mo.mulct. & lungè minus potest deportare,vt l. vlt.ff.de offi. procu.Cæs.potest tamen aliquibus personis,& ex causa, certo loco interdicere, sed cui accessum prohibuit,& regressum non poterit impartiri,vt
12 ea l.dicitur. De fisci †Aduocato dicitur quòd debet adesse cum causa fisci criminalis agitur.l.iij.§.diuus de iu.fi.l.j.& l.iij.C.si ad-
13 uer.fis.l.vlt.C.de bo.va.li.x.l.vlt.C.de Aduo.fi.quòd † si nõ affuit; sententia valet pro fisco,sed contra eum est nulla.l.si fiscus, de iu. fi.l.iij.§.diuus,cum Glo.eo.titu. Neque sine fisci Aduocato potest recipi delatio.l.omnes,C.de bo.vacan. Cogitur Aduocatus ceptã fiscalem causam prosequi,etiam si sibi non sit de salario conuento satisfactum, vt l.j.C.de aduo.fi.potestque cõtra fiscum aduocare, etiam si aliàs Aduocatus fisci fuerit, dum ne in eademmet causa, vt eo.tit.l.ij.Cauere etiam debet,ne fiscalia commoda occultet,ne ue priuatis,fisci nomine,calumnias commoueat,vt eod.titu.l.pen.

In curiarum fiscales,quorum bona pars nedum(vt aiunt)in scirpo quærunt,inuehitur Iac.de Belui.in sua prac.iud.nu. 15. vbi eos
14 vocat Crassatores. † Hos etiam retia habere (quæ tamen tẽdant columbis,& non miluis)dixit Clau.Cantiun.in trac. de off. iu.tit.de mero Imperio,nu.29.alludens ad vulg.carmen,

Dat uenam coruis,uexat censura columbas.

15 Caueant † tamen omnes suprascripti procuratores,ne cõtumelias,neque deprædationes in prouinciales intẽtent,conuicti enim pœnam ignis viui subire condemnantur,vt l.vniuersi. C.vbi causa
16 fis. Imitentur verò Principes Traianum, † qui fiscum lieni comprobat, qui quanto plus iusto augetur, tanto magis contabescunt

membra

membra cætera. Habeant autem † fiſci Aduocatos exemplo Alexandri Seueri, tanquam neceſſarium malum. 17

De Referendarjis. Titulus XXIIII.

MILITABANT denique in Aula Cæſaris Referendarij, de quibus habes titulum in auct. de Referen. Quale verò eorum eſſet officium, dignoſcitur ex text. in auct. vt litigan. iurent. §. quia verò, vbi ſic legitur. Nihil enim aliud eos facere concedimus niſi ſolas noſtras iuſsiones, aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto prolatas competentibus, aut deputatis inſinuare iudicibus, ſi quid autem contrarium præſumpſerint, cinguli amiſsionem incurrunt. Eſt igitur eorum officium nomini valde conſimile, vt cum ſint Referendarij referant, & hoc ſedulo carent. Cætera ad eorum & numerum, & curam videbis cum voles in d. titu. de Referen. Adnotabis etiam ibi Imperatoris modeſtiam, cum enim plures cerneret Referendarios, quàm eſſet expediens, neminem tamen dimitti voluit, ne immerentes notaret, & iniuriam afficeret, tãtum neminem in demoriẽtium locum ſuffici permiſit, donec ad prę ſtitutum numerũ redacti eſſent.

*

FINIS PRIMAE PARTIS.

INCIPIT SECVNDA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Bella inuſta ſunt latrocinia.*
2 *Bello iuſto neceſſaria quę ſint.*
3 *Pax non eſt abſque Iuſtitia.*
4 *Salus non eſt in gladio neque in haſta.*
5 *Defenſio iniuſta non eſt permiſſa.*
Capta in bello iniuſto non fiunt capientium. ibidem.
6 *Sedium querendarum cauſa mouentur Bella.*
7 *Bellum pro Imperio, & gloria.*
8 *Galli vini & fructuum cauſa Italiam ingreſſi.*
9 *Bellum ad iniuriam propulſandam.*
10 *Vim vi licet repellere.*
11 *Chriſtianis licitum eſt bellari.*
12 *Militum Chriſtianorum præcepta.*
13 *Bellum pro patria, & Principe licitum.*
14 *Militare propter prædam non eſt licitum. et nu. 15.*

Quæ ſint belli indicendi cauſæ Titulus primus.

1 BELLA niſi ex magna cauſa non ſuſci
2 pi, eaque iuſta, & neceſſaria, cenſent boni omnes. hinc dixit Bal. in c. j. ſub nu. 6. in tit. hic fi. lex, in vſi. feu. quòd † iniuſta bella ſunt manifeſta latrocinia. Idemque Bal. in conſi. ccccxxxix. Cuius initium eſt: † Ad bellum iuſtū, lib. v. quinque dicit eſſe neceſſaria ad bellum iuſtum. Hęc ſunt Perſona, Res, Cauſa, Animus, & Auctoritas quod ſumpſit ab Hoſt. qui hoc idem dixit in ſumma. in tit. de treu. & pa. §. quid ſit iuſtum, verſ. ſunt tamen qui dicunt. Hæc tamen ad tria reduxit Haſten. in ſua ſum. lib. j. c. xxix.

xxix.& Car.Caiet.etiam in ſua ſum.in ver.bellum, in prin.Ad per ſonam videlicet,cauſamq́ue & animum;quod latius vterque in dictis locis proſequitur.Et Can.omnes in dd. cc. olim, & ſicut; poſſet, & reſtringi ad duo illa, Perſonam, & Cauſam; illa enim animum atque auctoritatem continet; Hæc verò & Rem, & Cauſam. Quamuis enim dicat Bal.in d.c.ſicut, quòd alia poteſt eſſe in Bello iuſticia poteſtatis,alia verò iuſticia cauſæ,non puto alteram poſſe ab alia diuidi;cùm neque fiat bellum ſi deſit poteſtas, neque deceat fieri ſi deſit cauſa, & iuſticia: Cùm neque aliud quæratur in
3 bello quàm pax,† neque eſt pax abſque inſtitia;iuxſta illud pſalmographi,Iuſtitia,& Pax oſculatæ ſunt. Debentque habere ante occu
4 los Principes, atque in corde quod ſcriptũ eſt.1 Regum 17. †quòd Domini eſt bellum,et quòd neque in gladio,neque in haſta ſeruat præliãtes: Scire etiam debent,& cordi figere, quòd Deum ſunt habituri iudicem: & quòd qui iniuſtum mouet bellum tenetur dãna omnia tam ſuis quàm hoſtibus illata ſarcire,& ſatisfacere,quod dixit Inn.in d.c.ſicut,& in c.fi.quod me.cau.quem refert & ſequitur Mar.de Lau.in trac.de bello.q.xiiij. Quòd non minus procedit in eo qui ſe iniuſtè defendit,quàm in eo qui iniuſtè prouocat, vt bene dixit Bal.in d.c.j.nu.5.hic finitur lex.Dixitq́; Cald. in conſil.j.
5 de treu.& pa.col.ij.verſ.ego dico, †quòd eo caſu neque propriam patriam licitum eſt defendere.Cogitent denique quantis, & animum,& animam deſpondeant curis & periculis,propter difficiles atq; incertos bellorum exitus, habeant etiam ante oculos quæ dixit Card.poſt Hoſt.in c. ſuper his,de voto, quòd capta in bello iniuſto,ſiue ſint vrbes,ſiue alia,non fiunt capientium,& debent reſtitui. Et propterea infert quòd confeſſores eos abſoluentes male faciunt,& omnes cateruatim vadunt in infernum. Additq́; quòd nulla valet in hoc tẽporis præſcriptio. Hoc amplius,cũ ſint principes Chriſtiani, ſciant quòd etiam cum bellum iuſta ex cauſa ſuſceperunt,ſi tamen tantũ ex ipſo bello acquiſiuerunt,quòd eis ſufficit pro ſatisfactione cauſæ quæ impulit ad bellũ,debent ab eo abſtinere;de quo eſt Glo.in c.dominus.xxiij. q.ij. quam latè examinat ſum.Tabia.in ver.bellum,§.vij.poſt medium, quòd tamen non firmo,quia Bal.in tit.de mil.vaſ.qui contu.eſt.nu.8.verſ.ſed nunquid quod capitur,aliter loquitur,etiam de mẽte Theologorum.

Dixitq́; Cald.in d.conſi.j.col.ij.quòd etiam cùm ex iuſta cauſa bellum indicitur,ſi tamen geratur ex rancore, & vltionis intuitu, efficitur illicitum,ita vt capta licitè non retineantur.Nemo tamẽ audet aduerſari Principi.Eſtq́; gratior,atq; vtilior adulatio quàm

veritas

veritas:nihil igitur mirũ ſi ſępiſsimè pro iuſta eſt cauſa,ipſa Princi
pis libido. Verũ vt ad cauſas bellorũ deſcendamus,quis eas facile
quæat enarrare,quis vel omnium populorũ meminerit,qui per tot
6 retroacta ſæcula,quærendarum † Sedium nouarum cauſa,dum vel
faſtidiunt veteres & conſuetas,vel deſerere coguntur, velut apum
examina vagantes in quoſcunque obuios ſæuierunt,Cùm idſibi iu
re gentium licere arbitrarentur,quod & in d.c. iuriſgentium di-
citur ; ſic Iudæorum gens ex Aegipto Syriam Paleſtinam inuaſit,
ſic Cimbri lungo poſt tempore Galliam,atq; Italiam, licèt fęlici-
us repulſi,ſic poſt paulò Heluetij eandem Galliam, eodem penè fa
to;ſic Arioniſtus,ſic eadem ętate Vſipetes,atq; Teneterij;ſic maio-
ri Italię immò,& orbis damno Gotti,Vuãdali,Alani,Hunni,Lon-
gobardi,quàm plurimis prouincijs vaſtitatem ac ſolitudinem in-
duxerunt;ſic Tamerlanes ille proauorum noſtrorum memoria ra-
pidiſsimi torrentis Inſtar Aſiam omnem conſpurcauit atque ob-
texit,Quod fęlicius,maximo chriſtiani nominis malo atque dede
core, Othomano contigit, Is enim ſiue è Scythia, ſiue è Perſide
egreſſus multis gentibus comitantibus,& prædarum,ac rapinę dul
cedine allectis , tantum armis effecit , eòque rem perduxit vt re-
gnum nullum poſt Rom.Imperium maius viſum neque auditum
ſit.Suntque hæc bella omnium fęuiſsima,Cùm neque pro imperio
neque pro gloria, ſed pro aris , pro focis , pro liberis & coniugi-
bus, pro vita denique ipſa ſit decertandum.Neque enim , vt Cice.
inquit,vtri vincant,ſed vtri ſint,dimicatur.Neque his multo fuere
diſsimilia quę Aſsyrii illi Reges in Iudæos mouiſſe narratur Regũ
7 iiij.c.xvij.cum victos in remotiſsimas terras tranſtulerint, † Non
pauca etiam leguntur geſta pro imperio,& pro gloria;qualia pri-
mi illi orbis dominatores Caldei atq; Aſsyrij,Medi poſtea,& Per-
ſæ,ac gens Macedonum atque Græcorum : Reges quidem tollen-
tes,atque alios inducentes,Cęteris verò parcentes. Qua & lege ſic,
cum Romanis Pyrrhus , hoc ſolùm , iuxta Ennium,tentans(vos ne
velit an me regnare Hera.)ſic Romani ipſi cùm latio,Cęterisq; Ita
lis,cum Gallis,Cartaginenſibus,Macedonibus,Antiocho Mithri-
date dimicauerunt,ſed quid vltra cauſas proſequor, Cum vel mu-
lierculæ cauſa Europam, atque Aſiam magno flagraſſe incendio
plena ſit Ilias.Scribatque aliuspoeta in hęc verba.

Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli,
Cauſa,ſed ignotis perierunt uiribus. &c.

8 † Cumque vel fructuum vinique dulcedine captos Gallos primi
9 tus in Italiam traieciſſe dicat Liui.pe.dec.lib.v.Exoriuntur † iu-
ſtiora

ſtiora bella propellendæ iniuriæ gratia ſiue etiam vlciſcendæ, vt habetur xxiij.q.ij.c.iuſtum,ſiue quis propriam proſequatur offen-
10 ſam,ſiue alienam,ſocij, amici, vel fęderati. † Natura quippe ipſa docemur vim vi. & arma armis repellere,l.vt vim.ff. de iuſt. & iu.
11 c. niſi bella xxiij.q.j.quod non minus licet †Chriſtianis quàm cęteris gentibus: Neque aliàs vir ille Deo acceptiſsimus Ioannes
12 Romanos milites ad ſe venientes † Et de ſalute ſolicitos monuiſſet contentos eſſe ſuis ſtipendijs,neminem cõcutientes, neminem calumniantes:niſi iſta ſeruantes ſeruarẽtur & ipſi. vt legitur Lucę iij.& c.paratus.§.nam ſi Chriſtiana,xxiij.q.j.lex quidem breuis, & dictu facilis, militibusq; cõueniens,quibus ſunt longe leges & mãdata exoſa,verùm vſu perdificilis,atque à paucis recepta. Nam noſtri milites,à ſalute abhorrentes,quaſi qui Deum aut nõ credant, aut non metuant,rapinis & cunctis ſceleribus ſtudent,meritòque in eos inuehitur Lu.de pen.in l.j.C.de re mil. lib. xij. ſint ſemper
13 boni excepti. Quum † verò ſuarum rerum cauſa decertare liceat,multo magis ob ſalutem publicam, pro libertate, pro patria: hinc poeticum illud.

Aeneade in ferrum pro libertate ruebant, Et alterius Poetę.

Dulce,& Decorum eſt pro patria mori.

Et ſapientis vulgatius,

Pugna pro patria.

Quod emiſtichion non eſt dedignatus allegare Bal.in c.j.§. Vaſal
14 li qui tempore, de pa. conſtan. Neque minus † pro Rege, pro Principe, & Domino ſuo ſunt arma ſumenda, ipſe enim publica gerit & tuetur poſteaquam viſum eſt Reipu. per vnum conſuli, vt dicitur in l. ij.§.nouiſsimè. ff. de origin. iur. Et in l.j.de conſti. princ. non ſecus igitur quàm patriam quis eum, & reuerebitur, & defendet, cum ſit omnibus comunis parens,vt dicitur in aucto. neq; vi, quòd ex do. in fi. neque eius fruſtra eſt inſtituta poteſtas, c.non fruſtra,c.Principes.& c.regum. xxiij. q. 5.Neq; erit homicidij reus apud Deũ qui in tali bello hominẽ occiderit, c.miles,ea cauſa,q.j.vt & Aug.ſcribens ad Boniſa.dixit, prout legitur in cap. noli, ea cauſa, & q. Noli inquit exiſtimare neminem Deo placere qui armis bellicis miniſtret, çum & Dauit Deo acceptiſsimus, Et centurio ille cuius fides diuino teſtimonio extollitur, Et alij multi Sanctiſsimi viri operam militię dederint, Rurſumque idem Aug.in c.quid culpatur,ea q.& cauſa inquit militare non eſt deli-
15 ctum † Sed propter prædam militare peccatum eſt, Neque culpatur, inquit in bellis etiam mors ipſa,moriuntur quippe aliquando

morituri,vnde qui eam reprehendit,aut exhorret non tam eſt religioſus quàm timidus,At culpanda ſunt,inquit,nocendi cupiditas vlciſcendi crudelitas, implacatus animus, libido dominandi, & cætera conſimilia.

SVMMARIVM.

1 *Principi vacanti ad bellum quando obediendum ſit.*
2 *Principi non eſt obediendum contra prȩcepta Dei.*
3 *Vaſallus an teneatur ſeruire domino in bello iniuſto.*
4 *Miles ſeruiens in bello iniuſto tenetur ad damna illata aduerſarijs.*
5 *Milites qui ad ſonitum timpani currunt ad bellum nihil curantes de Iuſtitia ſunt in manifeſto ſtatu damnationis.*
6 *Defenſio non eſt licita ei contra qnem bellum eſt licitè indictum.*
7 *Princeps non poteſt cogere ſubditum, aut vaſallum ad ſeruiendum ſibi in bello ſi ſit euidenter iniuſtum.*

An ſemper parendum ſit Principi ad militiam vocanti. Titulus II.

1  XORITVR autem hic quæſtio,† an parendum ſit omnino Principi,etiam ſi iniuſtum faciat bellum, & Aug.quidem in d.c.quid culpatur,hæc dicit, Suſcipiendi belli conſilium, atq; auctoritas eſt penes Principes,quòd ſi humana cupiditate bellũ gerant, non nocent Sanctis.Additq; poſt paulò,Non eſt poteſtas niſi à Deo,iubente vel ſinente,ergo vir iuſtus,ſi fortè ſub Rege,homine ſacrilego militat, rectè poteſt illo iubente bellare, cũ Regem facere poſsit reum iniquitas imperandi, At militem innocentem oſtẽdit ordo ſeruiendi:Addit tamẽ, †Niſi quod iubet Rex
2 ſit contra Dei præceptum;facit etiam pro hac parte tex. in c.Iulianus,ij.q.iij.vbi dicitur,quòd licèt Iulianus eſſet apoſtata, habebat tamen ſub ſe Chriſtianos,qui ei parebant cùm iubebat,vt arma caperent,& eſt impertinens quod dicit ibi Glo.quòd tolerabatur ab Eccleſia,ne ſuſcitaretur ſcandalum,cum nulla eſſet eo tẽpore in ſecularibus curis poteſtas Eccleſiæ,vt patet ex Cronicis,quod etiam dixit Fel.in c.inter quatuor,in j.col.de maio.& obe.Iuris verò conſulti,ſequentes Glo.in c.j.qui.mo.feu.amit.dicunt quòd †quando
3 Domini iniuſtitia eſt certa,& nota,nõ tenetur vaſallus iuuare dominum

minum,vt in d.c.j.no.omnes,Et quamuis facilè ſitvt vaſallus ſe po nat in diſcrimine, cum tractetur de conceſſo,aut inconceſſo, non de vtili vel inutili, Procedit tamen quod dicitur Actuum v.Deo eſt obediẽdum magis quàm hominibus. ſi verò iuſtitia ſit in incer to, ſi quidem loquimur de milite ſubdito Regi,ſi is iubeat,parẽdũ eſt ei,ſed ſi nõ ſubſit,tutius eſt abſtinere bello,ita Bal.in d.c.j.col.
4 iij.nu.4.ita etiã Abb.in d.c.ſicut,el iij.de iureiur.in vj.col.† Aliàs verò miles tenetur parti aduerſę ad damna quæ ei intulit, per ea quæ no. in c.fi.de eo quod me.cau. pręter etiã quòd nullam habeat actionem contra eum cui auxiliatur,ſi quid paſſus eſt: cùm vterq; det operam rei illicitæ,& non detur actio pro re turpi, & incõceſſa,l.ſi mandauero,§.qui pedem,ff.manda.& l.ſi remunerandi,§.rei turpis:vt etiam per Abb.d.c.ſicut,nu.16.quòd ſi in bello iuſto ope ram impendiſſet,actionem mandati haberet contra dominum pro damno paſſo,vt per Inn.in d.c.ſicut,vbi etiam Abb.in q.v.Caueãt igitur voluntarij milites, cuiuſmodi maxima pars eſt hodie, ne ſe ponant in diſcrimine, nõ tam propter periculum amiſsionis actio nis,quod hodie non eſt in vſu,quàm propter periculũ animæ,cùm non liceat, vt dixi,ſeruire in bello iniuſto;vtanturq; potius cõſilio Alcia.in l.neminem,C.de ſacro eccle.dum hortatur, vt infructuo ſam deſerant militiam potiuſquàm furari,& Deo diſplicere,quòd vtinam ne prędicemus ſurdis.Caueant etiam iſti mercenarij milites,qui, vt dicit Car. Caiet. in ſum.ſtatim audito belli nomine, & ſtrepitu currunt ad pecuniæ ſonitum,nihil curantes Iuſtitiam,vel
5 iniuſtitiam,†quia tales,inquit,ſunt in manifeſto ſtatu æternę dãnationis,donec reſipiſcant.& hoc idem dixit Archiep. Flor. in ſua ſum.iij.par.tit.iiij.c.ij.§.j.& refert ac ſequitur ſum. Tabia.in verſ. bellum,§.vj.in fi.dicentes,quòd huiuſmodi milites non debent abſolui,niſi artem dimittant,vel ſaltem diſponant ſe ad ſeruiendum iuſtitiæ. Sunt tamẽ qui etiã in iniuſto bello arbitrãtur teneri vaſallos,& ſubditos iniuriam à domino propellere,eumq; defendere, non tamen ad inferendam auxiliari,quod Bal.dixit in d.c.j.nu.4. qui.mo.feu.ami.de quo etiam per Iac.à San. Geor.in ſua inueſt.in Glo.& promiſerunt domino præſtare debita ſeruitia, in q.v.cum duabus ſeq.de quo etiam videtur text.in c.j.in prin.hic fi.lex,vbi Ober.de Orto.& Gerar.Cagapiſti dicũt, Adiuuet dominũ ad eius
6 defenſionem, ad offenſionem verò alterius. † Adiuuet eum ſi vult. Ego tamen vereor ne hoc verum non ſit, propter confuſionem bellorum quę inuicem vim inferunt,& repellunt,inuadunt,& tuẽtur, & vix eſt,cum de conceſſo agatur, vel prohibito, vt ius ſuum iure

gentium perſequenti liceat reſiſtere,vixque vllam ob cauſam iniu rioſi Regis populi prædæ ſunt hoſtibus, niſi quia opem ferunt im-pio,& iniquam tutantur cauſam. Cum non minus malus ſit qui fauet mala committenti,quàm quis cõmittit, c.dominus,xxiij.q.ij. & c.ita planè,ea cauſa,q.iiij.vnde & in c.qui conſentit.ij.q.iij.dici tur,eum qui peccantem defendit acrius, quàm peccantem ipſum eſſe coercendum:Et denique quia eſt impoſsibile, vt duobus Regi bus,aut populis decertantibus vterque iure agat, quod dicitur argumentum ab oppoſitis,facit quod in q.de bãnito, dixit Bar.in d. l.vt vim,poſt Gl.ibi,quòd vbi licita eſt offenſio, non poteſt eſſe licita defenſio. Et quamuis in oppoſitione quam ibi facit de tex.in l.j.§.cum arietes,ff. ſi qua.pau.fe.di. diſtinguat inter ius naturale, & gentium. Et primò quidem caſu dicat licere vti defenſione, & vim repellere, Secundò verò caſu non licere, puto eum in priore membro loqui,non de eo iure quod æquum ſecernit ab iniquo,ſed de iure,id eſt,inſtinctu naturali animantibus indito,vt conſeruari cupiant,& propterea ſibi,vt poſſunt, conſulant. Et in hanc partem inclinare videtur Bal.in d.c.j.in prin.hic fin.lex,num.5.& 6. inferens propterea,quod Ober.& Gerar.ſupra dicti, fuerunt duo peccora,neque habuerunt in conſideratione ius ciuile vel gentiũ, aut diuinũ, quia iniuſta bella,inquit,ſunt aperta latrocinia, quod & ſupra retuli,& confirmatur ex his quæ dixi ſuprà allegando Calde.in d.conſil.j.de treu & pac.vbi dicit quòd neque patriam licèt defendere contra iuſtitiam belli.quod dixit etiam Cardi.in clem. paſtoralis,§.cæterum,de re iud.allegat c.qui reſiſtit,xj.q.iij.Quid quid tamen diſtinguant Doct.periculoſum eſſet vaſallis,& ſubditis cauſas perquirere, tutiusque eſt vt dominorum iuſsibus acquieſcant,ſiue inferant bella,ſiue propulſent, in quã opi. inclinat Afflic.poſt Iſer.in d.c.j.col.iij.qui.mo.feu.amit.in ver.quid autem ſi eſt dubium:& quamuis Lu.de Pen.in l.j.col.iij.in fi. C. vt ruſti.ad mil.obſe.deuo.li.x.quem idem Afflic.citat in c.j.in princ.hic fin. lex, vbi etiam tractat hanc materiam, videatur diſtinguere inter vaſallos,& ſubditos, & inter caſus cùm regna Barbarica inuaſione offenduntur,Et cùm alia ſubeſt cauſa minus periculoſa, tutius tamen puto ſequi indiſtinctè quod ſupra concluſum eſt,vt pareãt dominis,iuxta ſententiam Di.Aug.in d.c.quid culpatur, facit quod dicit Bal.in conſi.ccclviij.licet latrunculis,li.ij. quòd præſumẽdũ eſt in dubio,quòd Reges iure gentium inter ſe belligerent,& quã uis non ſit iuſtum in capite,id eſt,in ipſo Rege,neceſsitas tamẽ facit licitum in ſubditis, quia dominus eſt perſona publica, cui neceſſe

ceſſe eſt parere: Dicit tamen hoc eſſe verum in foro fori, ſed in foro conſcientiæ ſecus eſſet, quando ſubditi haberent conſcientiam læſam, ita Bal. ibi, ſed idem ipſe Bal. in conſi. cccclxxxiij. magnificus, nu. 4. li. j. dicit † quòd quando bellum eſt iniuſtum non poſſunt domini cogere ſubditos, vt ſibi auxilientur, ſed vt puto non errauerit qui domino quidem ita conſulat, ſubdito verò vt tertiò dicam ſimpliciter ſuadeat quod obediat, niſi ſit notoria Principis iniuſtitia.

7

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus quibus caſibus excuſetur à ſeruitio in bello.*
2 *Vaſallus duorum inuicem belligerantium cui ſeruiet.*
3 *Vaſallus ligius dominum cunctis præferat.*
4 *Vaſallus habens feudum, non poteſt ab alio domino accipere feudum ligium.*
5 *Vaſallus quid faciet quando ignorat quis ſit prior Dominus, & antiquior.*
6 *Vaſallus vaſalli quando ſeruiat primo Domino.*
7 *Vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus, qualiter intelligatur.*
8 *Subditi vaſalli non tenentur iurare fidelitatem ſupremo domino.*
9 *Fallit tamen vt ibi.*
10 *Vaſalli hæredes non obligantur omnes inſolidum domino ſeruire.*
11 *Vaſalli Ducis ſeruient Regi domino Ducis, & non Duci contra Regem.*
12 *Vaſallus in vniuerſali bello debet ſeruire domino ſupremo, In particulari verò ſeruiet immediato.*

Qualiter Vaſallus obligetur domino in bello.

Titulus tertius.

1 CIENDVM eſt tamen non paſsim, neque indiſtinctè teneri vaſallum domino ſeruire in bello. †Nam hoc fallit primo in feudo francho, vt per Bal. in c. j. in princ. nu. 17. de capi. qui. cu. ven. quia franchum dicit ipſe, idem importat quòd ſui iuris, his ſaluis quæ ſunt in inueſtitura comprehenſa, ſi tamen aliquo caſu teneretur, ſeruiret expenſis domini, non autem proprijs, ita Bald. ibi, & ſequuntur alij, & fuerunt originalia dicta Oldr. in conſil. ccxxxiiij. factum tale eſt quidam miles. Et de materia feudi

franchi

franchi habetur per Cur.in trac.feud. in j.parte.q.viij. col.ix.Se-
2 cũdò † fallit ſi ab alio domino fuit prius inueſtitus de alio feudo,
Et ij inter ſe certent,tunc enim de perſona, & conſilio ſeruiet pri
mo domino, non autem ſecundo. Quia conſilium non eſt diui-
ſibile.Et vtriq; ſeruiet de burſa pro natura & qualitate feudorum,
ita Bal.C.de cadu. tol.l. vni.§. ne autem, circa fi. verſ. habeo duo
feuda, & in.§.fi. hic fi.lex, vbi tamen vnum dicit non obliuiſcen-
dum,quòd vaſallus qui ſecundo Domino facit fidelitatem de feu-
do debet eum certiorare de priori Domino, & proteſtari quòd ſit
ſaluum ius illius,quod etiam tãgitur ibi in Gl. Aliàs tenetur ei ad
intereſſe, & de vaſallo habente varios dominos pro diuerſis feudis
tractat idem Bal.in conſ.cccxiij.iſta quęſtio,li.iij. vbi dicit quòd
tenetur vtriq; domino conferre pro qualitate feudorum & patri-
monij quod habet ſub vtroq;. De perſona verò ſua,inquit, ſeruiet
ſecundum ſuam conſcientiam, vel ei qui habet apertam iuſtitiam,
vel ei qui eſt ſupra alium,prout aliquando contingit,ſed in feudis
ſeruiet antiquiori domino.Idem tamen Bal.hanc materiam latius
tractat in conſ.ccxci. ad euidentiam pręmittendum,li.ij.in.ij.col.
3 circa fi. † & dicit quòd ſi feudum ſit ligium vaſallus non poteſt de
ſerere dominum,etiam ſi non ſit antiquior,aliàs poſſet ei dominus
dicere qui non eſt mecum contra me eſt,& ibi late vide de mate-
ria feudi Ligij.Aliquid etiam tangitur de hac.q. per eum in conſ.
cccxiij.iſta quęſtio,li.iij.vbi in vlt.verbis dicit quòd duorum ęqua
lis vaſallus de perſona ſua præferet illum cuius iuſtitia eſt notior.

Sed hic incidit quæſtio,quis eſt inueſtitus à Duce de vno feudo,
poſteà contingit ei ſuccedere agnato ſuo in alio feudo quod erat
antiquum in agnatione ſua, & pro eo præſtat Iuramentum al-
teri domino, contingit iſtos dominos inuicem bellari, vter dice-
tur prios iuraſſe & obligari ratione antiquioris feudi,& videtur di
cẽdum, quòd Duci,ipſi enim prius eſt iuratum,& tẽpore eſt prior
ergo,& iure potior. In contrarium eſt veritas, ita Affict. in.d.§.
fi.hic fi.lex. numero 47.qui allegat Iac. de Ardiz.in tit. de ſucceſſ.
feu.§.comenit etiam, & tex.in.c.ij.§. quidam ſatis. de extraordi.
cap.in vſi. feu. poterat allegare tex. in.c.ſatis bene, de prohi.feu.
alie.per Loth.vbi eſt conſimilis caſus, in eo qui duo feuda habebat
à duobus dominis,& reſeruauerat ius prioris,duoq; eius filij caſtra
diuiſerant, & quilibet ſuum à ſuo domino in feudum ligium ſeu
contra omnem hominem recognouerat,ſi altero moriente reuer-
tatur feudum ad ſuperſtitem,reuertetur,cum illa primæua natura
qua vtrunq; erat apud patrem, nullo habito reſpectu ad poſterius

iura-

iuramentum filiorum. Item fallit si alterum tantum ex feudis sit ligium, id est, vt dixi, quòd neminem excipit, vt Bal. dicit in pro-
4 œm. feu. nume. 52. † Non debet tamen vasallus qui iam habet prio rem Dominum, feudum ab alio hac lege accipere, cum non possit
5 ius prioris domini lædere, vt p Bal. ibi, & in. d. §. fi. † Sed vbi vtrũq; feudum est adeo antiquũ quòd ignoratur quis sit Prior dominus, seruiet maiori, & vbi essent æquales, locus erit gratificationi, secundum Afflict. in. d. §. fi. numero 45. Bal. verò in. l. quæritur, in prima lect. ff. de sta. ho. dicit quòd seruiet illi à quo habet maius feudum, quod videtur mihi rationabilius quàm quod dicit Afflict. de maiori Domino: Cum enim afficiatur pro re, quod maius est, debet præualere. Est etiam consimilis quæstio cum multi filij succedunt directo domino, cui eorum vasallus seruiet, si inuicem dissideant, & dicit Bal. quòd seniori, vel digniori, vel nemini, cum sibi inuicem obstent, vt per eum in. l. j. in xxiij. q. ff. de re. di. & sequitur Alua. in. §. omnes col. 7. fi de feu. fue. contro. inter do. & agna. Quæ omnia intellige in indiuiduis, vt in persona & consilio, vt dixi supra, secus verò in diuiduis, vt p Bal. ff. loca. l. in operis, quę omnia latius tractantur in Sp. in tit. de feu. §. quoniam. q. xij. cum multis se-
6 quen. † Item fallit in vasallo vasalli, is enim non tenetur seruire primo domino, secundum Gl. fi. in. §. fi. de contro. inuesti. vbi Bal. allegat rationem quare vasallus vasalli mei non est vasallus meus & tamen hæres hæredis est hæres primi, quia in hęrede hoc opatur vniuersitas quæ in eum transit, at in vasallum non transit, inquit, ius nisi ex prouidentia & contractu concedentis, & quia à me non habet primam causam, neq; secundam. Ipse tamen Bal. ibi aliter loquitur: quem ibi Alua. sequitur, dicens, quòd primus Dominus
7 per subtractionem feudi coget eũ sibi seruire. † Ad id tamen quòd dixi, quòd vasallus vasalli mei non est vasallus meus. Aduertas & intelligas ratione diuersorum feudorum, nõ enim sequitur, vt Gl. dicit in. l. de accessionibus. ff. de perpe. & tẽpo. excep. Si ego sum vasallus tuus, & tu alterius, quòd & ego sim alterius, At si pro eodem feudo ego te recognosco, & tu alium, iam & ego alium, prout cõstat ĩ subinfeudatio ne, ita declarat Bar. in. d. l. de accessionibus, & apertius in. l. Claudius felix. ff. qui po. in pi. ha. & est tex. in. c. j. §. illud, de prohi. feu. alie. per Fed. Andr. tamen de Iser. in commento consti. Regni super. l. j. de assecura. dom. latè hunc Artic. examinat, & concludit quòd quo ad quædam est vasallus primi do
8 mini, & quo ad quædam non, etiam pro eodem feudo, † vnde iurabit, secundum eum, fidelitatem primo domino sed immediato, &

immediatus cognoſcet de feudo non autem ſupremus: vbi etiam dicit quòd Rober. de Campis, qui feudum tenebat ab eccleſia, prohibuit valuaſoribus ſuis ſub debito fidelitatis ne iurarent Eccleſiæ. Bal. etiam in l. j. col. iij. ver. quæro teſtator. C. comu. de lega. dicit ꝙ ex lege conuentionis non eſt vaſallus primi, ſed re inſpecta
9 ſic. Idemq; Bal. de pa. conſtan. §. fi col. j. dicit quòd † Dominus ſupremus non exigit iuramentum fidelitatis à ſubditis ſui vaſalli, niſi ita ſit expreſſum in inueſtitura ex pacto, vel niſi habeat generalem iuriſdictionem in territorio: allegat Sp. in. d. §. quoniam, ver. xiiij. quæritur & verſ. ſeq. & ipſum Bal. citat ſimpliciter, more ſuo, Iac. à ſancto Georg. in. d. inueſt. in Gl. qui quidem inueſtiti præſtite. iur. numero 14. quod eſt no. ad ſubditos vaſallorum Ducum, & Marchionum, aut aliorum Principum qui ſunt vniuerſales Domini Prouinciæ. Et etiam iſtud fuit originale dictum Oldr. d. conſ. ccxxxiiij. numero 4. vbi dicit quòd vaſallus Baronis qui iuit ad ſeruiendum Regi ex generali mandato, dicitur parere maiori magiſtratui, & propterea excuſatur erga Baronẽ: & in dicto conſ. verſ. non videtur, dicit quòd nulla ſubeſt ratio per quam Baro compellat vaſallum ſuũ, vt ſeruiat domino & ſuperiori ſuo, id eſt
10 ſupremo ipſius Baronis. † Quid vero in pluribus eidem vaſallo ſuccedentibus, an omnes teneantur; Dic quòd ſi ſeruitium conſiſtit in dando tenebuntur viritim, & pro partibus ſibi ex feudo debitis, ſi verò in faciendo, quilibet tenebitur inſolidum, quia ea eſt natura obligationis indiuiduæ: vnus tamen ſoluet pro omnibus, Aut cõcordabunt inter ſe quis ſeruiat, ita Spe. in. d. §, quoniam. q.
11 ix. Conferunt verò prædicta ad quæſtionem aliam, † Si Dux rebellet à Rege cui debeat ſeruire vaſallus Ducis, Regi an Duci? quã q. tractat Sp. in. d. tit. de feu. §. quoniam verſ. xiiij. quæritur, vbi tenet, quòd ſeruiet Regi, ſed Iac. à ſancto Georg. in. d. inueſt. in Gl. & promiſerunt præſtare debita ſer. in. x. q. tenet contrarium, diſtinguendo tamen, an ille ſupremus Dominus ſit etiam immediatus dominus Prouinciæ an non: qui caſus contigit diebus noſtris, nam quidam nobilis vaſallus Ducis ſeruiebat Cæſari, & Dux inijt fœdus contra Cæſarem, cum alijs Principibus, iſte autem nobilis tradidit ciuitatem ſuam Duci, rebellando contra Cæſarem, propter quod fuit prouocatus ad Duellum ab alio nobili, comilitone ſuo, qui eum appellauit proditorem, de quo tamen, ſe in campo defendit, & nõ fuit victus, poſſet tamen dici cum lõgobarda, quòd multos vidimus ſub iuſto clipeo perire, quia re vera iuditiũ Duelli nõ eſt iudicium veritatis, ſed temeritatis & fortunæ. Quòd tamen

attinet

attinet ad dictum nobilem ipse etiam ab ipsis Cæsareanis fuit po stea tentus pro fideli, & forti viro, fueruntq; ei commissæ validæ Arces,& præsidia, in quibus se probè gesit, Priorem tamen partem tenet Mar.Lauden. in tract.de bello.q.xl. quę incipit si Baro, vbi dicit quòd non excusat vasallum præceptum domini sui, quia debet parere maiori magistratui,vt ibi latius probatur, quam partem puto veriorem, quando mediatè pendet feudum à primo do-
12 mino. Quærit etiam Sp. in.d.§. quoniam in xv.q. † Si Baro habeat particulare bellum, & Rex aliud,cui debeat vasallus immediatus Baronis seruire?& concludit quòd Regi, quia publica vtilitas versatur in defensione Regni, & est præponenda priuatæ. Quòd si bellum Regis esset & ipsum priuatum, puta contra Baronem alium sibi rebellem,præualebit ius immediati Domini, & illi seruiet,ita distinguit Iac.à sancto Georg.in.d.inuest.& Gl.numero 12.vbi latè tractat hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus sequitur Dominum ad bellum extra prouinciam.*
2 *Vasallus an sequatur Dominum in bello,ita in remotum sicut in vicinam prouinciam.*
3 *Vasallus an ita in inuadendo sicut in defendendo, vel recuperando sequatur Dominum extra prouinciam.*

An Vasallus teneatur sequi Dominum ad externum Bellum. Titulus. IIII.

1  VNQVID † verò teneatur vasallus Dominũ suum commitari extra prouinciam quærit Bal. in dicto cap.j.in prin.nume. 4. qui.mo.feu. amit? & concludit teneri, inferens quòd si Rex Francorum vadat in Hiberniam ad gerendum bellum, si vasallus recuset sequi,amitet feudum Afflict.tamen ibi in.iij. & iiij.col.hoc restringit ad casum cum agitur de iniuria Regi illa
2 ta vindicanda: simplicius meo iudicio dixisset. † et melius hoc procedere in beilo quod habet causam necessariam,non si voluntariam, Allegat Iser. in capit.primo. §. Similiter de cap. qui cu. ven.& in capitu.primo.§.Sed nec est iustior, quæ fuit prima causa be.amit. de quo etiam per Iaco. in dicta Gl. & promiserunt, &c.

3 nu.3.& dictum est supra. †Hoc etiam restringitur,cùm parum distat prouincia ad quam vasallus ducitur,& si de ea recuperãda agitur,non si de acquirenda,de quo per Iser.Alua.& alios in d. cap.j. quib.mo.feu.amit.sed & si bellum sit in remotis locis adhuc vasallus tenebitur dominum sequi , si est consuetus dominus, etiam in consimilibus locis pergere,quia ita censetur tacitè ab initio actũ, & ponit exemplum in Rege Franciæ , quòd potest hodie magis cõgruere Imperatori, & Regi Hispaniæ qui in omnẽ Europam , atq; etiam in Africam consueuit expeditiones facere,& se ac exercitus suos transferre,& fuit originale dictum Spe.in tit.de feu.§.quoniã super homagijs,versi.xxiij.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non debet in prælio dominum suum deserere.*
2 *Fallit si eum videat mortuum vel lętaliter uulneratum.*
3 *Quid si præsentia eius non erat domino profutura ?*
4 *Vasallo grauiter uulnerato licitum est recedere.*
5 *Quid si fuga eius domino nihil nocuit ?*
6 *Quid si dominus mortuus est ex mala cura cum uulnera non essent lętalia an excusetur fuga uasalli ?*
7 *Et quid si metu aufugit ignorans quòd dominus esset ita uulneratus?*
8 *Vasallo an liceat deserere dominum in prælio uel bello iniusto?*
9 *Differentia quæ sit deserere in bello uel in prælio.*
10 *Societatis intempestiua solutio non conceditur.*
11 *Vasallus qui non potest consulere domino,licitè consulit sibi ipsi.*

An liceat Vasallo Dominum in prælio deserere. Titulus quintus.

1 SQVE adeò verò †tenetur vasallus dominum suum
2 comitari,vt neque ei liceat ipsum in prælio desere-
3 re,& fuga sibi consulere, †nisi eum viderit mortuũ, aut lætaliter vulneratũ,vt est tex.in d.c.j.in princ. qui.mo.feu.amit. †Quòd tamen restringitur, si eũ iuuare,& liberare potuit,vt in c.ij. in fin. de feu.si. cul.non amit.quod verbum, si potuerit, dicit ibi Bal. esse notabilissimum.Debet tamen,inquit,esse impedimentum graue,& quòd culpa non præcesserit,aliàs enim non excusaretur. Est etiam text.

consi-

consimilis in l.iij.§.fi.& in l.omne delictum,§.fi. ff. de re mil.dicit
4 etiam Glo.in d.c.j. † quòd si vasallus discessit è prælio malè mul-
ctatus,puta attritus plagis,aut truncis manibus,excusatur:Quod si
dominus æquè erat moriturus,puta, quia iam erat atrociter vulne
ratus,& post fugam vasalli vulneribus illis est confossus, Bal.ibi di
sputat,& tandem concludit quòd vasallus excusatur, quæ tamẽ di
sputatio,propter illum tex.redditur superuacua, postquàm parifi
cantur ibi casus,quòd derelinquat eum mortuum , siue moribun-
5 dum.In tantum etiam punitur vasallus propter hãc culpam † quòd
etiam si fuga ipsius nihil domino nocuit, nihilo tamẽ minus amit
tat feudũ,cuius dicti non est ratio obscura. Cùm enim fuga sit cri
men,& dignum pœna,iam per eam consumatum est delictum,ne-
que aliud quæritur,est enim in milite graue,etiam aliundé, crimẽ
fugere ex acie , & aliquando dignum morte , vt in l.omne crimen,
§.qui in acie,ff.de re mil. propter quòd dubitabile redditur dictũ
6 Bald.in d.c.j.in vj. q. † quòd si dominus ex malo regimine,aut per
chirurgi incuriam,vel inscitiam mortuus est,non plectetur vasal-
lus qui aufugerat in toto,sed in tanto: verius enim puto eum de to
7 to teneri, cum perfectè deliquerit : † posset fortè mitigari pœna
quando dominus verè erat ad mortem cæsus , vasallus tamen hoc
ignorans aufugit.Excusabitur enim, quia error cedit veritati , ita
Iac.in d.inuest.in Glo.& promiss.præsta.debita serui.nu.21.Quam
uis stricto iure possit dici contrarium , quia secundum vasalli inté
tionem:fuga eius versata est in solo metu,& segnitie,quæ in milite
sunt crimina,vt in d.l.omne delictum,in prin.neque consideratur
quid interfit domini,sed quid vasallus in animo gesserit,prout di-
ctum est,cum fuga non nocuit domino,vt per Bal.in d.q. iiij. & fe
rè omnes quæstiones istas examinat Cur.in trac. feudo.in iiij.par
te principali,in tredecim primis quæstionibus , & in multis aliter
concludit,quàm ego hic dicam:Lectoris erit iudicium quid sequa
8 tur , Idem quoque Iac.dicit , † quòd quando bellum est iniustum ,
estq; hoc certũ,impunè licebit vasallo deserere dominum , itaipse
in d.Gl.& promiss.&c. Ego verò hoc instar proditionis existimo,
vbi hoc nõ ex metu faciat,sed ex proposito,& Glo.& Doc.quos al-
9 legat Iac.d.c.j.qui, mo. feu. amit. † non loquuntur de eo qui deser-
uit in prælio,sed in bello,qui casus longè differunt,neque iura di-
cunt quòd vasallus deserẽs dominum in bello amittat feudum, sed
si deserat in prælio,id est , in ipso conflictu , & certamine : Possunt
enim in bello alia parari auxilia,potestq; parum,aut nihil interes-
se domini.At in prælio res nõ expectat moras,quia agitur permo-

do conſtat,modo agatur:facit in arg.tex.ſi bene inducatur,in l.nõ omnes.§.ſi in pace,ff.de re mil. licet præterea ſe non ingerere negotijs alienis , præſertim cum quis ad id non tenebatur , at ſuſcepta non licet deſerere,l.nam & ſeruius.§.ſi verò,ff. de neg.ge. Imò etiam in bello ſeruandam puto diſtinctionem Bal. in d.c.j.interſit domini an non,puta , quia alia ſibi non parauit auxilia fretus iſtis.

10 † Et ſi in ſocio non eſt licita intempeſtiua ſocietatis ſolutio,& reſciſio,vt l.ſi conuenerit,ff. pro ſo. quanto minus erit conceſſa in vaſallo?& conferunt quæ dicam infra in materia transfugæ,verſ.non ſubditi verò.neque,vt puto , excuſabitur propter domini iniuſtitiam,maximè ſi ab initio potuit eam ſcire, fortè enim poſſet in aliquo excuſari,ſi detegeretur ex poſt facto,arg.l.rẽ non nouam.§.patroni.C.de iud. quod intellige ſaluo eo quod dictum eſt ſupra tit.

11 prece.ne inducatur repugnantia ex ibi dictis. † At vbi nullo modo poteſt vaſallus ſalutem domini ſua preſentia defendere,licet ei cogitare de propria,& ſibi ipſi conſulere,cùm non ſemper fuga ſit dedecori,iuxta illud Demoſthenis.

Qui fugit rurſum reintegrabit prelium.

Quamuis enim qui prior fugã fecit,capite puniatur , vt dicitur in d.§.qui in acie,longa tamen eſt diuerſitatis ratio in eo qui deplora tis rebus ſaluti conſulit.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus an ſua impenſa domino auxilietur , & titu. ſequen. nume.* 10. *verſi.quòd verò.*
2 *Vaſalli debent ſuo ſumptu Comitari Imperatorem ad Coronationem.*
3 *Aliàs mittant ſubſtitutum idoneum.*
4 *Aliàs dent dimidium annalis reditus feudi.*
5 *Subſtitutus debet eſſe æquè idoneus.*

Cuius impenſa Vaſalli ſeruiant domino in bello. Titulus ſextus.

1 QVAERIT etiam Iaco.in d.Glo.& promiſe. debita ſer. † Cuius impenſa debeat vaſallus dominum ſequi, ſua an aliena ? vt ibi in ſecunda quæſtione,& dicit ſi de hoc ſunt pacta quòd ſtandum eſt eis , aliàs , aut feudum eſt

potens

potens ad ſumptus ſuſtinendos, & aut bellum eſt in prouincia, & vaſallus ſeruiet de ſuo, Aut feudum eſt tenuè, vel eſt exeundum è prouincia,& fiet impenſis domini,quod etiam dixit Aluar. in c.j. col.vij.de no.for.fid. † ſed cùm Imperator vadit Romam ad coronam ſuſcipiendam,&Barones eum comitantur,tunc eſt expreſſum quòd vadant, † vel ſubſiſtitutum domino acceptum mittant, vel † dimidiũ annalis reditus feudi perſoluant, ita habetur in c.j.§.ſimiliter,de cap. Corra.& in c.j.§.firmiter,de prohi.feu.ali.p Frid.

Eritque in electione Baronis quid ex ſupradictis præſtet,& faciat,vt in d.§.firmiter. & quod † dicitur de ſubſtituto domino accepto,debet intelligi ſecundum boni viri arbitrium, vt ibi declarat Bal.Debet igitur & prudentia, & comitatu eſſe par ſubſtituenti,prout etiam elicitur ex his quæ dicit Iac. in d.Glo. & promiſeruntur &c.quæſt.xx.cum ij.ſeq.& ibi in xxiiij.q.ponit ſexdecim cauſas,in quibus vaſallus excuſatur etiam ſi domino non præſtitit debita ſeruitia,quæ ibi poterunt videri.

SVMMARIVM.

1 *Subditi quando poſſint grauari propter Bellum.*
2 *Domino debent ſufficere ſui redditus,& vectigalia.*
3 *Dominus licitè grauat ſubditos cùm magna vrget neceſſitas.*
4 *Dominus grauat ſubditos Vaſallorum quando magna urget neceſſitas.*
5 *Fallit ſi in alio grauentur à dominis immediatis.*
6 *Subditi ſeruient Domino de perſona & bonis in caſu neceſſitatis.*
7 *Bellum non debent facere Principes cum damno ſubditorum.*
8 *Princeps debet conſumere ærarium ſuum priuſquàm mittat manum in burſam ſubditorum.*
9 *Princeps debet æqualiter omnes grauare,& proportionabiliter.*
10 *Periculum ubi eſt in mora capitur pecunia, vbi eſt magis parata, ſed debet poſteà fieri peræquatio.*
11 *Fœderatus cui ex multis fœderatis debet primo ſubuenire quando concurrunt?*
12 *Vrgere aliud eſt quàm vrgeri.*
13 *Equius eſt ſubuenire defendenti quàm offendenti.*
14 *Princeps non debet parcere ſuo ærario grauando populares ſuos.*
15 *Princeps abutens ſua pecunia illicitè extorquet à ſubditis, etiam cum imminet neceſſitas.*
16 *Neceſſitas quatenus extenditur, eatenus, & ſubſidium, & nihil vltra.*

17 *Discretio militum.*

18 *Populos alienos propter suam necessitatem non potest Princeps grauare, & si de facto possit:*

An possit Dominus grauare subditos propter causam Belli. Titulus. VII.

1 QVERI etiam potest, an possit Princeps propter
causam belli grauare subditos & populos super in
dcis & alijs extra ordinarijs exactionibus? & quòd
attinet ad vasallos iam supra responsum est: Quod
2 verò ad populares, † satis est quòd domino seruiãt
de gabellis & alijs ordinarijs prestationibus, absq;
3 eo quòd vltra in personã grauentur aut bona, † Tanta tamen pos-
set esse necessitas quòd excusaretur etiam superindicta exigendo,
ita Panor. in.d.c. sicut, de iureiur. & Iac. in.d. Gl. & promis. in. xviij
q. ac in tit. de homag. numero 36. vers. sed hic cadit alia dubitatio,
4 vbi dicit † quòd etiam potest grauare subditos vasallorum quan-
do maxima imminet necessitas: quod tamen ibi in vers. & ad id
5 quòd dixi, † restringit nisi tales subditi grauentur in alio erga im-
mediatos dominos suos. Tunc enim non debent duplici onere gra-
uari, quod tamen male obseruatur; Bal. etiam in prælegato cons.
6 cccclxxxiij. li. j. in. iij. q. dicit, † quòd si bellum est iustum tenentur
subditi iuuare dominos de persona & de patrimonio, in casu tamẽ
necessitatis, eo saluo quòd possunt seruire per substitutum equa-
lem; Quia ire in exercitum est munus, dicit ipse, publicum & ne-
cessarium suadente iustitia, sicut Angaria & perangaria, imò & si
egeat Dominus ipsa persona & præsentia subditi cogere eũ pote-
rit personaliter & precise, vt ibi in iiij. dubio, sed si nõ indiget per
sona sufficit quòd mittatur substitutus; Dicit etiam Gui. Pap. in
7 decis. cxiij. in fi. † quòd Princeps non debet facere bellum cũ prę-
8 iudicio subditorum. † Sed debet prius expendere aurum suum, po
stea verò, in subsidium, potest sumere à subditis, allegat Cy. C. de
9 sacro eccle. l. Neminem, vbi Cy. hoc dicit, † Subiciens quòd non
debet Princeps, eo in casu, vnam tantum Ciuitatem vel prouinciã
10 grauare, sed omnes, † Nisi tanta immineret celeritas & necesitas
quòd periculum esset in mora, licet enim eo in casu capere vbi est
magis impromptu, etiam ex auro ecclesię, ita tamen vt distribua-
tur exinde pro rata, & restituatur vnde est sumptũ, hæc Cy. Quòd

verò

verò ſubditi teneantur ſeruire domino de perſona,& de bonis,di-
xit ſimpliciter, & indiſtincte Marti. Lauden. in tract. de bello.q.
xli.Sed nimis perfunctoriè pertractat. Quod verò dixi ſupra ſer
uire vaſallum domino expenſis domini : Dic aliud eſſe ſi ex pacto
vel ex fœdere debeat quis ſeruire, puta de vnò æquite, vel pedite
in bello,nã in dubio hoc faciet ſuo ſumptu, ita Bal.in cõſ.ccccvij.
11 ſuper facto domini Cortonen. col.j. circa fi.li.v. †Itẽ quòd etiã
ſupra tactum eſt cui debeat vaſallus ſeruire ex multis dominis,in
ducitur ad quæſtionem quando multæ ciuitates vel principes ami
citiam & fœdus inierunt, ita vt ſe inuicem in bello iuuare teneantur,ſi duobus ex eis,eodem tempore, moueatur bellum, neq; poſ-
ſint eorum fœderati vtriſq; ſuccurrere,quem præponent? & Ang.
in.l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens, ff. ad Syllan. dicit quòd lo-
cus erit gratificationi,ſeruato tamen ſemper tenore capitulorum
& fœderis, hoc idem dicit ibi Albe. in. §. ſi cum omnes; inferens
& ipſe ad vaſallum plurium dominorum,ſed Io. An.in Add.ad Sp.
in rub.de treu.& pa.in vltimis verbis,dicit quòd ſeruiet ei qui ha-
bet ius potentius;de quo etiam per Roma.in conſ.xlvij.In quo ca-
ſu puto Ro.bene conſuluiſſe.Nam comes ille prius pepigerat cum
Rege Francię,quàm cum Rege Angliæ, ſed in fœdere multarum
ciuitatum vel Principum ſi ſit eodem tempore factum, non video
quis dici poſsit habere ius potentius,niſi is fortè,cui primo eſt in-
dictum bellum, vel qui primo interpellauit, ſed ſi ſunt contracta
fœdera diuerſo tempore qui prior eſt tẽpore potior eſt iure, iuxta
d.conſ.Roma. Sed alibi nõ lunge à materia iſta dixit Bal.quòd
12 †aliud eſt vrgere aliud vrgeri,propter quòd infert quòd priuile
giati, qui non conferunt etiam in bellicis oneribus, ſi graue bel-
lum inſurgat,collectabuntur priuilegio non obſtãte; quod tamen
dicit intelligi ſi Princeps aut ciuitas vrgeatur, non ſi ipſa vrgeat,
13 ideſt †in defenſiuo bello, non in offenſiuo, quaſi in offenſiuo ſit
quòd imputetur ciuitati illi quæ mouit bellum,malè penſatis ſuis
viribus. Quod poſſet induci ad præcedentem caſum vt æquius ſit
fęderatum auxiliari ei,qui vrgetur,quàm ei qui vrget. Ita Bal. in
conſ.cccclviij.lata fuit ſententia, li.iiij. quod eſt repetitum in.v.
li. conſ. ccccvi. Cum igitur ſubditorum facultates ſint Principi
14 quędam velut ſubſidiaria actio, & extremum refugium in bello, †
caueant ne,dum parcunt ſuo ærario,conſumant & ſpolient prouin
ciales,habebunt enim Deum vltorem, qui in perſcrutãdis viribus
ęrarij ipſius liberius & certius pernoſcet veritatem, quàm liceat
15 facere ipſis miſeris ſubditis. †Caueant etiam ne abutãtur ſua pe-

cunia

cunia, neq; enim erunt eo casu tuti si conuolabunt ad alienam, iuxta carmen sapientis.

Qui sua consumunt &c.

16 Casus enim non excusat, quando culpa præcedit casum; † insuper caueant ne supra necessitatem ipsam grauent, si enim necessaria sunt illis dena, & capiunt vicena, non excusantur. Sed neq; debent indulgere militibus vt grauent prouinciales etiam cum desunt pecunię in stipendia, saltem pro eorum libidine; Quod sem-
17 per faciunt viuendo, vt falsò dicunt, ad discretionem. † Discretio enim esset si quod facerẽt domi suæ, siue etiam quod faciunt cum suo viuunt sumptu, facerent & in miseros hospites, sed dum volunt lautissimas epulas, insuperq;, & pecuniam, neq; milites, neq; Præfecti, neque ipsi Duces, aut Reges, quibus hęc sunt nota, & qui ea tolerant sunt tuti apud Deum, & ipse non permittit diu virgam
18 peccatorum super sortem iustorum. Lungè verò minus † debet licere dominis, etiam Regibus, grauare populos alienos, & qui neque mediatè subsunt eis, satis est enim quòd iuuentur eorum territorijs & viribus, quando eo decursum est, vt etiam eas occupent, absque eo quòd ipsos prouinciales loco habeant non solum propriorum subditorum, sed etiam seruorum, abutendo eorum substantia, & personis, etiam vsque ad rapinam: Quod fieri vidimus in tota patria Pedemontana, Astensi, Monteferratensi, & tota Liguria quæ prouinciæ prædæ fuerunt militibus, atque vtinam non etiam eorum Præpositis & Ducibus, sine vlla pietate aut misericordia. Quòd neque Turcæ faciunt dum bellantur.

SVMMARIVM.

1 *Bellum magna consideratione præmissa indicendum.*
2 *Bellum prius indicendum quàm mouendum.*
3 *Feciales & feciale ius:*
4 *Sp. posthumius samnitibus deditus.*
5 *Mancinus Nummantinis deditus.*
6 *Proditionis instar est bellum mouere sine diffidatione.*
7 *Deditus hostibus an remaneat Ciuis.*
8 *Tempus quantum intercedere debeat à diffidatione ad bellum.*

De

De Belli denuntiatione. Titulus octauus.



1 VNGA serie ad ipsam Belli denuntiationem velut quodam omine deuenimus † multa animo voluere, multa pensare diuque militare opportere qui bellum machinatur & parat. Res est enim cui maximè congruit Poeticum illud?

Facilis descensus Auerni,
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras
Hoc opus, hic labor est.

Vtinam secum bene cogitarent Reges suas curas, populorum ęrumnas,& strages, euentus bellorum varios, cum sæpius, quæ facilia videbantur initio, difficilimos exitus inueniant: Neque enim frustra de Aenea dixit illustris Poeta.

Hic magnus sedet Aeneas, secumq; volutat
Euentus belli uarios.

Lentius profecto si saperent festinarent. Ego quidem, pro tenuitate mei ingenij, cum hęc mecum reputo, cernoque, quàm facile, quàm leui ex causa, sit verbo venia, quàm inconsulto sæpe renouentur bella his nostris infelicibus diebus, facile adducor vt credam populorum simul,& Principum reatus, mentem, diuina accedente iustitia, eripere Principibus ipsis, vt suæ, atque alienæ quietis immemores, in tam vastum & patens pellagus se demittant vnde vix, nisi diuina ope, possint eripi,& reduci, verum ceptum opus prosequar. Postquàm igitur decretum est ius suum bello prose-
2 qui, † non est mouendum priusquàm denuntiandum, sic per Græcos Principes Menelaum, atque Vlyssem Troiam missos Helenam repetitum scribit Home. Antèquàm diutinum illud inchoarent
3 bellum. † Hi erant Romanis feciales, iusque hoc feciale vocabatur, Quo iure, inquit Cice. nullum potest esse iustum bellum, nisi quòd aut repetitis rebus geratur, aut denuntiatum prius sit atque indictum. Quo autem ritu repeterent, atq; indicerent docet Liui. primo ab vrbe condita sub Tullo enim Rege legatos eum ad repe
8 tenda ablata Albam misisse ait: Neq; vllā vetustioris fœderis memoriā extare, quod & sub Anco, eius successore factū dicit, & ius istud à gēte antiqua Equiculis acceptū. Quo etiā iure (ne solis Romanis feciale ius fuisse arbitremur) vsos etiā samnites idē Liu. est auctor, eos enim, nedū ablata, sed & ipsum suę gentis Ducē, inducia rū violatorē, Romanis restituisse & dedidisse scribit lib. j. dec. viij.

4 viciſsimque Romani eiſdem Samnitibus, † Sp.Poſthumiũ,quo Du
ce famoſa illa pax Caudina facta fuerat, per feciales & ipſi dedide
runt;libet ipſius Poſthumij verba recitare,dedamur, inquit,per fe
ciales nudi,vinctique,exoluamus religione populum,ſi qua obliga
uimus,ne quid diuini aut humani obſtet,quo minus iuſtum de cæ-
tero ineatur bellum.Sed & ipſam deditionis huius formulam à fe-
cialibus factam non erit abſonum referre:Quãdoquidem hiſce ho
mines,inquiunt,iniuſſu popu.Roman. Quiritium fœdus ictum iri
ſpoponderunt, neque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem
quo populus Roman. noxa ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo.
5 † Aliò etiam poſteriore ſeculo Numantinis eadẽ ex cauſa,Roma-
ni Mancinũ dediderunt:Meritò igitur dixit Bal. in l. ſi manumiſ-
6 ſor. C. de obſe. à li. pa.præſt. †quòd ſpecies eſt proditionis arma
mouere ſine difidatione,quod etiam dixit in l.ij.nu.20. C. de ſer.
& aqua.in auc.item nulla,C.de epiſ.& cle.& in c.j.in princ.nu.16.
qui.mo.feu.ami.quod prius dixerat Io.An.in c.pro humani,de ho
mici.li.vj. Alio tamen quàm ad denuntiationem Bellicam perti-
net quod dixi de Poſthumio, & Mancino, ipſi enim ſponte ſua, &
non pop.iuſſu pacem inierunt, propter quòd hoſtibus dediti fue-
runt,qui de eis,vt vellent ſtatuerent, Ne aliàs argueretur populus
Ro.iniuſtitiæ,quod fœdus reprobaret, ipſos verò autores fœderis
7 retineret,vnde & quæſtio eſt exorta.†Cum hoſtes neutrum eorum
receperint, an ciues Romani manſerint, & mihi quidem viſi ſunt
non remanſiſſe, paſsi ſunt enim capitis diminutionem maximam,
per quam & ciuitas amittitur & libertas,vt in l. fi.ff. de capi.dimi.
Deſijtque ciuitas ſuum poſsidere, aut habere ciuem quem repudia
uit,atque abiecit,etiam ſi eum hoſtes non receperint, argumento
tex.in l.iij.§ ſi vir,ff.de acquiren.poſſeſ.Contrarium tamen Alcia.
dixit in lib.Parergon iij.capit.xiij.qui allegat Cicer.in Topicis,&
quæſtio iſta inter Brutum,& Scęuolam variè tractata eſt: Modeſti
nus tamen cenſuit,ſi ij non ſint à ſuis recepti cum reuerſi ſunt, non
adipiſci ciuitatem.vt in l.iiij.ff.de capti.& poſtli.re.quod etiã di-
citur in l.fin.in fin.ff.de legatio.quod mirum eſt Alcia.non adno-
8 taſſe,vel ſpreuiſſe loco ſupra nominato. Quæri etiã poſſet,† quę
temporis dilatio debeat intercedere ab indicto bello, ad motum,
& geri ceptum?Ego,vt ingenuè fatear, nullibi ex annalibus com-
peri,aut adnotaui ſtatos eſſe dies,ipſam tamen naturalis ratio di-
ctat ęquum eſſe, vt aliquid intercedat temporis, quo quis ſe præ-
muniat,& defenſioni præparet, vix enim à dolo & perfidia excuſa
retur qui eodem ferè momento,& indiceret,& aggrederetur:facit

in

in argumentum text. in l. & qui aliter, §. si quis se denunciauerit, ff. quod vi aut clam. Ibi, neque tam arctare aduersarium, vt intra diem occurrere ad prohibendum non possit: sed & causas bellorum puto intuendas, paratum enim se præstare oportet, qui causam belli sibi indicendi præbuit, maximè si sit recens, si ardua, si inexcusabilis. Inuenio etiam quòd Guid. Pap. in decisio. sua cxcj. cuius initium est, eos qui de cætero, recitat ad verbum vnam constitutionem Imperialem in hac máteria omnino videndam his qui hæc curant, quam & ipse ibi commentatur, atque interpretatur. Diciturque in ea inter cætera, tridui dilationem requiri.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ Bellum patiuntur.*
2 *Item & pueri.*
3 *Pueri non deberent captiuari.*
4 *Presbyteri alijque ecclesiastici sunt hostibus tuti inter Christianos.*
5 *Peregrini sunt tuti à captiuitate.*
6 *Mercatores tuti & ipsi.*
7 *Rustici tuti ab hostibus vnà cum eorum animalibus.*
8 *Abutentes priuilegio illud amittunt.*
9 *Armorum strepitus leges audiri non sinit.*
10 *Legati hostium tuti a à bello.*
11 *Legati aliquid hostile machinantes non sunt securi.*

An sint aliqui à Bello tuti, & immunes.

Titulus IX.

BELLO AVTEM indicto, cum sint belli sicut & pacis iura, quæritur primò possitne passim in quoscunque exerceri, cuiuscunque sint ordinis, sexus, ætatis, professionis? † Et quod attinet ad fœminas, & eas captiuas ductas probant iura in l. prima, C. de postlim. re. quam ad hoc citat Bartol. in tracta. repræsa. in quarta quæst. tertiæ quæst. principalis, probatur etiam in l. fœdissimè, in l. præses, in l. si is qui te, cum l. sequen. & l. commertio, illo eodem titu. & ff. eodem. l. mulier, & l. non vt à patre, cum l. sequen. quod & hodie cum ijs hostibus, quibus cum

1

vigent nobis antiqua iura, Turcis nempè, & Mauris, in vſu eſt.
2 † Neque tutiores ſunt pueri, vt probant iura in l. lex Cornelia. ff. de vulga. ſubſtitutio. in l. pater, in princip. & l. quod ſi filius, ff. de
3 capt. † Abſtinuit tamen pueris, raro & laudabili exemplo, Camillus, cui cum ludi magiſter nobiliſsimos Faliſcorũ, quos obſidebat, pueros in caſtra per aſtum perduxiſſet, Nobis, inquit Camillus, quæ pacto fit humano, Cum Faliſcis ſocietas non eſt, quam ingenerauit natura eſt, eritque, ſunt & belli ſicut & pacis iura, Arma habemus non aduerſus eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur, ſed aduerſus armatos: hæc ille. Quantò ergo æquius atque decentius parceretur inſontibus pueris in bellis, quæ inuicem Chriſtiani faciunt? Cauendas tamen ſuadeo militum rapaces manus, propter extremam eorum auaritiam, cum maior pars nihil
4 penſi habeat præter pecuniam. † Parci autem iubent Canones,
5 presbyteris, Monachis, conuerſis, † Peregrinis, † mercatoribus,
6 † ruſticis, eorumque animalibus, vt in cap. ij. de treug. & pac. ibi
7 tamen Panormi. dixit hoc priuilegium malè obſeruari, quod hoc noſtro æuo ſatis in comperto eſt, propter quod non ab re dixit etiam ibi Panormi. illa iura contrario eſſe vſu abrogata? cum diſtinctione tamen, de qua per eum: Crederem tamen non eſſe abrogata quo ad ipſos eccleſiaſticos viros, nempè presbyteros, monacos, aliosque huiuſmodi, in quos manuum iniectio eſt interdicta ſub graui anatematis pœna, capit. ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quęſtio. iiij. qui Canon proculdubio non eſt abrogatus. Qui milites igitur Deum verentur manum continento, & à viris Deo dicatis abſtinento, Moneo etiam vt militum Magiſtri, Auditores, & qui inter milites præſunt iuri redundo, vt eos compellant abſtinere hoc ſacrilegio. Caueant tamen & ipſi eccleſiaſtici viri ne ſuo abutantur priuilegio, neúe ingerant ſe rebus bellicis,
8 † quia priuilegium amittit qui eo abutitur, cap. vbi, lxxiiij. diſtin. l. liberam, ff. de pecul. cum vulg. Aliàs incident, non immeritò in promptum ſui periculum: Neque confidant de fori priuilegio, non enim ſolent fieri, in his atrocioribus, remiſsiones: vtuntur enim Principes, & exercituum Ductores, in conſimili-
9 bus, Mariano illo dicto, † quòd armorum ſonitus, & rumor leges non ſinit exaudiri. Idem etiam cenſeo in verè peregrinis, iuxta text. in cap. ſi qui Romipetas. xxiiij. quæſt. iij. vbi Arch. no. quòd huiuſmodi perſonæ ſunt ſub protectione, & de foro eccleſiæ, & eius intereſt illas ab omni iniuria defendere, allegat cap. ij. xxxvij.
10 diſtin. Sunt & † tuti legati hoſtium, quod dixit Glo. in l. con-

uentionum, ff. de pac. censeri tacitè actum inter Duces, verius est tamen quod hoc sit iure gentium inductum, vt d. cap. ius gentium, j. distin. & l. fina. ff. de legatio. Quod vsque adeò erat primis illis seculis inuiolatum, vt cùm Romam veniissent Tarquinij, iam Regno pulsi, legati, res ablatas repetitum, occultèque cum nobilissimis adolescentibus de Rege reducendo tractarent, re detecta, quanquam visi essent commeriti, vt hostium loco haberentur, valuit tamen (vt ait Liuius) Ius gentium. † Quo tamen exemplo non
11 putarem tutos hodie legatos consimilia molientes, quia fines mandati non sunt egrediendi. l. in re mandata, ff. manda. Hincque malè contigit Romanis à Senonibus Gallis, nam cum ij Clusinos inuasissent, Romanique legatos misissent qui peterent ne Clusinos fœderatos suos offenderent, vidissentque Senones legatos ipsos, post exequutam legationem, inter Clusinos in acie versantes, & cum eis dimicantes, missis Romam legatis suis petierunt legatos illos qui ius gentium violassent sibi dedi, & cùm non impetrassent, Romam recta, relictis Clusinis, petierunt, captamq;, post Aliensem pugnam, fœde dirripuerunt, prout legitur apud Liui. li. v. j. Dec. apud quem & legitur li. j. Taticum, qui cum Romulo Rege regnabat, à Laurentibus interemptum, quòd eorum legatos, contra ius gentium, pulsari passus esset.

SVMMARIVM.

1 *Dies quibus est à bello abstinendum.*
2 *Treuga Canonica.*
3 *Treuga conuentionalis.*
4 *Præliares Dies.*

An liceat omni tempore bellari. Titulus X.

1 SED neq; omni tempore licet bella gerere, & hostilia tractare, Canõ enim primus de tre. & pa. † quosdam dies interdicit, Iouis, scilicet, veneris, sabbati, & dominicæ, cuius reddit ibi Abb. rationem, quæ fuit prius Arch. licèt eum non alleget, in c. illi oratores. xxiiij. q. iij. ad quos me remitto, Prohibentur & bella cunctis diebus qui sunt inter Aduẽtum domini, & octauam Epiphaniæ, & à Septuagesimâ, vsque ad octauam Paschæ, appel-
2 laturque † hæc treuga Canonica, siue legalis, ad differentiam eius

quæ

3 quæ eſt ex † conuentione Ducum; ſed de canonica iſta parum eſt curandum, cum Gl. & Doc. ibi concludant. l. illam non eſſe moribus vtentium receptam: Et quamuis in. c. ſi nulla, xxiij. q. viij. dicatur licere dimicare quocũq; tempore, intelligendum eſt tamen ſi vrgeat neceſsitas, vt legitur Machab. primo c. ij. & tranſumptiuè in ç. ſi nulla, de reg. iu. Neque tamen nouum eſt aut Pontificio iure inductum vt ſint certi dies, & tempora bello abſtinendi, quando
4 & apud feſtum legitur † Pręliares dies Antiquis dictos, quibus eſſet, citra omnem conuentionalem treugam, atque inducias, bello parcendum, publicis ceu ferijs, à pugna; Noſtro tamen ęuo, vt ſunt ludibrio ſacra prophanaq; omnia, nulli ſunt à pręlio feſti dies, cũ vel ipſo ſanctiſsimo paſchę die, Pontificis Iullij. II. ac Hiſpaniarum Regis Ferdinandi milites contra Gallos apud Rauennam sæuum prælium commiſerint; Rurſumq;, ijſdem Paſchæ diebus ſanctiſsimis, apud Cereſolas, quòd eſt vicus in Haſtenſi Comitatu, atrox prælium inter Hiſpanos & Gallos eſt factum

SVMMARIVM.

1 *Piratis non denunciandum bellum.*
2 *Piratæ poſſunt impunè à quocunq; offendi.*
3 *Bellum poteſt exerceri in omnes ſubditos diffidati, ſi iuuant eum de perſona vel bonis.*
4 *Bellum non exercetur in eum qui origine eſt hoſtis, ſed non incolatu.*
5 *Hoſtes non ſunt qui ſunt ex locis occupatis, etiam ſi omnes ſubditi habeantur pro hoſtibus.*

In quos diffidatio & denuntiatio belli exerceatur quoſuè comprehendat. Titulus. XI.



1 AM dixi non eſſe mouenda arma niſi pręcedat de-
2 nuntiatio, ſiue vt dicunt, diffidatio, ſolent tamen excipi † Piratæ; ij enim ſunt ipſo iure & facto diffidati, † qui enim omnes habent pro hoſtibus, debent ab omnibus expectare rependi vices, & omnibus licere debet in eos inſurgere, quòd Bal. dixit in Auct. h. nauigia. C. de fur. Poſſunt & à quocunque offendi ij quos Papa vel Imperator hoſtes pronunciauit publicos, cum ſint extra omne legum præſidium, ita no. Can. in. c. j. de homi. in vj. & Ang.

in

in conſ.xiiij.Dicens quòd etiam priuata perſona in eiuſmodi con
3 ſurget,etiam vſque ad internitionem. Sed incidit quæſtio, † an denuntiato, bello liceat illud exercere in omnes diffidati ſubditos,vaſallos & fęderatos,& Anto.de Bu.in.d.c.olim,de reſt.ſpo. in v.col.verſ.ſed eſt dubium dixit quòd licet, quod & dixit Bal.in.l. ij.col. antepen. verſ. & no. quòd quando aliquis, C. de ſeruitu. & Alex. in Add. ad Bar.in.l. ſi quid in bello.ff. de capti. ac Ang. de claua.in ſum.in verſ.bellum.§.xiij. qui tamen hoc dictum reſtringit ad ſubditos qui iuuãt dominum de perſona vel bonis: quod eſt etiam de mente Archiep.Floren.in ſum.in iij.parte, tit.iiij.§.j. in fin.&.§.iij.col. pen.Quæ reſtrictio neſcio quomodo procedat cum omnes ſubditi,ſi non actu, ſaltem habitu & potentia, præſto ſint
4 domino ſi egeat,iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra; † Niſi eſſent ſubditi origine,qui aliò domicilium ſuum,& fortunas tranſtulerunt, in quos fortè bellica non exercebuntur neque hoſtilia,ſicut in ſimili dicit Bar.quòd in huiuſmodi non exequuntur repreſalię. Et vide quæ dicam infra in tit.pacis fœdera,per totum primum cap.parte
5 vltima. † Vnum tamen omniuo eſt in hoc propoſito notandum, quòd quamuis liceat ſubditos hoſtiles prędari & captiuos ducere, ſi tamen aliqua hoſtes occupent loca ex noſtris, & ea per vim vti propria poſsideant, non ideò licebit noſtris militibus ius belli in illos municipes exercere,aut eos, eorumque res hoſtium loco habere, cum non poſsint dici rebelles niſi paſsiuè: Et cum in nulla ſint culpa vel dolo,ſi bello tamen abſtineant, & rebus ſuis intendant,ita Bal. reſpondit in conſ.xcvi. proponitur quòd conſuetudo ciuitatis Haſtenſis,li.iij in vltimis verbis. Quamuis enim illa loca conferant inuaſori ad rem bellicam, præſumitur tamen idem metus & vis continuari,arg.l. qui neque, in fi.ff. de verſ. ſig. & eorũ quę per illam.l.dicit Bar.in.l.qui in carcere.ff. de eo quod me.cauſa.Et Panor.in.c. accedens, extra de procur.quòd in eo qui non eſt priſtinę libertati reſtitutus ſemper pręſumitur durare idē metus,& verè de eis dici poteſt quod Bal.in.d.conſ. dixit de mente Azo.tolle voluntatem de medio & omnis actus erit indifferens. Hoc tamen militaris licentia & rapacitas malè ſeruauit in hac patria Pedemontana,in qua Galli multa opida & vicos Ducis,occupauerant, quę nihilominus patebant prædæ & rapinis militibus Cæſareis quàm ſi de antiquo fuiſſent Gallorum dominio,quòd tamen puto iure factum.

7 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Capta in bello fiunt capientium.*
2 *Agri hostiles fiunt capientium, videlicet Principis.*
3 *Agrariæ leges.*
4 *Captiuitas absque bello potest esse licita.*
5 *Indi ab Hispanis subacti licitè fiebant serui capientium.*
6 *Capti à piratis non amittunt libertatem.*
7 *Serui à seruando dicti.*
8 *Captiui occidi non possunt.*

Capta an capientium fiant. Titulus XII.

1 BELLO † quęsita capientium fieri probant iura in
d.c.Iusgentium in d.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure,
2 in.§.item quæ ex hostibus,Inst.de re.di.in l.natura
lem,in fi.ff.de acqui.re.do. † Et nedum mobilia aut
3 se mouentia, sed & immobilia, quod probatur in l.
si captiuus.§.j.de capti. † Hinc leges illæ Agrariæ
4 exortę, diutina Romanis discidij semina. Et nedum † bello con-
tingit captiuitas sed & eo cessante;si quis enim ad gentem eat cum
qua suis nulla sunt hospicij neque amicitiæ fœdera, aut si quis ex
illis ad nos venerit,capientis fiet seruus.Ita probat tex.in l.postli-
5 minij.§.j.ff.de capti.Meritò igitur † Hispani Indos illos occidenta
les ab orbe nostro diuisos,& Græcis ac Latinis incognitos, pericu-
losa,atque audaci nauigatione nostro æuo inuentos, Auspicijs qui
dem Hispanicis & Ferdinandi,atque Isabellę Regum, demumque
Caroli quinti huius nominis Cæsaris ac Regis,opera tamen & la-
bore Italici viri Christofori Colloni Ianuẽsis, meritò inquam Hi-
spani,Indos illos in seruitutẽ trahebãt,lege illa,postliminij,ita cõ
cedẽte;Nisi dicas legẽ illã loqui in extero capto,dum vadit ad ex-
traneos, non autem in extraneis alieno orbe quęsitis,qua fortè ra-
tione moti dicti Reges,pro Christiana pietate quam summè co-
lunt,iusserunt illas gentes,si Christo inicientur,suis legibus liberas
6 viuere: † Non erunt tamen à Piratis,aut latrunculis capti serui ca-
pientium, neque libertatem aut Ciuitatem amittent, l. postlimi-
nium.§. à Piratis ff. de capti. Quid autem latrunculi ab hostibus
differant habetur & not.in l.hostes.ff.de cap.& l.hostes.ff. de verb.
7 sig.† Serui verò proculdubio à seruando sunt dicti,natura ipsa mo-

nente

nente humanum esse hostem captum seruare & non occidere, vt
8 l. libertas. ff. de sta. ho. & inst. de iu. perso. §. serui † Neque enim fas est in dediticiũ sęuire, aut eum occidere, iungeque minus est inhumanum deditionem ipsam reiicere, & iure belli agere, vnde, & apud Cornelium Tac. legitur, cum Romani Soracorum vrbem vispen aggrederentur offerrentque oppidani decem milia seruitiorum, aspernati, inquit, ea sunt victores, quia trucidare deditícios sæuum, custodire tantam moltitudinem arduum, præstare igitur vt iure belli caderent: sęuum quippe est, & barbarum sęuire in captos. Sed hoc etiam quandoque factum legimus, Tarquinienses enim, vt est apud Liuium lib. vii. primæ Dec. Trecentos septem Romanos captos immolauerunt, quod tamen eis non cessit impunè: victis enim eis Romani trecentos quadraginta octo captiuos ex maiore numero selectos, virgis cęsos, securi percusserunt, Idem que factum contra Cluuianos, ij enim Præsidium Rom. in Sammo, quòd expugnare nequiuerant, famę ad deditionem compulsum verberibus cęssum, necauerũt, Romani verò vicissim oppido eorum per vim capto, puberes omnes ad vnum occiderunt. Sed & apud eximium Poetam legitimo in Pallantis funere.

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbris.
Inferias, cæso sparsuras sanguine flammas.

Sed & nostris bellis vidimus quandoque in captos sęuitum, fędissimo tamen more, nisi capiantur transfugæ: de quo latius dicetur infra suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Fœderati qui dicantur:*
2 *Deditícij.*
3 *Deditionis formula.*
4 *Captiui à Capiendo dicti.*

Fœderati, Deditícij, Captiui quid differant.

Titulus XIII.

I DOSTQVAM fœderatorum, deditítiorum, captiuorum, sermo incidit, opere pretiũ est videre quid intersint, † fœderati sunt qui nobis amicitia & societate sunt iũcti, Liberi tamẽ & ipsi, siue ęquo iure in fędus venerint,

ſiue etiam conuenerit vt alteri alterius maieſtatem comiter obſer
2 uent, vt dicitur in l. non dubito. §. j. ff. de capti. † At dediticij Ro-
mano Iure medio quodam erant diſcrimine, vt neque omnino li-
beri, neque tamen eſſent regulariter captiui vel ſerui, Quod vel
formula ipſa deditionis declarat, quam Refert Liui. j. primę Dec.
3 Interrogauit enim Collatinos Rex Tarquinius, his verbis, † Eſtis
,, ne vos legati, oratoresque à Populo Collatino vt vos Pop. que Col
,, latinum dederetis? ſumus, inquit illi, Eſtne Pop. Collatinus in
,, ſua libertate? Eſt, deditis ne vos Pop. Collatinum vrbem, agros
,, aquam, terminos, delubra, vtenſilia diuina humanaque omnia in
,, meam Pop. quę Romani deditionẽ? dedimus, & ego recipio: hęc Li-
uius. Propius tamen accedere dedititios ad captiuos quàm ad fę-
deratos vel hinc licet conijcere, quòd quandoque & ipſi ſeruo-
rum inſtar venierunt, quod multis locis poſſet oſtendi, nam vt eſt
apud Liui. li. iiij. cùm Fidenis captis populus ſe Dictatori Mamer
co dedidiſſet, ipſe poſtero die ſingulis captiuis ab equite ad cen-
turionem ſorte ductis, & pro cuiuſque virtute donatis, cęteros ſub
corona vendidit. Sed & humanius agitur cum ſpõte deditis, quàm
ſi vi & virtute bellica: quamuis vtrique in hoſtium poteſtatem trã
ſeant quod vel locus ille Liuij, oſtendit li. vij. primę Dec. cùm Cam
pani enim Romanorum auxilium implorarẽt aduerſus Samnites,
excuſarent verò Romani non licere tueri eos contra Samnites,
etiam amicos, Quandoquidem rñderunt legati noſtra tueri aduer
ſus vim atque iniuriam non vultis, certe veſtra defendetis, Itaque
Pop. Campanum vrbem Capuam, agros, delubra, Deum humana-
que omnia in veſtram Pop. que Romani ditionem dedimus, quid-
quid deinde patiemur deditij veſtri paſſuri, hęc Liui. declarat, &
alter eius locus, Cum M. valerius Coruinus Satricum cępiſſet, qua
tuor milia deditiorum vendidit, Additque Liuius, ſunt qui hanc
multitudinẽ captiuã ſeruorum fuiſſe dicunt, id magis veriſimile
eſt quàm deditos veniſſe, vt per eum li. vij. Durius igitur cũ dediti
cijs agebatur pro re, & cauſa, Qui verò plura de his volet ſcire vi-
deat Alcia. lib. Parergon j. c. xiiij. cum ij. ſeq. Aliquid per Bald. in
rub. C. de dediti. li. tol. vbi etiã hoc notabiliter dicit quòd ſi hodie
aliqua Ciuitas exẽplo antiquę deditionis ſe alteri dederet, poſſet
victor de ea facere quidquid liberet, nõ deberet tamen vitã adime
re. quod no. ad eos qui etiã hodie ſe dedunt ad diſcrettionẽ, quod
4 infra dicã plenius, † Captiuos verò a capiendo dictos declarat vox
ipſa, quod & dixit Bal. in l. adoptio. C. de adoptionibus. Eos autem
ſeruos fieri declarant Iura in prędcedẽti capitulo allegata in princ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fides ſeruanda hoſtibus.*
2 *Fides prędonibus non eſt ſeruanda.*
3 *Inſidiæ quæ nihil habent perfidiæ, bonæ.*

Fidem hoſti eſſe ſeruandam. Titulus XIIII.

1 DIVS gen.pertinet,† ne fides violetur, ſed quod
2  conuenit etiam inter hoſtes, ſeruetur: vt dicitur in c.noli, xxiij.q.i.quod tractat bea. Tho. ii. ſecundæ q.xl. Sic & Cicero. ius hoc ait eſſe bellicum, & fidē iuſiurandumque hoſti ſeruandum, † At ſi prædoni bus, inquit, pactum pro capite aurum non attuleris nulla fraus eſt neſi iuratus quidem id feceris: Nam Pirata non eſt ex perduelium numero deffinitus. Sed cōmunis hoſtis omniū, vt & ſupra dixi, vnde & paſsim in hiſtoria taxantur Pęni perfidię, contra quę iuſticię, & fidei laudatur Fabricius qui oblatum graui hoſti venenum repudiauit. Reprenditur, & Ladiſlaus Imper. qui cum pacem feciſſet cum Amurato Turcā, male perſuaſſus quòd fidem quam inconſulto Papa dederat ſeruare non teneretur, pacē violauit, quod tamen ei male ceſsit, acie enim victus interiit.

3 Inſidiis † verò quæ nihil habeant perfidiæ, vti, fas eſt, & decet, quę vocantur ſtratagemmata, huc tendit Leonidæ dictum, cum non prodeſſet pellis leonina induere ſe vulpinā, Vergilianūque illud.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

De quo eſt textus in c. Dominus, xxiiii. q.ii. & pleni ſunt annales his ſtratagemmatibus, & commendantiſs. ſunt ac laudatiſsimi qui eis vti nouerunt in tempore, quamuis ea referre nihil ad hanc rē noſtrā conferat. Ingenio igitur atque armis pugnetur cum hoſte, dolis etiam, ſi nihil habeant fraudis, neque perfidiæ, cum in his ni hil eſſe poſsit virtutis, & gloriæ, Sed neque veneno vtetur quis aduerſus hoſtem, ſi ſit etiā accerrimus, Et periculoſus, etiam ſi perfuga id offerat aut proditor, vt iam dixi comprobatum, in Fabricio quanto igitur minus procurandum, aut emendum. Non deſunt tamen quibus hodie hæc via videatur ad victoriam compendioſior atque commodior.

SVMMARIVM.

1 *Romulus dimicauit singulari certamine cum Tacio Sabinorum Rege.*
2 *Alexander dimicauit singulari certamine.*
3 *Duci an liceat singulari uti certamine.*
4 *Regnum non est committendum singulari pugnæ.*
5 *Carolus Andegauensis pepigit de dimicando cum Petro Aragonẽse, vtri cederet regnum Neapolis.*
6 *Mora quæ noceat prima, an ultima.*

An Duci ipsi liceat vti singulari certamine. Titulus XV.

QVAESITVM est liceatne Duci & Principi, aut etiam Regi ipsi, singulare inire cum aduerso Rege certamen? aut paciſci, aut victori cędat Regnum? quòd quidam comprobant † exemplo Romuli, qui dimicauit aduersus Tacium Sabinorum Regem. Sicut † & Alexander Macedo, cum Poro Indorum, Sic Egregius Poeta Aeneam, & Turnum dimicasse scribit de Lauinia. Oldr. hoc tractat in consi. cxcj. quod incipit, nullo modo. † dicitque quòd ista esset magna abusio, quia inuitat ad delicta, & ad arma, & quia Deus tentatur, quia res sorti committitur, quod fieri non debet. tractat hoc idem Paris de Pu. in tract. de re mil. li. vij. c. ij. cum duob. seq. & sibi videtur repugnans, & malè constans, Nam in ij. & iiij. c. concludit non licere, In tertio autem dicit Regem posse prouocare Imperatorem, quorsum enim prouocatio si est interdicta pugna. † Ego omninò censeo non licere, siue sint Reges, siue etiam Imperator, tum per rationes Oldr. tum & quia sunt certi modi à iure & moribus introducti dandi Regna, vel per electionem, vt in Rege Ro. vel per succesionem, vt in cæteris Regibus, quos non potest Rex ipse tollere, neq; rescindere, sicut dixit in simili Bar. ꝙ sunt certi modi à Iure adinuenti deferẽdæ hæreditatis, extra quos non defertur, etiam si ita sit cõuentum, & actum, vt per eũ in cõs. ccxij. promitto tibi, quẽ sequitur Dec. in consi. ccc. col. j. & ij. ccxxv. col. iij. ccxxxvj. col. pe. nu. 16. & dclv. & idẽ Bar. in cõs. lxxij. Itẽ quia hoc esset prẽiudiciale filijs ac cęteris ad quos defertur Regnum ex succesione, quorum iura non potest

Rex

Rex tollere,prout ſtatuunt iura,& conſuetudines feudorum, etiam in minoribus feudis,vt in tit. de prohi. feu. alie. per Lotha. & per Fed. Intereſt & populorum ne ſubiciantur nouo & inconſueto domino, vnde & dicitur quòd neque vnam Ciuitatem poſſet Rex transferre in alium ea inuita,vt per Cano. in c. dilecti de maio. & obe.per Inno.in c.auditis de pręſcrip.per Abb.in c.cum deputati, col.vij. de Iudi. & in c. expoſuit,col. vj. de dila.vbi tamen ſupremi domini,ſi eum habeant Reges,accederet auctoritas, & conſenſus, & parum intereſt populorum,ſecus dicerem ſic Auorum memoria
5 †cùm Carolus Andegauenſis Comes Prouinciæ,& Petrus Aragonum contenderent de Regno Neapolitano ſiue Siciliæ, de conſenſu Martini.v.huius nominis,Pontificis, conuenit vt vterque Rex, centum ſuis æquitibus comitatus, certarent, & Regnum victori cederet, & in Ciuitate Burdegalenſi, quæ erat tunc ſub Rege Angliæ, pugna fieri debebat. In eaque, ſtatuta die, ſummō mane comparuit Carolus cum ſuis centum comilitonibus, & expectato hoſte vſque in vigeſimam ſecundam horam,diſceſsit,Qua hora ſtatim comparuit Petrus, qui non inuento aduerſario,teſtatus eſt per ſe non ſtare quin pugna comitteretur.Diuque poſtea diſputatum eſt vter eſſet in mora,qui ſummo venerat mane,ſed non expectauerat. An is qui vltimis horis comparuerat; quaſi vltima mora magis noceret quàm prima;Contrarium tamen euentus comprobauit,reuerſi ſunt enim Reges prędicti ad arma,quod tandem infeliciter ceſsit Petro.

SVMMARIVM.

1 *Duci Belli capto an parci debeat.*
2 *Homo mortuus non ciet bellum.*
3 *Corradino fuit abſciſum caput.*

An duci hoſtium capto parci debeat Titulus XVI.

I QVOD verò dixi ſupra non eſſe in captos ſęuiendum, & quod proxime dictum eſt de Carolo Rege;ad memoriam traxit quæſtionem aliā, †an ipſi duci hoſtium, ſi capi eum contingat,parcendum ſit,& tex.eſt quòd ſic,

in c.

in cap.noli,ad fi. xxiij. quæſt.j. maximè ſi in eo pacis perturbatio non timetur,vt eſt ibi in tex.vbi Archi.exponit maximè,id eſt,dũ taxat,inferens, eo dumtaxat caſu parci debere cum non timetur
2 belli renouatio,prout eſt in vulgari prouerbio. † Homo mortuus non renouat bellum. At ſi de bello dubitetur,videtur inferri vt tu
3 tius ſit perdere hominem funditus: † Et propter illam expoſitionem Archidiaconi, dixit Mart.Lauden.in tracta.de mil. quæſt.lj. quòd Carolus Andegauẽſis amputari fecit caput Corradino Sueuo.Refert tamen Fely. quòd cùm recitaretur ſententia illa coram ipſo damnato,vt eſt plerunque moris, conuerſus ad iudicem dixit Serue nequàm, ſerue nequàm, Neſcis quòd par in parem non habet Imperium? Quod & recitat Collenutius in Neapolitana ſua hiſtoria.

SVMMARIVM.

1 *Dauid diuertit ad infideles.*
2 *Solomon contraxit affinitatem cum infideli.*
3 *Aſſa Rex conduxit Regem infidelem contra populum Hebræum.*
4 *Fœdera fidelis Principis cum infideli aduerſus infidelem ſunt licita.*
5 *Machabæi iunxerunt fœdus cum Romanis.*
6 *Abraham etiam duxit ſecum extraneos in pugnam.*
7 *Infidelium auxilio vti non debent fideles inter ſe bellantes.*
8 *Fœdera,quòd amicos habeant pro amicis inimicos pro inimicis debent intelligi ſalua iuſtitia.*
9 *Iuramentum illicitum non eſt ſeruandum.*

An Chriſtiano Regi liceat auxilio vti infidelis Principis. Titulus XVII.

ACTVM eſt etiam aliquid ſupra de dominorum, & Principum fœderibus, Quærendum eſt igitur, an etiam infideles liceat fidelibus, & Chriſtianis Principibus aſſumere in fœdera, eorumque vti ope
1 ra atque auxilio? Et † quòd liceat videtur in argumen. Dauid vir ille Deo acceptiſsimus,qui cũ Saulem fugeret,diuertit ad Regem Geth.vt legitur Regum j. c.xxvij. Acceſsitque cum eo, cum iret cum cæteris Paleſtinis dimicaturis contra Saulem,vt habetur Reg.j.c.xxix. Miſit etiam Dauid legatos

tos ſuos, vt conſolarentur Hanon Amonitarum Regem ſuper mor
te patris eius,eo quòd eſſet ei amicus,& feciſſet cum eo miſericor-
2 diam,vt habetur Regum ij.cap.x.Eius † quoque filius Solomon,&
amicitiam,& affinitatem contraxit cum Rege Aegypti , quod fa-
ctum legitur antequàm peccaret,& antequàm templum illud mi-
raculoſiſsimum conſtrueret,vt legitur iij.Regum. Iunctus eſt etiã
3 fœdere Tyriorum Regi,vt iij.Reg.c. v. † Aſſa etiam Rex inter bo
nos aſcriptus,& de quo ſcribitur, quòd fecit rectum ante conſpe-
ctum Domini, ſicut Dauid pater eius, mercede conduxit Regem
Syriæ, vt dimicaret contra Baſſa Regem Iſrael, vt legitur Regum
iij.c.xv.Regum etiam iiij.c.xvj. dicitur miſiſſe Achaz Regem Iu-
dæorum nuncios cum theſauris ad Aſſyriorum Regem , vt pro eo
dimicaret contra Reges Syriæ,& Iſrael, qui ei bellum intulerant.
4 Ego puto diſtinguendum, † Aut iungitur fœdus cum infideli con-
tra alium infidelem,aut aduerſus alium fidelem.Primò caſu, vt cũ
Imperator Carolus quintus fœdus iniuit cum Rege Tuneti contra
Aenobarbum Archipiratam, qui Tunetum cœperat , & Regnum
illud inuaſerat,Aut ſi quandoque conſilio aut armis iuit Perſarum
Regem,quem Sophi vocant,cõtra Turcam,puto id licuiſſe, & lice
re.quid enim magis expedit Chriſtianis , quàm vt Satan in ſe ip-
ſum diuiſus ſit,& pariter omnia membra eius? quales ſunt Maume
tani omnes,ſicut enim nobis fidelibus expedit, vt vnum ſimus, &
ſentiamus,vt dicitur Ioannis xvij.vnde & monet Pau. Epheſ.iiij.vt
ſoliciti ſimus ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnde, &
omnes nos vnum eſſe dicit in Epiſtola ad Gal. c. iij.ſic expedit il-
5 los eſſe ſeiunctos,& ſciſos,vt contrariorum ſit ratio contraria. † Et
huc ſpectat quòd Machabei fœdus iunxerunt cum Romanis , neq;
enim illud inierunt contra ſuos,ſed contra Antiochum,qui eos ad
6 idolatriam cogebat. † Sic & Abraham ſecũ duxit Mãbre, & alios
ex Amorreis fœderatos ſuos , dum liberauit nepotem ſuum Loth,
& gẽtem Sodomorum ab alijs Regibus,vt legitur Gen.xiiij.At ſe-
7 cundò caſu,†cùm res eſt inter fideles,omnino abſtinendum puto à
tali fœdere & auxilio. Quod probatur illiſmet auctoritatibus quæ
ſunt ſupra in contrarium adductæ, Aeſſa enim Regem increpuit,
pro inuocato auxilio illo.Hanam Propheta dixitque ei, ſtulte egi
ſti,& propterea ex hoc tempore in te bella conſurgent,vt habetur
Parali.ij.c.xvj. Achaz verò peſsimus Regum fuit, neque ei profue
rũt,inuocata auxilia,imò ab illiſmet quos ſibi inuocauerat eſt ſpo
liatus,vt habetur Paralip.ij.c.xxviij.Debẽt igitur Chriſtiani Re-
ges habere in corde,quod Regi optimo Ioſaphat Propheta reſpõ-
dit,

dit,impio prębes auxilium; Et ijs qui oderunt dominum amicitia iungeris, iccirco iram domini merebaris, &c.vt habetur Paralip. ij.cap.xix.Item & id quòd Amasię Regi,Propheta alius dixit, Nō egrediatur ò Rex exercitus Israel tecum, non est enim dominus cum eo.Quòd si putas in robore exercitus bella consistere,superari te faciet Deus; Dei est quippe,inquit,adiuuare, & in fugam conuertere;Quod verò dictum est de Dauid qui venerat inter Palestinos,contra Saulem, non fatua fuit eorum suspicio, dum iusserunt eum dimitti,ne fieret eis aduersarius in prælio, hoc enim credi potest eum fuisse facturum, si alia consideremus quæ fecit, cùm esset apud dictum Regem Geth.vt legitur Regum primo cap.xxvij.fingens enim se prędari suam gentem,irruebat in suos hostes Amalechitas Regis amicos,Aliosq; finitimos,& omnes ad vnum trucidabat,ne supereſſet qui eum doli,& noxę argueret; Quod tamen dicendum est eum iure feciſſe,cum essent omnes hostes gentis suę.& occuparent prouinciam à Deo eis concessam. Cætera verò exempla magis pertinent ad superius membrum; Hanc ipsam quæstio-
8 nem tractauit etiam Io.Lupi hispanus sub tit.de confed.Prin. † Et eam confundit cum alia,an teneant Ligæ,& fœdera,quę inter Principes Christianos fiunt, etiam adiecto Papa, pacto vt amicos habeant omnes pro amicis, & inimicos pro inimicis, vbi concludit non valere hęc fœdera,quia inuitant ad delinquendum,maximè si fœderatus meus iniustum bellum, aut inferat aut defendat, vt ibi latius; Poterat tamen simplicius dicere tenere quidem ipsa fœdera,sed restringenda salua iustitia, quando iam supra est conclusum iustas esse oportere bellorum causas, & quando etiam fidelibus & gētilibus,sola ipsa naturali ratione ductis,ipso feciali,quòd dictum est,iure,æquitas sanctissimè est attendenda,& amplectenda; † Qui enim promisit alium defendere non propterea ei obliga
9 tur ad rem illicitam,maximè si nota & euidens sit iniustitia, præstat enim tali casu non stare pactis,sicut dicitur in.c.quòd Dauid, in.c.Iurauit,xxij.quæstione iiij.Et in.c.in malis,ea causa, &.q. lungè enim iustius Dauid fecit, quòd non stetit iuramento quod fecerat de perdendo Nabal, quàm Herodes qui propter iusiurādum occidit virum sanctissimum,vt ea.q.dicitur c.est etiam, & c.si aliquid,habetur & no.in c.cū iuramento, de homi.in c.j. de iureiur. in.vj.in c.Quintaualis,& c.veniēs,eo. tit. facit quod dicit Ang. in l. si quis in graui,in prin.ff.ad Syllan.quòd in istis fœderibus, etiā si sit promissum generale & amplum auxilium,non tamen extenditur ad iniustum, quod Specialius infra tractabitur, tit. Iterum de

varijs

varijs quęſt.quę bello contingunt.verſ.quęro etiam duo Principes. Hanc eandem quæſtionem tractat Old.in conſ.lxxj.Incipiente,nũ quid Chriſtophorus,quod ad verbũ tranſcripſit Corſ.in tra.de poteſt.Regia.q.lxxxiij. & vterque dicit, Quòd hę colligationes ſunt permiſſę,& licitę,quod etiam dixit Marti.de Lau. in trac.de bello, ſed valde ieiunę omnes & perfunctoriè,neque reſpõdent ad dictas auctoritates Paralip.xvj.& xxviij.neque de eis fuerunt recordati, quod non multo latius tractat Alb.in l.j.ad fi.com.C.vnde vi,tranſiens ſimpliciter cum Old. Ideò non puto dicendum colligationẽ illam conceſſam,niſi cum diſt.de qua ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Capti in bello contra Imperatorem inter Chriſtianos non ſunt ſerui.*
2 *Capta debent conſignari Duci Belli.*
3 *Dux belli debet ſpolia hoſtilia diuidere pro virtute militum.*
4 *Prę da aliquando abſolutè ſit Capientium.*
5 *Mos ex lege Moſaica diuidendæ prædę hoſtilis.*
6 *Capta ex hoſtibus qualiter diuidantur per legem Moſaicam.*
7 *Decima Prædæ Deo dicata.*
8 *Immobilia ſunt Principis.*
9 *Et dux non poteſt ea donare.*
10 *Milites non debent damno afficere inſontes, & ſi damnum dant prouincialibus in tranſitu,licitè offenduntur.*
11 *Homo captus in bello redigitur ad inſtar rei inanimæ.*
12 *Chriſtiano non licet ſeruum facere captum ex hoſtibus Chriſtianis.*

Additio ad capitulum de quo ſupra capta an capientium fiant. Tit. XVIII.

1 QVOD verò ſupra dictum eſt capta in bello capientium fieri,tam animata quàm inanima; dixit Sali. in l.ab hoſtibus,nu.7.C.de poſtli. re. quòd † hodie Chriſtiani non fiunt ſerui capientium, vbi fortius dixit hoc verum eſſe etiam ſi Imperator ipſe Bellum indixerit, Cuius tamen contrarium dixit Bar. in l.hoſtes,colum.iij.verſi.& ideò puto quòd Ciuitates.ff.de capti. quòd ſequitur Bal.in l.iiii.C.de inge.& ma.dicens quòd tempore ſuo,cùm mòrtuus eſſet in captiuitate Comes Bergaminus de Martiano,& in ea condidiſſet teſtamentum,fuit ſuper eo magna quæſtio , quia protendebatur quòd prius mortuus erat Imperator,

cum quo erat bellum antequam dictus Comes caperetur, Et propterea erat finitum bellum,propter quod fuerat licituni dicto Comiti testari,quòd si fuisset captus ante mortem Imperatoris proculdubio mortuus esset in seruitute, Et non valuisset testamentũ, Presupponit igitur Bal.ibi duo,primum quòd mortuo Imperatore finiatur bellum quod indixerat,alterum quòd captus in eo bello esset seruus,quorum vtrunque habeo pro valde dubio,& dicetur de vtroque aliquid alio loco,hoc eodem tractatu.Idẽ etiã, in casu d.comitis,tenuit idem Bald.in l.j.col.viii.q.xiiij.C.de Sac.Eccle. vbi dicit se ab antiquis Aduocatis audiuisse quòd de hæreditate illius Comitis fuit magna quæstio,Et tenet,quòd fuisset indubitanter seruus capientium si captus fuisset viuo Imperatore, sed dubitatur de validitate testamẽti,cum captus esset eo iam mortuo, & sic, vt præsupponebatur,finito bello,Ad id etiam quod dixi captos in bello ꝙ Cęsar indixit seruos fieri,faciunt ea,quę dixi supra tit. in quos diff.belli exerce, & quę dicam infra titu.an inter Christ.capti fiant ser.in principio.Alcia.tamen in l.hostes ff.de ver.sig.nouam conatus est hęresim inducere,vt neque captiui fiant serui inter Christianos,neque etiam capta fiant capiẽtium, inuehiturque in Theologos aliud dicentes,quos & matęologos vocat,id est vani
2 loquos. Item quod dictum est † capta Capientium fieri,dubitari possetpropter tex.ĩ c.dicat,xxiij.q.v.vbi dicitur quòd sunt Ducis belli,hoc tamen intelligi debet quantum ad tuitionem, quod
3 dixit Glo.in d.c. ius militare, j.dist. † seu verius vt postea diuidat spolia inter milites pro vnius cuiusque virtute,& merito,vt etiam in d.Glo.& habetur nu.31.& Iosue 8.& in c.dicat aliquis, xxiij.q. v.super quo tamen Sali.in d.l.ab hostibus,col.ij.C.de postli. re.di
4 stinguit,Aut †præda facta est in hostico sine vlla dimicatione,& efficirur capientium,Aut cum dimicatione,puta quia pars militum certat,& altera pars est in insidijs vel stat firma in acie vt sit dimicantibus prędidio,aut etiam remansit ad custodiam sarcinarum,& consignatur Duci,qui Diuidet pro merito militum etiam eorum qui non certauerunt,quod etiam est de mente Bal. ibi,vbi dat exẽplum Dauit Regis, vt scribitur Reg.j.capit.xxx.dixit etiam idem Bald.in l.si quis pro redemptione, C.de dona. quòd capta fiunt capientium,consignanda tamen Duci,& per eum diuidenda pro virtute militum, Ita quòd fortiores habeant meliorem partem, & ignaui aut fugientes nihil,Et ratio huius est æquissima.viri enim strenui incumbunt pugnæ & fugandis ac sternendis hostibus,Interim verò ignaui vacant prædę, & spolijs, quòd si omnes vacarent

prædę

prædę,& ſtuderent, lucro,reſtitueretur forte pugna, magno victo
rum damno,Nam ob hanc cauſam victrices acies non raro profli-
gatę fuerunt,& excedit eis è manu certa victoria, Hunc etiam mo
rē ſeruaſſe Romanos oſtendunt Vergilij verſus in ij.

Et iam porticibus vacuis Iunonis Asylo
Cuſtodes lecti phœnix,& dirus Vliſſes
Prædam aſſeruabant,huc vndique Troia gaza
Incenſis erepta adytis,menſæque Deorum.
Crateresque auro ſolidi.Captiuaque veſtis
Congeritur:

Non debent igitur pati Duces hanc iniquitatem , neque hoc pati
5 diſcrimē & periculum veteris † tamen legis iure legitur aliter ſer
6 uatum,† Animalia enim omnia Duci conſignabantur,qui ea diui
debat inter eos qui ad pręlium proceſſerant , & aliam turbam quæ
remanſerat,Dimidium quidem illis,reliquum verò alijs,Inanima
verò capientium erant,Ita habetur Num.c.xxxj. Niſi enim ita in
telligas illum tex.repugnarēt vltima verba Ibi,vnusquisque enim ,,
quod in præda rapuerat ſuum erat, his,quę prius ibi dicuntur. ,,
7 Vnumque obiter hic dicam † quòd eo Iure ſeponebatur ex præda
illa animantium quingenteſima in primitias Deo, ex parte verò
obuenta turbæ , quæ non dimicauerat,ſeponebatur quinquageſi-
ma in decimas ſacerdotum & leuitarum. Quod non ſolum in
eo populo qui verum colebat Deum factum legitur loco ſupra alle
gato,ſed & ij qui Deum ignorabant & colebant idola,Herculi ple
runque vt fortis iuuaret fortes,Decimam captorum vouebant,ali
quādo verò Apollini,vt Camillus cùm cepit Veios,aliquando ipſi
Vulcano:At noſtri Duces quantum humana curent , quantumque
etiam diuina,nimis in cōperto eſt,vidi ego ex manubijs hiſtrioni
centena aureorum dari , At forti militi debilitato etiam in acie,
paucos regales,Ipſi verò Deo aut miniſtris eius,ne obolum quidē
Imò cùm eis bene ageretur ſi in vrbium expugnationem,quas , ēt
militum noſtrorū culpa amiſſas,recuperamus,& expugnamus Deo
ſacriſue eius parceretur : Nimirum igitur ſi malos malè perdit ,ſi
de inimicis vindicat inimicos ſuos,ſed ad particularia procedere
vt eſt in prouerbio,vetat Plato:Materiam etiam qualiter capta in
bello fiant capientium,& intra quod ſpatiū tēporis,& etiam qua-
liter diuidantur,tractat Iaſ.poſt.alios in l.j.in prin.ff.de acquiren.
8 poſſeſ.† At immobilia ſunt Principis, vt l.ſi captiui.§.i.ff.de capti.
& per Bartol. in l. ſi quid in bello , eodem titul. vbi Alexand. in
9 add. dicit quòd †. Dux belli non poteſt ipſa immobilia diſtribue

re:Et hoc facit ad casum qui fuit frequentatus diebus nostris,Gallorum enim Duces ne dum bona eorum qui seruiebant Duci, aut Cæsari,sed & quorumcumq; qui apud eos possiderent,& alibi incolerent,etiam si erant ecclesiastici, etiam claustrales, inuaserunt & publicauerunt,ac suis militibus dono dederunt,si enim pace facta milites illi ad fructuum restitutionem interpellarentur malè defendi possent, cum enim Dux belli ea donare non potuerit, non fecerunt ipsi fructus suos, nisi capitula fœderis & pacis sint adeò latè concepta vt faciant eos tutos. Sed quamuis in hostico liceat militibus prædari,secus † tamen cum per alienas terras exercitus pertransit vadens in hostem, tunc enim non debet damna inferre prouincialibus, prout legitur numeri xx. via Regia gradiemur, neque ad sinistram,neque ad dextram gradientes, donec transierimus terminos suos non ibimus per agros neq; per vineas,& si biberimus aquam tuam dabimus quod iustum est & non erit in pretio difficultas,quod repetitum legitur, ibi.c.xxi. & ex iuris cõsul. hoc dixit Ang. in.l.qui sella.in fi.prin.ff.de ser.rusti.præ. Addens quòd si damna inferant in transitu licet eis resisti, ipsosque offendere. vnum etiam est no. ad materiam captiuorũ quod dixit Bal. in cons.cccIviij.li.ij.quòd † homo qui in bello capitur de persona fit res,& vice cuiusdã Asini vel alterius rei mobilis censetur:Quod etiam eò pertinet vt fiant serui capientium: Quòd in bello quod est à Cęsare indictum tenebant omnes antiqui Doct. vt per Cald. in cons.pri.de treu.& pa.col.iij.ver.& dicit Inn.quod tamen Sali. in d.l.ab hostibus dicit hodie non esse in vsu,† sed loco captiuitatis & seruitutis imponi taleã capto,quę opi.hodie inualuit, & probatur in tex.l.si quis ingenuam.ff.de capti.in.§. fi. quod infra dicam latius. Quærit Sozi.in.l.j.in prin.col.j.vers.Item prędicta, an liceat captiuum facere hostem in tertio territorio inuentum, videlicet extra territorium ipsorum belligerantium, & arguit ad partes,tandemq; concludit non licere,allegat Ang.in sua disputatione quæ incipit renouata guerra,& iura in.l.denunciamus, &.l. præsenti.C.de his qui ad Eccle.confu. facit quod dixit Bar. in.l. si cui.§.vltimo,ver.ij.quæro.ff.de accusa.quòd captus in alieno territorio, etiam per familiam extranei Iudicis, non est iure captus. Et potest repeti,quod dictum ref.& sequitur Pano.in.c.inter alia, col.viij.extra de immu.eccle. In contrariũ facit quod dicitur bannitum qui ex forma statutorum potest impune occidi posse occidi etiam extra territorium statuentium, vt per Bal. in.l. cunctos populos.C. de sum. Tri.in.vij.col. vers.sed hic quæritur si bannitus.

tus.Nam in Aretino occidente bannitum Aretinum in territorio Florentino dixit Bal. esse quidem liberum & tutum territorium Florentinum respectu Florentinorum,sed non respectu Aretinorum , & inimicorum à quibus est diffidatus , & sic mens Bal. est vt quo ad ipsas partes licuerit,licet non quo ad Florentinos, quorum posset propterea Iudex homicidam illum, si in eius manum deueniat ,punire,quod etiam dixit Feli.in.c.quę in ecclesiarum,col.iij. ver.octauus casus,de consti.Bal.etiam idem voluit in.l.ij.ver.quid ergo si Iudex,C .de ser.fug.dixit enim ibi quòd valet processus agitatus contra eum qui fuit captus in alieno territorio,& pariter valet executio:potest tamen,inquit,iudex territorii,in quo facta est captura,suam prosequi iniuriam,Ad idem facit quod dicitur vbi cunque sit Dux cum exercitu ibi eum habere territorium Bart. in l.pupillus.§.territorium. ff. de verbor. significatio. vnde , & dixit Bald.in l.præses,la.ij.versicu.quęrunt Doc. vtrum Dux exercitus, ff.de offi.præsi.quòd potest Dux, qui est in alieno territorio sontem punire . Quibus tamen non obstantibus tutius puto tenere cum Angel.& Sozi.quòd non liceat , illud enim de bannito est quid facti , inter priuatos concessum , & prohibitum , pro locorum varietate , nos loquimur de concesis iuregentium & belli,& vbi sunt distinctę iurisdictiones,& territoria,non est æquum pati Ducem exercitus violari, aut turbari quietem alieni territorii,cum quo bellum non vigeat . Quòd si non valent capi hostes in alieno territorio cogita quomodo capi possint miseri prouinciales dum depopulantur vrbes,in ecclesiis,quę nō minus sunt alieni territorii quàm loca extranea , prout videmus de eis in hac eadem quæstione,arguere Sozi.in d. l.j.dum allegat d.ll. pen.& vlt. C.de his qui ad eccle.confu.Quidquid tamen ius dictet, militaris rapacitas , & barbara impietas parum has curat immunitates , atque vtinam abstineretur ipsis personis,& vasis sacris:Confirmantur supradicta ex his quę voluit Io.de Imo.in consi.lj.quod incipit in casu præmisso, quòd etiam cum Bellum est licitum non tamen potest exerceri in alienos subditos à casu repertos in territorio hostili,qui tamen nihil se intromittant in rebus bellicis , Neque poterit hostis captus duci ad loca capientium pertranseundo territorium tertium,quia illud debet esse omnino tutum ,etiam per transitum Ita Imo.ibi.

HIC INCIPIT TERTIA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Postliminium est de iure gentium.*
2 *Postliminium quid.*
3 *Postliminium quibus competat.*
4 *Deditis non competit postliminium.*
5 *Liber magis peccat quàm seruus.*
6 *Præscriptio nulla currit contra ius postliminij.*
7 *Arma non habent postliminium.*
8 *Postliminium pacis & belli.*
9 *Intellectus ad l. in bello, in prin. ff. de capti.*
10 *Intellectus ad l. postliminij. §. in pace, & l. in bello. §. in pace, ff. de cap. & postli. reuersis.*
11 *Inuentus cùm bellum renouatur, potest captiuari, etiam si venerit cum ad hoc esset pax.*
12 *Capta quando hostium fiant, & quando in priorem statum reuertantur.*
13 *Bona recuperata ex hostibus, quando sint prioribus dominis restituenda.*
14 *Genitus apud hostes, etiam inter coniugatos, non est legitimus quantum ad leges.*
15 *Neque habet ius postliminij.*
16 *Neque patri hæres esset nisi ei esset per constitutiones subuentum.*
17 *Mortuus apud hostes hæreditatem paternam transmittit, maternam non.*
18 *Filius qui habet patrem apud hostes non potest paterna bona distrahere.*
19 *Aditio hæreditatis stat in pendenti dum quis est apud hostes.*
20 *Idem etiam si sit redemptus, sed nundum redemptori satisfecit.*
21 *Hæres redempti non tenetur pretium redemptori restituere.*
22 *Fideiussor pro talea captiui, si is interim moritur, nõ tenetur ad solutionẽ.*
23 *Venditio rei hostilis non valet.*
24 *Venditio rei occupatæ per hostes valet.*
25 *Tabulæ pupillares quãdo valeãt patre seruo hostiũ effecto, & quid si filio.*
26 *Intellectus ad l. quod si filius, ff. de cap. & postli. re.*
27 *Hostes habent & ipsi postliminium, ẽt in his quæ ex nobis quæsierant.*
28 *Quæsita p̃ hostes & recuperata si iterũ eis q̃rãtur, an ĩ priorẽ statũ ĩcidãt.*

De

De postliminio reuersis. Titulus primus.



VO IVRE bella inducta sunt, † & captiuitates, ac seruitutes, eodem fuerunt introducta & postliminia, vt in d.c.Iusgentium. † Est autem postliminium ius amissæ cum hoste rei recuperandæ, l. postliminium, in prin. ff. de capti. Hoc tamen ius neque ad omnes neque ad omnia bello amissa pertinet, sed his dumtaxat quibus legibus aut moribus est concessum † Et ꝙ ad homines attinet omnibus regulariter competit, seruis æque ac liberis, vt d. l. postliminium, in fin.

4 † Excipiuntur autem qui se hostibus dediderunt, Tantum refert capi per vim, aut per metum dedi; Ita est tex. in l. postliminia. ff. eo. tit. hinc dixit Bal. in l. Adoptionem, col. fi. C. de adop. quòd cauere debent milites ne se dedant quia amittunt Ius postliminij, & est eis valde ignominiosum; Sed hæc ignominia, vt ipse dicit, Vsq; tunc parum curabatur. Excipiuntur secundo transfugæ, vt d. l. postliminium. §. transfugæ. Quod tamen sub limitatur in seruo, ne fu-

5 ga & fraus eius damno sit Domino cum recuperatur, † Eritque melior in hoc conditio domini, quàm patris. Is enim filium perfugam, si recipiatur, in patriam potestatem non recuperat; ratio quæ est, ni fallor, quia in eum animaduertitur quòd liber patriam contempserit, & tantum flagitium ac scelus commiserit; Castrorum namque disciplina, Romanis etiam ipsa patria caritate fuit antiquior, vt dicitur in d. l. postliminium. §. filius; Neque enim tantum scelus committit hoc casu seruus, quantum liberi, qui erit de casibus in quibus grauius punitur nobilis quàm ignobilis, de quo in l. quędam. ff. de pęn. & quod dicit Bal. in l. pen. C. de summa. Tri. quòd quando dignitas auget crimen, grauius peccat nobilis quàm plebeius, quis enim à seruo alios mores exigat quàm seruiles? Exipiuntur etiam quibus ex fœdere licebat ad suos redire, si manere apud hostes maluerint, l. si captiuus, eo. tit. quòd habet rationem, quando neque si ad suos reuertantur hoc ius recuperent, nisi animo remanendi venerint; vnde neque habuit Atil. Regu. ius testandi, aut aliud quippiam, etiam dum Romæ mansit, cum Cartaginē esset reuersurus, vt dicitur in l. in bello. §. manumittendi, & d. l.

postli-

poſtliminij.§. captiuus,ac l. nihil intereſt, d.ti.de capti. Reuertuntur igitur omnes,extra ſupraſcriptos caſus, in eundem ſtatum quo erant cum capti ſunt,vt dicitur in l. mulier, in l. in bello, §.ſi quis capiatur,§.ſi ſtatuliber,§.ſi pignori,& §.ſi deportatum,ac etiã in l. cum duo,§.j.ff.de capti.& C.eo.tit.in multis legibus,neq; minus competit,hoc ius ijs qui per fallatiam aut per gratiam euaſerũt, quàm ijs qui per vim & virtutem bellicã,vt d.l. nihil intereſt.

Agris etiam hoc ius competit, vnde quem agrum hoſtes ceperunt,recuperabit prior dominus ſtatim cum per bellum, aut fœde
6 ra recuperabitur,vt d.l.ſi captiuus,§.j.†Quod verum puto quocunque temporis lapſu non obſtante, etiam ſi longiſsimum vel antiquum,quæ enim actio ad vẽdicandum toto eo tempore competijt domino?aut quæ potuit decurſa eſſe præſcriptio non valenti agere?& eſt de hoc tex. in cap.prima actione.xvj.q.iij.in vltimis verbis.Quomodo autem conſulatur domino poſtquam recuperatum eſt,an per reſciſſoriam,an per in integrum reſtitutionem,not.in l. ſi.ff.ex qui. cau.ma. licet autem varientur modus & ſolennitates, nõ deſinit tamẽ effectus,vt in ea.l.dicit Bal.quæ lex eſt appoſitiſsima quo ad hoc vt ſuccurratur non obſtante temporis lapſu. Et hic caſus poſſet de facili contingere cum Rex prouinciam, aut Regnũ quæſiuit,& donauit ſuis caſtra & terras,vt aliquando Galli fecerũt in Regno Neapolis,& in Ducatu Mediolani, Si amiſerint prouinciam,& iterum,lũgo etiam interuallo,requiſiuerint, poſſent enim illi priores donatarij,& eorũ hęredes iterum redire ad antiqua bona. Datur etiam poſtliminium nauibus, non quibuſcunque, ſed militaribus,vt l.ij.de capti.itẽ & equis,vt ea.l.ſi igitur equus meus perueniat in manus hoſtium,iterumq; ad nos reuertatur,mihi erit reſtituendus.Niſi pretio redemptus fuerit, tunc enim recuperabitur reſtituto redemptori pretio,arg l.mulier,& l.in bello, §.ſi quis ſeruum,de capti.Idem etiam cenſeo in eo equo quem famulus ſubtraxit,& fortè cum eo ad hoſtes tranſiuit,per l.latrones,eo.titu.de cap.ſed vbi in hoſtium poteſtatem tam equus, quàm dominus per deditionem venerint,redeatq; caſu aliquo dominus in libertatem & ſubinde equus ad nos reuertatur, non habebit hoc ius poſtliminij,cum iam dictum erit,illud dediticiis non competere, per d. §.
7 poſtliminio.Arma † verò, quia plerunque ſine flagitio non amittuntur: Itemque militaris veſtis, negantur poſtliminio reuerti ad priores dominos,l.ij.& iij.de capt.Hinc Lacenæ ad filium admonitio,cum ſcutum ei porrigeret,aut cum hoc, aut in hoc. Sciendũ eſt etiam,vt eſt ſeruitus belli,& pacis, quod iam ſupra oſtẽſum eſt,

Ita

8 †Ita est vtriusq; temporis postliminium, Non est tamẽ eorum qui bello capiuntur & eorum qui in pace par aut ęqua conditio, nam bello capti tam in bello quàm in pace habent postliminium, At qui in pace capitur, si bellum posteà inter eas gentes exoriatur, fœderibusque exinde à bello discedant, nõ includent fędera captum illum pacis tempore, nisi tam latè sint concepta vt aliud dicendum
9 sit; Et ratio huius differentiæ habetur † in l. in bello, in princ. ff. de cap. quia spem reuertendi in virtute bellica magis quàm in pace Romani repositam esse voluerunt, Glo. tamen ibi intelligit quòd recuperati in bello semper habent postliminium, neque valent contraria fœdera, sed recuperati in pace possunt hoc ius amittere, ego tamen non intelligo quomodo, priore membro, egeant fœdere, aut qui illud metuant qui iam sunt recuperati; meliusque distinxisset Gloss. inter amissos bello, & amissos pace. Cui tamen displicebit prior meus sensus vtatur suo, vel Gloss. Et quamuis iu-
10 ra † in d. l. postliminij. §. in pace, & in l. in bello. §. in pace, videantur inuicem pugnare, verè tamen nihil contrariãtur, Nam. §. in pace, loquitur in eo qui gentem ignotam adiuit cum qua nulla erat pacis aut amicitiæ fœdera, At in d. §. item qui in pace, apparet quòd cum ea gente iam erat pax facta, Est tamen no. casus ille. §. Item qui in bello, & contingit mihi super eo iudicare, Quidam enim ditionis Gallicæ inducierum tempore venit in Cœsareum præsidium, & cum bellum esset ex insperato exortum, & illum hominem præfectus præsidio feciisset captiuum, & cogeretur per taleam se redimere, respondi eum iure captum, motus per illum
11 textum. Insuper sciendum est † ab hostibus captos non statim in eorum potestatem transire, Idemque in rebus, Sed postquam vt vulgus militum existimat, per viginti quatuor horas in capientium potestate fuerunt, quòd Ang. refert in d. l. ab hostibus. C. de postli. re. vbi dicit quòd sodales dicunt quòd præda nũquam perfectè facta est sua nisi in eorum manu pernoctauerit, Iura tamẽ hoc non dicunt, Neque hoc videtur mihi rationabile, cũ fieri possint vt minoris temporis spatio prædę dominium nanciscantur, itẽ & vt longe maiori illud non acquirant. Quid enim si vel triduò in syluis latitent non valentes ad suos reuerti? aut quid si intra horam se cũ præda intra sua præsidia reduxerint, an priore casu dicerentur effecti domini, aut posteriore non statim dicentur? rationabilius est igitur quòd lex statuit, vt præda sit eorum effecta cũ primũ sunt intra suas munitiones reducti, vt d. l. postliminij, in prin. Et hoc põt in his quæ postliminiũ non habent magni esse momẽti.

12 † Quid enim ſi hoſtes, meos boues capiant, ſtatimque intra ſua præſidia perducant, poſtque paulo, curatis & refectis equis, ante horas illas viginti quatuor, aliò ituri diſcedant, Et in noſtrorum manum incidant qui eis boues eripiant? certè erunt recuperantium, neque mihi reddentur, cum mei eſſe deſiiſſent: Hoſtium effecti ſtatim cum ingreſsi ſunt eorum pręſidia: Aut quid ſi vel quatriduo hoſtes, meos boues, in ſyluis vel alibi latitantes, retinuerunt, cum timerent reuerti ad ſuos, & interim capiantur à noſtris? mei erunt boues, quando nundum in nouorum hominum dominium tranſiuerant, quam materiam Iaſ. poſt alios tractat in l. j. in princ. col. iij. ff. de acqui. poſ. licet, aliter quàm ego hic diffiniat, Et etiã Ripa ibi in ij. col. qui facit aliàm diſtinctionem, videlicet an recuperetur à ſtipendiarijs militibus an à voluntarijs, quæ diſtinctio iure non probatur, & errat etiam ipſe in intellectu l. ab hoſtibus. C. de poſtli. re. & l. ſi captiuus. §. expulſis. ff. eo. non animaduertens quòd illis iuribus fit reſtitutio propter ius poſtliminij, & diſtinctio ſua deſtipendiarijs vel non, fuit Calde. in d. conſi. j. de treu. & pa. col. iij. verſi. aut talis capiens. Sicut verò capti, ſtatim cum intra capientium clauſtra ſunt perducti, tranſeunt in poteſtatem capientium, & ita & cum eorum manus effugiunt non ſtatim ſui iuris fiunt neque priſtinum in ſtatum reuertuntur, ſed cum & ipſi intra noſtra præſidia ſunt reuerſi, aut ſaltem ad Regem vel gentem nobis fœderatam atque amicam peruenerint, vt d. l. poſtliminij, in prin. & d. l. poſtliminium. §. poſtliminio. Cuius dicti ratio, dicitur in l. Pomponius, in prin. ff. de acquir. rer. do. Ad id tamen quòd dixi bona quæ nundum tranſierint in dominium Capiẽtium reſtituui debere dominis quorum erant ante capturã, obſtat quòd dixit Io. An. relatus ab Alex. in l. j. in prin. ff. de acqui. poſ. quòd imò debent indiſtincte eis reſtitui, & allegant iura in d. l. Pomponius, & in l. ab hoſtibus. la. ij. C. de poſtli. re, Et conferunt exempla non pauca ex annalibus, vbi capta per hoſtes, & per multos dies etiam retenta, ac etiam intra præſidia ducta, reſtituta ſunt tamen antiquis dominis, ſic Lucræ. Tricipitinus prædam quam Volſci, atque equi in Romanorum agro & in Hernico eis fœderato fecerant, in campo Martio expoſuit, & quòd quiſque ſuum intra triduum cognouit reſtitui iuſsit, vt per Liui. lib. iii. ſic & Au. Poſthumius Dictator Latinis atque Hernicis prędam per eoſdem Volſcos multis ante diebus ablatam, & intra eorum clauſtra reductam, vt per Liuium lib. iiij. ſic Aure. Poſthumius & L. Iulius, biduo dato ad agnoſcenda bona per Tarquinienſes capta reſtituerunt, vt habetur li-

bro

bro eiuſdem v.ſic & Volumnius per Sãnites capta, vocatis per edi
ctum dominis,die data ad res agnoſcendas Campanis Romanorũ
locijs, vt habetur lib.x.Imò & bello. Punico, ij. Gracus Proconſul
triginta diebus datis ad res agnoſcendas,prædam & ipſe voluit re
ſtitui, vt habetur lib. iij.terciæ Dec. eiuſdem operis. Sed quod
obiicitur de l. Pomponius, apparet capta fuiſſe ſtatim recepta,d.
verò lex ab hoſtibus, loquitur in homine,qui habet poſt quodcun
que tempus poſtliminium,exempla autem illa ius non conſtituũt.
poſtquã iure aliter cautum reperitur, Et quamuis Marti.de Laude
in d.trac.de bello q.vii.dicat indiſtinctè quòd ablata ſunt priori-
bus dominis reſtituenda, nimis perfunctoriè loquitur, Et repu-
gnant d.Iura,ſecundum quæ omnino res debet diſtingui, & deci-
di. Quamuis autem in bellis quæ inter Chriſtianos ſępè nimium
geruntur raro poſsint eſſe in vſu,extra ſupradictos caſus, iura poſt
liminij,maxime ea quę de homine ſunt conſcripta,poſſunt tamen
eſſe in his quæ cum Turcis & Mauris geruntur, Cum quibus anti-
quum iuſgentium ſeruatur, vnde & multi poſſunt caſus continge-
13 re in quibus ad hæc poſtliminii iura recurri opportebit, † Quid
enim ſi duo coniuges ex Pannonia, quam Vngariam dicunt, ca-
ptiui ſint in Traciam ducti,& ibi captiua ex marito filium habeat
qui & in patriam,bono euentu, reuertatur,an non ad hæc iura re-
curremus, & diſtinguemus an cum patre reuertatur, an cum ſo-
la matre, vt primo quidem caſu patri agnaſcatur,ideoque ei poſ-
ſit eſſe hæres,ſecũdo verò caſu nequaquã, ſed matris tãtum condi-
14 tionem ſequatur, † Idque ea ratione, quia cum ex propria qui-
dem perſona ſua poſtliminium non habeat,cum ſit ad priorem ſta
tum reuerſio, quem hic nunquam habuit, neque patris vllum ſit
poſtliminium quod ei poſsit filium reſtituere, nullum neque acti-
15 uum, neque paſsium, neque ex paterna,† neque ex propria perſo-
na poteſt habere poſtliminium,qui eſt caſus vnicus in l.j.C.de po
ſtli.re.Imò hunc filium vocat Iuriſcon.ſpurium & ſine patre in l.di
uus.ff.de capti.vnico exemplo,vt ſit ſpurius ex legitimis coniugi-
16 bus natus,† Non erit igitur huic naturali patri hæres,tantum ob-
ſtant ei ciuilia iura,& ſunt fortiora hoc caſu quàm naturalia.Niſi
ei per Principem extra ordinem ſubueniatur,exemplo Prætoris
emancipato ſubuenientis,vel niſi dicamus ei iam prouiſum ex re-
ſcripto Di.Antonini,& Di.patris eius,de quo ĩ l.apud hoſtes.ff.de
capt.Aut quid ſi captiua mater filiũ relinquat in ciuitate qui ante
eã naturaliter moriatur, an non matri erit hæres is qui erit gradu
proximus cum ea moritur, non autem filius vel hæres eius? quòd

ſtatuitur in l.nec nos.C.de poſtli.re.Cui eſt cõſimilis caſus,de quó in l.ſi quidem,C.ſol.ma.vbi dicitur.quòd ſi vxor ducta eſt captiua non tenetur maritus ante naturalem eius mortem dotem reſtituere.Neque valde eſt abſimilis alius caſus de quo in l.iij.C.de poſtli. re. dum huiuſmodi captiuorum bonis, fictè quidem mortuorum verè tamen & naturaliter adhuc viuentium, iubetur de curatore
17 prouideri. Et quod dixi ſuprà non † tranſmittere filium maternam hæreditatem ad hæredem quamuis ſi apud hoſtes moriatur, ipſa præambula hora captiuitatis mortua fingatur, nihil mirandum eſt, tum quia ipſa naturalis mors in hoc attenditur, tum & quia eam etiam in fortiore caſu non tranſmitteret etiam ſi verè mortua eſſet cum ipſe moritur, ſi tamen ipſe de eius morte nõ erat certus,vt d. l. nec nos. Quod tamen ſecus eſt in patre, nam ſi is ſit apud hoſtes,& filius quem in ciuitate reliquit,cum moritur ignorat patrem vita functum,tranſmittet tamen hæreditatem ipſius ad hæredem,ſi verè mortuus erat,quod operatur ius ſuitatis,vt habetur in l.apud hoſtes.C. de ſuis & leg. quæ non poteſt aliter concordari cum dicta l.nec nos,vt no.ſcrib.omnes in l. qui ſe patris,C.vn de lib.Fatentur tamen quòd etiam ſuus hæres ante habitam noticiam paternæ mortis,non habet plenam adminiſtrationem, vnde neque valebunt contractus quos geſsit de paternis bonis, quod dixit Bal.eſſe notatu dignum in d.l.apud hoſtes,ver.ſed opponitur, & verſ.& ideò contigit. Et ſicut ſtat in pendẽti,ſupradicto caſu,
18 † hæreditatis aditio,& immixtio,ſic ſtabit, Et ipſa bonorum poſſeſsio quæ emancipatis dabatur,vt in l.j.§.ſi ex tribus.ff.de bo.poſ. ſec.tab. Et propterea ſi patronus erat apud hoſtes, & libertus in ciuitate moritur, patroni filius qui et ipſe eſt in ciuitate, non habebit bonorum eius poſſeſsionem,vt dicitur in l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bo.lib.quod & dixit Gl. in l. propter ſpem.ff.fam.erciſ.
19 & non † ſolum capti ſtat hæreditas in ſuſpenſo,ſed quod eſt mirabile, etiam redempti & ad ſuos reuerſi,ſi is nundum redemptori ſuo ſatisfecit,vt in l.j.§.ſi filius.ff.de ſuis & legi. Vnum etiam eſt
20 no.dignum † circa hunc redemptum,vt ſi interim, & ante reſtitutum pretium,moriatur,liberetur morte ab ipſo redemptore,vt neque eius hæres teneatur,tex.eſt not. in l. ſi patre,in fi. ff. de poſtli.
21 re. Quod etiam † hodie poſſet vſu contingere, vt in captiuo qui fecit taleam, & dedit fideiuſſorem de ea ſoluenda ad certam diem ſi interim moriatur,non teneatur hæres,neque fideiuſſor, per d. l.
22 quod non eſt obliuiſcendum. Conferre etiam † poteſt hodie poſt liminium ſi quæratur an quis poſsit rem ſuam, prędium fortè vr-

banum

banum aut rusticum,nunc ab hostibus occupatum, vendere, & an
teneat venditio,& posset videri quòd non posit,propter tex. in l.
23 liber homo la.j.ff.de ver.ob.vbi dicitur† quòd res quæ sunt hostiũ
non sunt in comertio,nostro, Contrarium tamen est verius, quia
valet cõtractus,propter spem postliminij,vt l.Item labeo.§.fi. cùm
24 l seq. ff.fam. er. & in l.id quòd apud. ff. de leg. j. † Hinc apud Li-
uium legitur quòd cum Hanibal. ad quartum lapidem Romam
accessisset,& tanti venditum esse agrum audisset in quo castra ha.
bebat quanti ante aductum eius valebat, ira percitus vocato præ-
cone, tabernas argentarias quæ in foro Romanorum erant ven-
di iussit,vt est ibi lib. v. tertiæ Dec. & agri quidem venditio va-
luit,per d.l.Item labeo,& propter spem postliminii, non autem ta
bernarum, quia erant hostium proprię,& cessabat ratio dictè spei
Confert & postliminium ad pupillares tabulas, si pater post eas
confectas capiatur, & apud hostes moriatur, qui casus in alios
multos subdiuiditur, Aliquando enim pater apud hostes mori-
tur, & filius Impubes in Ciuitate, ac superstes patri, & sustinen-
tur tabulæ ipsæ,vt l.pater,in princi.ff.de capt. & l. lex Cornelia,in
princip.ff.de vulg.sub. Aut filius non fuit patri naturaliter super-
stes, & corruunt tabulæ,l.quòd si filius,de capti. Aliquando ve
rò è contrà filius ipse capitur,& pater in Ciuitate moritur, & di-
stingue,quia aut filius viuo patre fuit captus, & intereunt tabulæ,
quia præãbula Captiuitatis hora vt dixi,fingitur mortuus,& quia
nulla bona in ciuitate reliquit,& consequenter neque hæredem,
Aut captus fuit patre iam mortuo,& sustinentur tabulæ, vt d.l.lex
Cornelia.§.j.Quod an sit mero iure an prætoris æquitate,disputãt
Doc.in d.l.pater,& in Glo.ibi,in ver.testamento,de capti.& in d.
l.lex Cornelia. Aliquando verò vterque capitur tam pater quàm
filius,primò tamen pater, & mox filius, tunc si vterque ibi mori-
tur pereunt tabulæ,quod tamen mirum potest videri, cum vterq;
præambula hora captiuitatis mori fingatur,vnde pater primò ca-
ptus,primò mori fingitur,& maximè si etiam verè, & naturaliter
primò decesserit,vnde sustinendæ videntur pupillares tabulæ, sed
Glo.in d.l.lex Cornelia,in ver.ex ea.l. in fi.soluit hoc obiectum,di
cens quòd ad hoc vt tabulæ illæ sustineantur cum filius capitur
mortuo patre,debet intelligi de naturali morte,nõ de ficta: quia li
cet fingatur mortuus,potest tamẽ reuerti,vt ét dicit Gl.in d.l.si pa
ter,in Glo.vlt.ff.de vulg.vbi est casus de hoc,quæ Glo. dicit quòd
licet filij status qui est in ciuitatem sit interim liber,est tamẽ in su
spenso,pp dictam spẽ paternæ reuersionis,de quo est bonus tex.in

l.bona

l.bona §.quod si filius,ff.de capti.vnde cum eum mori verè & naturaliter contingit,quod tempus necessariò inspicitur,cunque tunc non reperiatur filius paternæ successionis capax,nimirum si paternum testamentum deficit,deficiuntque,& cõsequenter ipsę secun-
26 dæ tabulæ, vt Inst.de pu.sub.§.liberis. † Hoc tamen videtur contra tex.in l.quod si filius,in fi.ff.de capti.Nisi intelligas sufficere legem Corneliam substituto nõ aliter,id est,ita demum,si apud hostes patre mortuo filius in ciuitate reuersus moriatur,quo casu verba illa,non aliter,non stabunt exemplificatiuè, sed illatiuè, quod tamen Doct.non tangunt. Sed & conferunt iura ista postliminij in casu de quo in d.l.in bello,§.codicilli, vt sustineantur codicilli captiui qui testamentum fecerat, priusquàm hostium potiretur, si tamen ad suos reuertatur:Item & ad casum cum captiuus qui prius testamentum fecerat,filiumque postea susceperat qui & prædecesserat apud hostes moritur,tunc enim hæres scriptus in testamento illo non admittetur, sed erit nullum testamentum propter superuenientiam filij,quamuis postea mortui, licet si in ciuitate pater mortuus esset,reconualuisset ex æquitate testamentum ipsum, ita est tex.in d.l.bona,§.fi.de capti.& in l.qui vxorem, ff.de iniu.rup.
27 iuncta l.posthumus,illo eo.ti. Et vt†modum imponam huic sermoni,de postliminio,illud sciendum est,quòd vt nobis in recuperatis ex hostibus hoc ius competit, ita & vicissim competit eis in his quæ recuperant à nobis,quo enim iure fiunt nostra quæ ex hostibus acquirimus,eodem etiã fiunt eorum quæ ex nostris capiunt. quod Areti.dixit in l.qui à latronibus,col.ij.in fi.ff. de testa.vbi al legat Host.& Anchar.quod etiam dixit Alb. in l.cunctos populos,
28 col.vj.ver.ex prædictis satis patet,C.de sum.Tri. † Ne dum igitur recuperabit hostis agrum suum, aut rem aliam nobiscum bello amissam, sed & si quid ex nostris quæsiuerat,si illud nos recuperauerimus,atque exinde ad eos reuertatur; habetque hoc manifestã rationem,cum enim illud hostis iure belli, nihilo secus esset effectum,quàm si ex contractu quæsijsset,l.naturalem,in fi. cum l.seq. de acqui.re.do.& d.§.item in bello capta, illud recuperat propter postliminium sicut & nos.Hoc tamẽ fallit,nisi cum finitum est bellum,inter pacis fœdera,cautum sit,vt captiui reddãtur, tunc enim remanet vsq; adeò liberi vt renouato bello, si iterũ ij captiui fiant, non reincidant in manum prioris domini,neque in priorem illam captiuitatem,& seruitutem,sed fiant capientis, vt est text. vnicus in l.si quid in bello,in fi.ff.de capt. & postli.re. Hincque mihi inferendum videtur, vt si ex fędere, puta quòd Galli cum Hispanis,

& Cæ-

& Cæsare contraxerunt anno 1544. quod nomen habuit pacis, pa ctum est, vt exulibus, & rebellibus restituantur bona, si exinde renouetur bellum, prout contigit anno septimo post dictam pacem, certè rebellio illa antiqua nihil nocebit, neque eo prætextu bona illa per fiscum, aut eos quibus erant donata vendicabuntur.

Dico etiam quòd si quid medio illo tempore inter pacem, & vltimum bellum rebelles illi (ita eos impropriè libet nuncupare) neque enim sunt vltra rebelles, quibus parcitum est, etiam si domum non sint reuersi, si inquam medio illo tempore aliquid quæsierunt, puta, quia vni ex eis mortua est vxor, cuius dos ex forma statutorum cedit viro, quæsita sunt ei irreuocabiliter, neq; enim dici potest non gaudere beneficio statutorum suę patrię, eum qui plenam est adeptus sui reatus remissionem, ita vt si nouam committat rebellionem, ex noua causa fisco diferantur, non autē agnatis defunctæ vxoris, De quo vidi Mediolani disceptari contra Bernardum de Comite. ita est text. in dicta l. si quid in bello, in fine.

Secus tamen dicerem, si idē casus cōtigisset in fędere icto anno 1555. quod nomen habuit induciarum quinquennalium, licet paulò plus quinquemestri durauerint, Ex isto enim fędere solus bonorum fructus, & perceptio fuit exulibus concessa, suspensio etenim hęc magis fuit quàm abolitio reatus, & restitutio, nimirum si finita suspensione, reincidimus in priorem statum. Bal. in consi. xcvj. proponitur quòd consuetudo ciuitatis Ast. lib. iij. tractat materiam, an is qui rebellat à sua ciuitate perdat eius priuilegia, & dicit esse inspiciendum an esset rebellis eo instanti quo mortua est vxor, vt sciamus an gaudeat eius successione, & lucro dotis beneficio statuti, vide ibi latius.

✻

HIC INCIPIT QVARTA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Christiani capti à Christianis hostibus, an serui fiant.*
2 *Capti in bello per Papam, vel Imperatorem indicto fiunt serui capientium, fallit de consuetudine.*
3 *Christiani sunt inuicem fratres.*

An inter Christianos capti in bello serui fiant.

Titulus primus.

1 

ERVM vt & nos ceu postliminio ad ceptam reuertamur captiuitatum materiam, quod dixi supra parum ad bella quæ inter Christianos fiunt pertinere hæc iura postliminij, hoc eò spectat, vt videamus, † an capti inter eos fiant serui capientium, vbi enim serui fierent pertinentissima adhuc essent iura ista, & vt iam supra dixi seruos eos fieri dixit Inn. in d.c. sicut, de iureiur. & Bar. in d.l. qui à latronibus, de testa. & apertius in d.l. hostes, col. vlt. versi. tertiò modo. Vterq; tamen intelligit in bello indicto à Cæsare vel Papa, quod est etiã de mente Bal. in d.l. cum cognatum, C. de inge. & Io. An. in Spe. de instr. edi. §. compendiosè, versi. xv. vbi ponit quæstionem de Henrico filio Federici Imperatoris, capto à Bononiensibus, qui apud eos testatus, & mortuus est, & dicit illud testamentum fuisse inua-

lidum

lidum,prout etiam ref. Are.in d.l.qui à latronibus,col.ij.vbi tamẽ dicit ſtandum eſſe conſuetudini,& facit quod dixit Bal.in d.conſ. ccclviij.li.ij.quòd tales captiui ſunt ad inſtar pecudis, vel alterius rei mobilis,quia de perſona fit res,quod etiã tenuit Cal.in d.conſ.
2 j.de treu.& pa.in iij.col.verſi.& dicit Inno. †Sed contrarium,etiã in bello à Cæſare indicto,voluit Sal.in d.l.ab hoſtibus,& eſt de mẽ te Bart.in d.l.hoſtes,in vlt. verbis, & hic mos prævaluit , vidimus enim ſæpiſsimè huiuſmodi captiuos remanere liberos, imponi tamen eis iugum redemptionis , quanti poſſunt , aut quanti conuenit,& interim ſunt apud capiẽtes iure pignoris,arg.l.ij. C.de poſtli.re.& l.cum & poſtliminij,l.præſes,& l.fi.illo eo.tit.quod etiam tenuit Are.in d.i.qui à latronibus,de teſta.Et ſi nolunt ſe redimere,poſſunt ad hoc compelli,quòd faciunt milites etiam per tormẽta, quod dixit Salyce.in l.ab hoſtibus,C. de poſtlimi. reuer.

Neque hoc caſu iuuabitur captiuus edicto de eo, quod metus cauſa,vt per Sal.ibi col.pen.vbi dicit,quòd edictum illud nõ procedit in actu bellico,& publicæ guerræ , & aliter dicere eſſet bella in infinitum proferre,& eorum cauſas nunquam ſubmouere.Hinc etiam dixit Alb.in l.qui in carcerem,ff.de eo quod met.cau.quòd iuſtè carceratus,licitè cõtrahit cum carcerante , Dixit etiam Bal. in rub.C.de dediti.lib.tol.quòd iſte metus eſt de natura victoriæ, ideoq; eſt licitum illud inferre, ſed & quod dixi prævaluiſſe hunc morem, defendi poſſet eſſe etiam ex iure , lex enim , ſi quis ingenuam,§.fi.ff. de capt.dicit quòd in ciuilibus diſſenſionibus qui eſt alterutrius partis non eſt hoſtis loco , ideòque neq; captiuus effici
3 tur,neque poſtliminio eget , † non ſunt enim minus Chriſtiani , quàm Romani inuicem,& conciues,& fratres,quod comprobatur auctoritate ſacrarum literarum, Paralip.ij.cap.xxviij. Cum enim Iſraelitæ captiuorum magnum numerum traherent de Hieruſalem,occurrit eis Propheta valde increpans captiuitatem illã , Iuſſitque omnes dimitti,quia magnus (vt dixit) furor Domini eis imminebat,vt ſunt igitur fratres, & non hoſtes , etiam ſi diſsideant, non efficiuntur ſerui capientium. vide tamen quod dixi ſupra tit. in quos diffid.belli exer.& tit.add.ad cap.capta an cap.fiant.nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Commilitones an captiuos ſibi inuicem rapere poſſint.*
2 *Et quid de reliqua præda hoſtili.*
3 *Rapiens à Commilitone prædam tenetur,etiam ſi poſſidere deſierit.*

Quid agendum victoribus de captiuo contendentibus.
Titulus secundus.



ED VT tandem ad ipsam bellicam materiam reuertamur,cum iam dictum sit captiuos non transire in capientium dominium donec sint intra eorum præsidia perducti,quęritur an † liceat interim commilitoni per vim eripere hunc captiuum de manu capientis, quod sępè vsu venit † tam in acie quàm in dirreptione vrbium,digladiantur enim inter se milites de pręda,& captiuis, eosque sibi inuicem extorquent,† Ego quamuis dixerim non transire capta in potestatem capientiun donec loco tuto ea traxerint:non ideò tamen censeo licere suis de eis cõ trouersiam mouere,facit in argumen. l. naturalem. §.j, de acquiren. rerum domi. Institu.de rerum diuisio.§. illud quæsitum, Imò dici potest raptorem huiusmodi, furti obligari, aut de vi.publica,vt in d.l.Pomponius.§.fina.& l.in laqueum,in fin.de acquiren. rerum domi. Imò & hoc erit vitium reale afficiens eum ad quem res ipsa transierit, vt l.iij.§. his qui nescit. ff. de lib. ho. exhi. Ibi, si certioratus retinet dolo malo non caret, tenebitur etiam si eum non retineat, sed dimiserit, vt l. Iulianus in prin.ff.de rei vendi.Et nedum tenebitur si dolo desierit possidere, imò etiam si Ducis iussu, si tamen aliquid ad eum peruenit, l. Item si verberatum.§.j. de rei vend.& si mala fide dimisit tenebitur etiam insolidum & quanti interest, vt per Gloss. ibi & Doctor. vide quęstio.istam latius tractatam infra titu. Captiui an possint iterum capi per discursum.

1
2
3
,,
,,

SVMMARIVM.

1 *Captiuus cedi an possit vel vendi alteri.*
2 *Taleæ ius in captiuum,an cedi alteri possit.*
3 *Cessionarius an possit taleam cessam suo arbitrio imponere.*
4 *Cedere quilibet potest iura sua.*
5 *Arbitrium an cedi possit,& nu.7.*
6 *Talea hodie successit loco seruitutis.*

An captiui cędi aut vendi poſsint. Tit. III.

1 QVAERITVR & de quæſtione alia,† Incidunt ſępè in cõ flictu in manus gregariorum militum nobiliſsimi captiui ex hoſtibus, qui eos vendunt vt poſſunt, vel vt conuenit,emptores verò exigunt poſteà à captiuis illis immenſum redẽptionis pretium,etiam ad multa millia ſcutorum,quamuis paucis
2 centenis emerint,quæritur an hic contractus ſit permiſſus, † Et an liceat maiorem taleam exigere à captiuo quàm ſit pretium quo ve
3 nijt?† Et quòd non liceat neque valeat contractus allegabatur tex. in l.j. ſecundum vnum intellectum.C. de epiſco.au. vbi etiam Gl. & videtur tex.planior,in l.poſtliminium.§.ſi is qui emerat, ff. de capti.vbi dicitur quòd nõ licet plus à redempto extorquere quàm ſit pretium quod impenſum eſt in redemptionem eius, quod proſing.allegat Fran. Cremen. ſing. ſuo clxvj. qui tamen allegat not. d.§.is qui emerat,ſed d.l.j.& l.vlt.C.de poſtli.re.quod etiam tetigit Fely.in c.ſignificauit,iij.no.de iudi.quod ſuadetur tertio quia liberum corpus non eſt in commertio,l.liberi hominis.ff. de contrahen.emp.l.liber homo,la.j.ff.de ver.ob.Cum igitur, hi non fiãt ſerui,vt iã dixi, ſequitur eos non eſſe promercales,facit.& quarto, ratio,Nam capiens iã declarauit ſe contentum illo pretio quod accepit,non poteſt igitur hic captiuus ad inſtar ſtatuliberi, in durio rem cauſam obligari,vel diſtrahi.l. ſtatuliberis,C.de teſta. manu. l.ſtatuliberum,in prĩn.l.ſtatuliberi à cęteris,& l.generaliter. §.la-
4 tius.ff. de fideico.lib. † In contrarium facit quòd vnicuique licet ius ſuum vendere ſeu qualitercunque cedere,poterat autem cedẽs pro ſuo arbitrio taleam imponere,hoc eſt enim ius belli,quod ſuccesſit loco ſeruitutis,Idem ergo poterit, & ceſsionarius, quando,
5 † & ius arbitrandi cedi poteſt,vt voluit Bal.C.de fideicom.l.voluntatis,col.fi.ver.pone teſtator,& in l.fin.in v.q.vbi etiam Sali.C.de cont.emp.Et quamuis Alex.poſt Imo. in l.ſi ſic, ff. de leg. j.dubitet de hoc dicto Bal.non audet tamen ab eo recedere,Quod fortius in caſu iſto videtur dicendum quando arbitrium ipſum non eſt abſolutè conceſſum cedenti:quia ſi iniquè arbitretur,& immoderatam exigat taleam,moderabitur per Ducem belli, quod dixit Sal.in d.
6 l.ab hoſtibus,C.de poſtli.re.Idem igitur fiet cum ceſsionario.† Cõcurrit quia talea,vt dictum eſt,ſuccedit loco ſeruitutis, debet igitur ſubrogatum eſſe eiuſdem facultatis & iuris,ſerui autẽ illi pro-
7 culdubio erant in commertio,† Dubium tamen in hoc verſatur an

iſtud arbitrium ſit ceſsibile,& Bar. dixit non eſſe,in l.ſi ſtipulatus fuerim illud,aut illud,de ver.ob.allegat iura,in d.l. generaliter,& d.l.is qui,de fideicom.lib.Alcia. tenet in ter. priorem partem in l.pacta,quæ contra,car. j.C.de pac. dicens quòd huiuſmodi mangonium non multum diſtat à plagio,& eſt contra bonos mores,tractat hanc eandem quæſtionem Ripa in l.obligatione generali, nu. 18.de pigno.& dicit ius cedi poſſe,fieri tamen debere ſine captiui pręiudicio,vnde non poterit,inquit,augeri talea facta cum cedente, Neque in plus grauari poteſt quàm fuiſſet à cedente grauatus, quia talea debet eſſe humana, hæc ille. Ego tamen vidi magnos viros in Caſtris non abſtinentes hoc contractu,& maximas taleas cõſequutos,etiam ad quinquaginta ſcutorum milia, cũ captiuus vix quingentis aut mille venijſſet,Et propterea dubito quòd difficillimum eſſet ſuccurrere captiuo quin ſtaretur vſui caſtrorum, licet ęquiorem & iuſtiorem credam priorem contrariam partem.

SVMMARIVM.

1 *Talea ſemel Impoſita non poteſt augeri.*

An talea poſsit augeri. Titulus IIII.

1 QVAERITVR etiam† an liceat taleam immutare atque augere poſtquã ſemel ſuper ea pactum & conuẽtum eſt,cum captiuo,forte quia melius innotuit eius qualitas aut nobilitas.& diuitię,& Gui. pa. deciſ.cxiij.in facto guerrarum,dicit quòd in illa curia iudicatum fuit non licere,quæ opi. habet ęquitatem, ſibi enim imputet qui melius non inueſtigauit,male tamẽ hoc ſeruatur in facto, propter corruptam militarem diſciplinam rationes verò vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Proninciales an licitè dimicent cum militibus hoſtibus.*
2 *Ruſtici in milites atrociſs.*
3 *Miles eſſe non potes qui eſt iuramento ſolutus.*
4 *Vim vi repellere licet.*
5 *Vltio non eſt permiſſa.*
6 *Militia ſoluti non debent pugnare.*

7 *Iuſtitia in iuſtorum.*
8 *Prouinciales iuſſu Ducis licitè pugnant.*
9 *Iniuſſi rei ſunt ſanguinis effuſi.*

An liceat Prouincialibus cum hoſtibus dimicare.

Titulus quintus.



1 XORITVR etiã ex ſupradictis aliàs nó vulg. quęſ. Dictum†† eſt enim licere militibus prędari etiam
2 ipſos Prouinciales hoſtium, nũquid viciſsim liceat ipſis prouĩcialibus facere captiuos milites, Et vt eſt in prouerbio par pari referre? Quod non raro contingit,† Incidunt enim ſępè milites, dũ eunt pręda tum, in manus ruſticorum, qui ſunt quandoque in eos atrociſsimi,
3 Et eſt in argumentum Ciceronis auctoritas, † refert enim in offi-cijs, quòd dum Pompilius legionem vnam certis de cauſis dimiſiſſet in qua militabat Catonis filius, Cumque is amore pugnandi in exercitu remanſiſſet, ſcripſit Cato ad Pompilium vt ſi filium pateretur in exertu remanere, ſecundò eum obligaret militiæ ſacramẽ to, quia priore amiſſo iure pugnare cum hoſtibus non poterat, Monuitque filium ne ante renouatum iutamentum prælium iniret, negabat enim ius eſſe ei qui miles non ſit pugnare cum hoſte, hæc Cice. Hinc videmus grauiter indignari Duces ſi audiuerint prouinciales aliquid in ſuos auſos, licet parum, aut nihil curent quantum uis mali inferri Prouincialibus per milites. In cõtrarium vrget ipſa naturalis ęquitas, Cur enim ego te hoſtem ſentiam, & tu non viciſsim me? Nam & ipſa diuina iuſtitia videtur hoc concedi, iuxta illud quæcunque vultis vt vobis faciant homines, hæc vos facitè & illis, In hac quæſtione non reuoco in dubium quòd dixi ſupra ſi bellum ſit iniuſtum, neque ipſam defenſionem eſſe conceſſam, ſed
4 id tantum quæro, quid liceat prouincialibus, † Cenſeo ergo licere
5 vim repellere, † non tamen vlciſci, aut inferre, requiri etiam in defenſione puto debitum moderamen, argum. l. vt vim, cum ibi no. ff.
6 de iuſti. & iu. † Aliàs ſolutis militia non licet pugnare, quod dicit Glo. in c. quid culpatur xxiij. q. j. in ver. princeps, et in c. ſi homici
7 dium, ea. cauſa q. v. †† Ratio enim illa vt hoſtilia hoſti rependantur, extra debitam defenſionem, eſt iuſtitia iniuſtorum, vt dicitur in cap. ſex differentiæ, xxiij. q. iij. Sufficitque quòd defendantur à militibus ſuæ partis, abſque eo quòd ipſi arma capiãt iuxta tex. in

c. noſtri

8 c.noſtri,ea cauſa & q. † Si autem iuberet Princeps vt prouinciales in eiuſmodi verius prędones quàm hoſtes inſurgerent id facere liceret,arg.tex.in c. ille gladium,xxiij.q.iiij. & eorum quæ di-
9 xi ſupra tit.in quos diffid.belli exer. † At ſi hoc faciant propria au ctoritate in reatum incidunt effuſi humani ſanguinis, vt habetur ea cauſa.quæſt.v.cap.miles,& cap.lex æterna,& ea cauſa.quæſt. vltima.cap.quicunque,Caueant igitur omninò Prouinciales à tanto flagitio, repugnare tamen videtur quod dixi ſupra in titu.add. ad cap.capta an fiant capien.allegando Ange.in l. qui ſella.de ſeruitu.ruſt.prædio.Sed puto illud dictum eſſe ſecundum hanc diſtinctionem intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtilia loca licet adire ex cauſa.*
2 *Eſt tamen de genere prohibitorum regulariter.*
3 *Dominus poteſt prohibere ſubditis ne vadant ad loca hoſtilia.*
4 *Subdito non poteſt prohiberi ne vadat quo vult.*

An liceat adire loca hoſtilia. Titulus VI.

1 INCIDENTER etiam quæro, † an ipſis Prouincialibus liceat, tuto à ſuis dominis, accedere ad loca hoſtilia, vel literas aut nuntios ad ea tranſmittere, & Iſer.atq; Affli.in tit.quæ fuit pri.cau. bene.amit. §.porrò,nu.Afflicto 25. concludũt quòd licet poſsit ex aliquibus cauſis eſſe permiſſum,putavt cõſulatur peritiſs.Aduocatus vel medicus, ſiue etiam vt viſat amicum vel co-
2 gnatum,vel vt æs alienum exigat à ſuo debitore. † Cùm tamen res ſit de genere prohibitorum,vt in l.j.& ij.ff.ad leg.Iul.ma. oportebit cauſam iuſtæ itionis comprobare,& interim in vinculis cuſtodiri.Caueant igitur ne ſe ponant in diſcrimine, Minus eſt propterea mirum quod dixit Bal.in conſi.cccclxxxiij.mag. dominus Nãnus.nu.5.li. j. † quòd Dominus habens guerram poteſt prohibere
4 ſubditis ſuis ne accedant ad loca hoſtilia, vt tollatur omnis ſuſpicio, & proditionis occaſio, licèt ſint aliàs liberi, & ingenui,
3 † quantumcunque ſubditi, neque poſsint eis abſque cauſa interdici commercia, neque loca.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Captiuus an possit iterum ab alio eiusdem partis capi.*
2 *Captiuus an fiat is qui ensem aut galeam dedit in signum deditionis.*
3 *Captiuus suæ relictus fidei in acie aut prælio, an licitè ad suos reuertatur?*
4 *Captiui à capiendo dicti.*
5 *Fides ita obstringit sicut carcer.*
6 *Talea succedit loco seruitutis.*
7 *Vsu est comprobatum, vt captus & fidei commissus, nõ possit ab alio capi.*
8 *Talea secundum Bal. est reiterabilis.*
9 *Bal. opi. reprobatur.*

Captiuus an possit iterum capi. Titulus VII.

1 QVOD etiam dixi supra † non licere victoribus captiuos sibi inuicem eripere, trahitur ad quæstionem aliam. Miles in pugna hostem cepit, & dum alios insequitur, alius hunc eundem captiuum facit, quæritur vtrius sit dicendus captiuus. † Ego di-
2 stinguebam aut suæ ipsius est commissus fidei, & tunc si sui prævaleant, eumque recuperent, licitè apud eos remaneat, etiam promissione illa sua non obstante, aut vltra conuentũ est de non fugiendo, etiam si sui prævaleant, & tunc non licet ei fidem fallere, etiam si prævaleant sui. ita Sal. in d l. ab hostibus, col.
3 pen. versi. aut dixit, C. de postli. re. † Cum igitur casus euenisset, vt captiuus vni ex nostris in signum deditionis ensem tradidisset, & promisisset non aufugere, remansit tamen armatus in suo equo, cũ claua, incidissetque post paulò in alium nostrum equitem, qui claua ei erepta, & dimissis de equi ceruicibus habenis ipsum captiuũ ducebat, occurrissent verò hostibus, qui prævaluerunt, & Turmã omnem nostrorum lungè latèque insequuti sunt, Equus verò ille effrenis cursim sponte sua insequutus sit nostros fugientes, donec inciderunt in pedites nostros, qui & fugam nostrorum compresserunt, & hostes repulerunt, captiuum verò illum, quem equus suo arbitrio ducebat, ceperunt, quærebatur cuius diceretur verè captiuus, primi, cui ensem & fidem dederat, Secundi qui clauam ei eripuerat, & infrenem in equo fecerat, an peditis qui tertio ipsum vagantem ceperat, Dicebam ego pro pedite pronunciandum, Cũ enim suis ingruentibus (quod ad eos attinebat qui ipsum primo &

secundo

ſecundo loco ceperant,erat priſtinæ libertati reſtitutus,vt eſt tex. in l.iij.in fi.& l. Pomponius,in prin.ff.de acqui.re.do.& §.ferè igitur beſtiæ,Inſt.de re.di.& quod naturali libertati relinquitur poſſideri non dicitur,vt in l.iij.§.item feras,de acqui.poſ. & facit dictum Sal.ſupra allegatum,in d.l.ab hoſtibus,erit igitur,vt dixi,peditis,per rationem dicti §.ferę igitur beſtię,& §.item ea quæ ex hoſtibus,illo eo.tit.quia quod in nullius bonis eſt,id primo occupanti conceditur. Cauendum eſt tamen,quia Bal. in l. adoptionem, col.iij.verſi.ſubſequenter quæro,C.de adop.videtur tenere contrarium,quãuis enim liber meus,& alij quos vidi, ſit valde corruptus, pro quanto tamen elicitur,ipſe ponit caſum in eo qui fuit à pluribus pluries captus in eodem certamine, et quærit quid ſtatuendũ, & in hoc pulchro,vt ait,dubio, diſtinguit,quia aut primus capiés eum actu retinuit, aut ſuæ fidei commiſit, primò caſu eſt verè, &
4 inſolidum illius primi,quia eum ducebat, † Captiui enim, inquit, ſunt à capiendo dicti,ſicut mancipia, quia manu capiuntur, Aut non fuerat ductus,ſed ſub fide relaxatus, & eius verba, & promſsio non curantur,poſtquàm virtute bellica per alium captus,& ductus fuit:veruntamen adhuc iſto ſecundo caſu ſubdiſtinguit, quia aut etiam poſterior capiens, & ipſe reliquit eum ſub fide, & tunc aut ob reuerentiam eorum qui prius eum ceperãt,& amittit ius ſuum, & remanet captiuus primorum,aut per vim primorum fuit liberatus à manu ſecundi,prout videmus ſæpè inter Commilitones contingere,& iſto etiam caſu dicendum eſt, quòd remaneat captiuus illorum primorum eripientium, quia non dicitur, inquit,captus qui non durat captus.l.in laqueum,ff.de acqui.re. do. & C.de fideiuſſo.l.ſi barſatorem.Et licet d.l.in laqueum,videatur obſtare,cum dicat agi poſſe contra eum qui aprum,qui in laqueum meum inciderat,ſoluit,vel cepit,ſoluitur tamen, dicit ipſe, quia aliud in beſtia,quæ ſtatim cùm eſt capta,tranſit in dominium capientis,aliud in iſtis captiuis,in quibus dominium non quæritur,niſi tales eſſent qui capti efficerentur ſerui,vt cùm Imperator,vel Papa bellum,inquit,indixit rebellibus ſuis,Dicit tamen quòd iſto caſu, cũ primus extrahit per vim captiuum de manu ſecundi, agi poteſt contra eũ actione infactum ad intereſſe,per d.l.in laqueum, Sicut ſocius tenetur ſocio de damno dato.l.cum duobus,§.damna,ff. pro ſo. & ita tenebitur miles erga hunc Commilitonem ſuum,& hæc dicit vera eſſe de iure armorum, conſuetudine circunſcripta, quæ vbi aliud vellet,eſſet obſeruanda, ita Bald. Cuius licèt ſit magna auctoritas, mihi videtur indiſtinctè concludendum captiuum iſtum ſiue manu ductum

nu ductum,siue suæ fidei cõmissum,non posse per alium illius partis capi,siue enim seruus fiat, iam non potest qui sui iuris amplius non est,sed primi occupantis est factus,de illius potestate exire, ni si virtute bellica recuperetur à suis, aut saltem postliminio reuertatur,vt l.iij.in prin.& per totam l.ff.de acqui.re.do.id enim quod
5 cepi,eousq; durat meum,donec mea custodia coercetur,†Et nihilò minus mea custodia coercetur,quem fides obstringit quã is quem manus aut vincula,quia animo meo, & fide ipsius possessionem retineo, non secus quàm serui, cuius per momenta, quibus non est apud me nõ amitto possessionem,l. peregrè,in prin.de acqui.poss. siue etiam non fiat seruus capientis, Succedit tamẽ ius redemptio
6 nis,† & taleæ,quæ est loco seruitutis, & debet eodem iure censeri, arg.l.eum qui,§.qui iniuriarum,ff.si quis cau.& l.j.§.hæc actio,ff.si
7 quis testa.lib.esse ius fuc.†Et hanc partem vidi moribus,atque vsu receptam,statim enim cùm quis se dedit, & in signũ deditionis cõ signat & tradit ensem,vel quod aliud armorum genus,ita trãsit in potestatem illius,vt nemo alius qui sit eius partis ius in eum possit acquirere,nisi à suis esset fortè recuperatus.Neq; Dux belli pati debet aliter fieri,ne oriantur rixæ inter suos,& ne cogantur pugnam deserere qui captiuos faciunt. Minus etiam puto bene dixisse Bal. in eadem l.in ij.col.versi.quęro quidam sunt capti,dum distinguẽ do dicit,aut qui capitur seruus fit capientis, & non potest per aliũ eius partis capi,etiam si sit suę fidei commissus, cum nõ possit duorum seruus insolidum esse. l.si vt certo, §.cum duobus vehiculum,
8 ff.commo. Aut non fit seruus, †sed est taleæ obnoxius,& cum istud sit reiterabile,potest & ipsa captura esse reiterabilis, vnde ne dum vnius,aut duorum,sed etiam multorum potest quis esse insolidum captiuus,ad instar vasalli,qui potest multorũ esse vasallus, & liber
9 tus multorum libertus fieri. † Nam & hoc secundo membro puto contrarium dicendum,per ea quæ supra dixi,Imò & ratio ista Bal. procederet in eo qui captus ducitur ita vt in suæ commisso fidei, cùm enim actus sit reiterabilis,non facio tibi iniuriam, si & ego captiuum facio,& in eum manum injcio, quem ita ducis,postquàm vtrique potest satisfacere,Cuius tamen ipse contrarium dicit, Sequeretur etiam,vt cum quis se redemerit quanti debuit,vel quanti primo placuit,idem faciet cum secundo, & tertio, ac deinceps,& esset processus in infinitum, sed vt dixi contrarium seruatur, quia primus ius habet in captiuo priuatiuè ad omnes alios, quòd est etiam iustius, cùm talea successerit, vt dixi, loco seruitutis, cum vnius tantum posset seruus effici.

SVMMARIVM.

1 *Captiuus ſub fide reuertendi liberatus an reuerti debeat.*
2 *Captus à latrunculis non tenetur fidem ſeruare.*
3 *Iuramentum tam de iure quàm ex vſu armorum eſt ſeruandum.*
4 *Iuramentum an ſeruandum ſit ſi timor mortis, aut cruciatus immineat, in quo reprobatur opi. dicentium quòd non.*
5 *Captiuus qui promiſit reuerti in carcerem hoſtis an fidem ſeruare debeat ſi Princeps contrarium iubeat.*
6 *Glo. & Doc. in l. conuentionum, de pactis, quòd Dux belli debet fidem hoſti ſeruare ſed non miles, reprobatur.*
7 *Pacta contra publicum bonum non ſunt ſeruanda.*
8 *Pacta contra prius iuramentum non obligant.*
9 *Aequitas in iudicijs multum eſt attendenda.*
10 *Militares cauſæ debent decidi ex bono, & æquo.*
11 *Brauium debetur domino equi commodati in alium vſum, non deſultori.*
12 *Equum commodans militi an participet de lucro facto in excurſione.*
13 *Pactiones, & ſocietas militum ſuper prędа hoſtili ſunt conceſſæ.*
14 *Cauſa ſi ad non cauſam redierit ſoluta repetuntur.*
15 *Capientes monaſterium an dicatur cepiſſe etiam ſingula loca intra eum, & omnes in eo reconditos.*
16 *Continens, & contentum à pari procedunt.*
17 *Fera vulnerata non efficitur vulnerantis.*
18 *Animo non acquiritur quod corporali aliquo miniſterio apprehenditur.*
19 *Domum qui poſsidet non poſſidet omnia quæ ſunt intra eam.*
20 *Viſus quando ſufficiat ad poſſeſſionem acquirendam.*
21 *Loca ſacra debent eſſe tuta etiam in vrbium conceſſa direptione.*
22 *Goti eccleſiis abſtinebant in direptione vrbium.*
23 *Direptio vrbium non eſt licita niſi vniuerſitas peccauerit.*

Captus ſub fide reuertendi dimiſſus an debeat fidem obſeruare Titulus VIII.

1 QVAERIT etiam Bald. in d. l. in adoptionem, de adop. in iij. col. verſi. quæro an iſti, † Captiuus ſub fide admiſſus debeat ne reuerti, & dicit quòd ſi captiuus eſt hoſtis Reipúblicę non eſt ei fides ſeruãda, non igitur obligatur quis reuerti, poteſt tamẽ ſi vult, & quia liber eſt valde corruptus, † ſi ipſe in

2 telligit

telligit de hoſtibus, id eſt latrunculis, credo eum rectè loqui, propter Glo. in l. nam & ſeruius, in prin. vbi etiam Doc. ff. de neg. geſt. vbi Ang. dicit quòd prudenter facit ita liberatus ſi nõ reuertitur, poſtquam non erat iuſtè captus neque ab hoſtibus, vnde neque debetur talibus talea etiam ſi promittatur, vt per Ange. ibi in j. no. & per Bar. in fi. com. ſed ſi intelligamus propriè de hoſtibus, iuxta l. hoſtes, de cap. et de ver. ſig. certè ſunt nobis cùm eis iura captiuitatis, & poſtliminij, ſicut & eis nobiſcum, vt d. l. hoſtes, Et ſunt obſeruanda, Idemque dico in bello inter Chriſtianos, quamuis capti nõ fiant ſerui, Nam & captus debet reuerti ſi promiſit, Et pariter talcam perſoluere ſi promiſit, quidquid ibi dicat Bald. in verſicu. Sed ſi non eſſent captiuantes de numero ſoldalium Neque ob. Gloſſ. in clem. paſtoralis, quam allegat, quia loquitur in eo qui ſi reuertitur ſubit periculum capitis, & vitæ per iniuriam, quo caſu etiam ſi iurauit reuerti non cogitur, vt ibi, in verſi. per violentiam, quod ſecus eſt cum agitur de periculo ęris & crumenæ. Tractat hanc eandem quæſt. Bal. in conſi. cccl viij. licet latrunculis, ſupra etiam citato, li. ij. & concludit latrunculis non eſſe ſeruandam fidem, etiam ſi ſit promiſſum & iuratum, ſed ſi ſit iuſtum bellum
3 ibi & prædę & pactiones ſunt licitę, † Et iuramentum tam de iure, quàm de vſu armorum eſt ſeruandum, Concludit etiam ibi Bald. quòd non dicitur liberatus is, qui ſub fide vel obſidibus fuit dimiſſus, quòd facit ad ſupradicta. †
4 Tanta tamen poſſet imminere ęquitia, vt ſi ipſius vitę eſſet diſcrimen ſubeundum, quòd liceret fidem fallere, quia etiam per dolum licet vitę conſulere, ita Bal. in d. cõſ. Hęc autem vltima neſcio an vera atque honeſta ſint; quando, & gẽtes quę ſolo naturali lumine regebantur, dixerint, ſi quid ſinguli, temporibus adducti, hoſti promiſerunt eſt in eo ipſo fides ſeruanda Addit etiam Cicero. cuius hæc eſt ſententia, primo bello Punico captus à Pœnis Regulus, cùm de captiuis commutandis Romã miſſus eſſet Iuraſſetque ſe rediturum primum vt venit captiuos eſſe reddendos non cenſuit, Deinde cùm retineretur à propinquis & ab amicis, ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datã fallere, Quid igitur Chriſtiano viro iuranti cõueniat cẽſeant alij, Tractat etiam hanc quæſt. Paris de Pu. in trac. de duello ſiue de re mil. & diſtinguit inter captum in duello, & captum in bello, pri-
5 mum membrum non proſequor, ſecundò † verò dicit eſſe ſeruandam fidem, etiam ſi Princeps ipſe aliud iubeat, quià ex ipſo iure gentium, & belli conuenit vt iura belli ſeruentur, & princeps qui bellum ſuſcepit obligat tam ſe, quàm ſuos, vt ibi latius per eum, li.

ix.c.iij.ſub ti.an captus in duello.& propterea dico quòd ſi captiuus ſuę ipſius cuſtodiæ relinquitur cum fide,& promiſsione non fugiendi vel reuertendi,quòd tenetur ſtare promiſsis,& taleam ſoluere,vel declaratam,& cõuentam,vel quę declarabitur, etiã per arbitros,ſi aliter non conueniat inter eos,vt dicit Bal.in fi.d. conſ.& maximè quando ſęuitia magna non timetur,ſecundum eum,& ſecundum ſupraſcriptam diſtinctionem debet intelligi quòd in facto reſpondet Fulg.quem ref.Iaſ.in l.conuentionum.ff.de pac.in quæſtione de medico qui captus à Germanis & compoſita ac promiſſa talea & redẽptionis ſuæ pretio in mille aureis, dimiſſus fuit ſub fide vt iret Bononiã captum pecuniã, & reſponſum fuit quòd non tenebatur reuerti,neque pretium ſoluere, ſi enim Germani illi erant latrunculi,& cum quibus non eſſet bellum, rectè conſultũ fuit,aliàs vbi verè fuiſſent hoſtes,conſultum fuit pecuniæ & non fi
6 dei neque veritati,† Et quamuis Gloſ.& Doc. in d.l.conuentionũ, & in l.j.§.non fuit. ff. de dolo,dicant quòd Dux belli debet fidem ſeruare,ſecus verò in priuato milite contra quod eſt dictum Cice. ſupra relatum,ſi quid ſinguli tẽporibus adducti hoſti promiſerint eſt in eo ipſo fides conſeruanda.puto tamẽ diſtingui poſſe,Nã aut miles aliquid promiſit ad ſui pręiudicium,& ius belli reſpiciẽs, &
7 debet illud obſeruare, † Aut ad Reipublicę præiudicium aliquid promiſit,non concernens conſuetũ ius belli,& non tenebitur,fortius enim obligatur Reipublicę,quàm proprię promiſsioni. Et propterea cùm Gallorũ Duces in deditione Carignani exegiſſent à Pyrrho Columna & militibus Germanis &Hiſpanis,qui poſt diutinã obſidionem coacti fuerũt inopia cibariorũ dedere illud præſi
8 diũ,promiſsionẽ † & forte iuramentũ,de non ſeruiendo Cęſari toto illo bello,cùm ad id prius tenerẽtur ex debito fidelitatis & iuramenti,uiſum fuit non obligare ſecũdũ illud iuſiurandum maximè inſuetũ bello,vt eſt Glo.vbi ẽt Doc.no.in c.licèt mulieres, de iureiur. in vj. Et quia ſuperioris auctoritas eſt ſupra hoc iuramentũ, can.in c.venientes,eo.ti.in antiquis,Fely.latè in c.conſtitutus,col. v. in ij.amplia. de reſcrip. Fui & de alia quęſtione interrogatus cùm eſſem Bruxelis in curia Sereniſsimi Hiſpaniarum Regis.Turmę equitum Hiſpanorũ præfectus,quẽ Capitaneũ vocant,cũ pręlij tuba caneret,obuiũ habuitvnũ ex equitibus ſuę turmę,pedeſtrem, & magna parte corporis armatũ,qui dũ cõquereretur quòd paucis ante diebus equũ ſuũ in certamine amiſerat,propter quod non poterat imminenti prælio intereſſe,iuſsit Præfectus vt vnum ex ſuis equis conſcenderet & ſequeretur ac committaretur, cũ eſſet ipſe

febricitans

fębricitans, Et vix posset in equo consistere, Miles verò ille equo
consceńso, aliò diuertit, & inter fugandũ hostes, incidit in ipsum
Ducem hostiũ, quẽ captũ consignauit Duci suo, atque exercitus, a
quo vicena aureorũ nũmũ milia est cõsequutus: Dicebat Præfectus
partẽ sibi huius redẽptionis deberi, qñ ille suo equo dimicauerat.
non aliàs prælio interfuturus, Dicebã pro præfecto facere, ęquitatẽ
9 † quę multũ potest in iudicio, vt l. placuit. C. de iud. & quã debet iu
dex solicitè sequi, l. at si quis. §. idẽ Labeo, de relig. cum vulg. quòd
10 pręsertim recipitur inter milites, † quorũ controuersię ex bono &
ęquo dirimuntur, propter quod dr̃ quòd ẽt extra cõuenta obliga
tur quis ex eo quod alterum alteri pręstare oportet, l. cõsensu, in
fi. ff. de ac. & ob. vnde & subueniet eo casu iudex, ẽt si quis actione
destituatur, l. si & me, & Titium, vbi omnes, no. ff. si cer. pe. quę ęqui
tas in præsenti casu est euidens. Dicebã etiam videri agi posse ex
commodato, cũ enim ego tibi ea lege equũ cõmodauerim vt me se
quereris essemque comitatior, & securior, non aliàs fortè commo-
daturus, si quem quęstũ ex re mea vel propter eã feceris id mihi prę
stare debes, l. si is qui cõmodatũ. §. j. ff, cõmo. Præscriptis ẽt verbis
dicebã agi posse, habet enim cõuentio ista, vt me sequaris, negociũ
aliquod, prout in simili dicit iuriscõ. in l. solent, ff. de præscri. ver.
aut ẽt de dolo agitur vt ibi ẽt dr̃, Et magis proximè ad hũc casum
accedit tex. in l. apud Labeonem, in prin. ff. de præscrip. ver. vbi dr̃
11 † quòd si venales equos experiundos tibi tradidero, Tuque desul-
tor in eis cucurreris & viceris, mihi, non tibi vicisti, propter quod
& mihi præstas quòd eo nomine accepisti. Sed hic miles equũ acce
perat vt pręfectũ cõmittaretur, aliò igitur pergens fuit in dolo, nõ
pertinet igitur ad eũ lucrum propter equum factum, Etiam si ad
eum pertinuisset equi periculum, Ita Barto. in l. si is qui. §. si quem
quæstum, quem. §. legit cum princip. d. l. ff. commo. quòd etiam no.
12 ibi Bald. † Proponebat etiam præfectus consuetudinem castro-
rum, vt qui equum commodat admittatur in partem lucri, hanc li
tem recedens è curia reliqui indecisam, postea audiui fuisse pronũ
ciatum contra Præfectum, iure, an iniuria non est nunc quærendi
locus, credendum est tamen iudicantem ratione motum & iure.
Quæro & de alia quæstione, Quidam commilitones conuenerunt
13 inter se de communicando sibi inuice lucra quæ facient, † Quæ
pactiones sunt concessę, vt per Bald. d. consi. cccl viij. li. ij. fecerunt
quendam prouincialem captiuum, qui fecit taleam, & composuit
ad ducenta scuta, vnus ex socijs vendidit partem suam commili-
toni viliori pretio, & præsenti, Dux belli iussit posteà captiuũ illũ

gratis

gratis dimitti. Quæritur an miles pretium repetat â commilitone? Respō. ꝙ repetit, per l. bona fides, ff. de ac. emp. vbi Bar. no. & Bal.
14 in l. vlt. C. de peri. & com. rei vē. ver. sed pone, vbi dicitur † ꝙ si causa reuertitur ad non causam solutum condicitur. Item quæro de
15 alia, † Ciuitas quędā, Ducis permissu diripitur, Cōtingit ꝙ quidā signifer cum aliquot suis cōmilitonibus ingressus est vnū monasteriū. Illudq; secundum militarē licentiam, diripuit, erat autē in illo monasterio absconsus in quadā camera, seu cubiculo nobilis quidam, qui anteꝙ perueniret in manū signiferi, & anteꝙ aperiretur ei illa cella, quia non inueniebatur clauis, peruenit in manum cuiusdam Capitanei, qui & ipse ingressus erat illud monasterium admonitus de isto nobili à quodam eius famulo, quæritur cuius sit captus, signiferi, an Capitanei: & omissa immunitate ecclesię, de qua frustra fit sermo, propter corruptam disciplinam, & contemptam, religionem, videbatur pronunciandum pro signifero, qui primus ingressus est monasterium, primus perquisiuit ingredi illam cellā, & iam animo ceperat, & possidebat captiuum in ea inclusum, facit in argu. l. succurritur, in fi. ff. ex qui. cau. ma. ibi, quia nihil interest parietibus an compedibus quis detineatur, & in l. j. §. si iusserim, de acqui. pos. ibi, non enim corpore, & actu necesse est apprehendere possessionem, sed etiam oculis, & affectu, & tex. melior in l. iij. §. Ne
16 ratius, eo. ti. Item pro eo facit, quia † cùm sit possessor continentis, id est, monasterij, videtur & possessor contentorum, d. l. iij. §. Nerua, declarat Pau. de Ca. in l. qui vniuersas, in prin. eo. tit. quæ lex tamen multum facit, primo intuitu, pro parte cōtraria, & pro eadem contraria parte fuit iudicatum, per tex. in l. naturalē, in prin. versi.
17 proinde, ff. de acqui. re. do. quia † etiā in fera vulnerata, & quā vulnerans persequitur, multa possunt contingere, per quæ ab eo nō capiatur, nimirum igitur si alius præoccupet eam capere si eius efficitur, vt ibi, & l. in laqueum, vers. summam, eo. ti. & in l. iij. in prin. de
18 acqui. pos. † Neq; rem quæ, neq; oculis cōspicitur, neq; corpore cōprehenditur, possumus animo acquirere, vt eo. ti. l. quemadmodū. Ad allegata verò in contrarium respōdetur, nam d. l. succurritur, loquitur in capto, & incluso, non in absconso, & d. §. Neratius, secūdum Sabini sentētiam, quæ est recepta, facit in contrarium, prout etiam facit in contrarium d. l. qui vniuersas, quamuis enim possit
19 verum esse quod ibi dicit Pau. de Ca. † quòd is qui domū possidet, non propterea dicatur possidere columnas vel asseres, aut tegulas domus, hoc tamen aliò spectat, vt in l. rerum mixtura, ff. de vsucap. sed nihilo est minus in se vera litera illa & sententia in d. l. qui vni

uersas

uersas,quòd qui domum aut nauem posidet non ideo omnia posi
det quæ in eis sunt, Alex.tamen in d.l.iij.in prin.nu. 27. post Bar.
ibi aliter intelligit,& sequitur eum Ias.nu.33.qui allegat l. si ergo.
§.dotis,ver.quid enim interest.ff.de iur.do.quam l. allegauit prius
ad hoc Bal.C.de fur.l.de his,sed meo iudicio potest solui, licet Ias.
ibi in sol. ista hæreat, quia aut concurrit animus tradentis qui &
20 possidebat, † & sufficit visus,& conspectus qui sit coram re ipsa,
neque requiritur vera,& corporalis apprehensio,vt d.l.si ego,vers.
quid enim, & in l. clauibus.ff. de contrah. emp. Aut non concurrit
animus possidentis,seu aliàs res per neminem possidebatur, & re-
quiritur vera,& realis apprehensio,ita Bar.in l.j. in prin. in iiij.q.
prin.de acqui.pos. Soluitur etiam per Ias.in d.§. Neratius, nu.4.℣
in quibus requiritur actualis apprehẽsio nõ sufficit apprehẽsio cõ-
tinẽtis tãtũ. Allegat ẽt capitaneus ille ℣ se cõsuetudinẽ militarẽ ℣
licet in priuata domo is qui eam ingreditur cẽseatur quęsijsse om-
nia in ea existentia. secus tamen in ecclesijs, & monasterijs, fortè
propter multiplices & diuersas habitationes quæ sunt in eis, quæ
21 est tamen differẽtia facti magisquàm iuris. † Et sanctius multo es-
set ac iustius abstinere penitus ab ingressu, & rapinis locorum sa-
crorum,quia ita sacrilegium committitur pro re profana in sacro
rapta, sicut pro re sacra, xij.q.iiij.c. quisquis,& c.sacrilegium,in
22 Glo.†Nam si Gotti gens effera,& barbara,atq; etiam tum infidelis
cùm Romam cepit,& diripuit,parci iussit basilicæ Diuorum Petri
& Pauli,omnibusq; in ea inuentis, quod scribit Bea. Aug.in lib.de
Ciui.Dei.li.j.c.si rectè.memini etiam primo.quanto magis debẽt
Christiani milites pij esse,& reuerẽtes sacrorum?quanto etiam de-
berent esse circa id vigilantiores,& prouidentiores ɒuces? Eo etiã
magis cum huiusmodi rapinæ,& direptionesvrbium sint ex magna
23 parte iniustæ, † quia non deberent vrbes diripi nisi pro magno fla
gitio, & scelere, in quod omnis populus conspirauerit, vel maior
pars,quod maximè dicendum est de oppidis illis quæ hostes furti
uè nobis eripiunt,etiam quandoq; somnolentia,& incuria nostro-
rum Præfectorum,& militum, etiam si ea postea per vim ex hosti-
bus recuperemus:quia non possunt eiusmodi vocari rebelles, vt di
cit Bar.in tit.qui sint rebelles,in Glo. in ver.rebellando,vers. Do-
mino quædam sunt ciuitates. Caueant igitur Duces belli, nedum
militibus fauere studeant, & eos sibi beniuolos reddere, in Dei in-
dignationem incidant. De quo est aliquid dictum supra alio loco.

HIC

HIC INCIPIT QVINTA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Treuga, & treugare voces barbaræ.*
2 *Inducię quid.*
3 *Inducias, an licitè faciat Dux belli.*

De Inducijs. Titulus primus.



1 NOTANDVM bello inducię, quam hodie vocant Treugam, vox tamen inſolẽs, & minimè Latina, vſi ſunt tamen ea Canones, vt in ru. & nigro, de treu. & pa. vſus eſt autem Archid. non ſolũ hoc treugæ nomine, ſed etiam verbo, treugare, vt in c. illi oratores, xxiiij. q.v. vnde & Treugarium dixit eum, qui Treugam facit, vt ibi, †quę ſunt tamen voces barbaræ. Non eſt etiam (vt puto) comprobanda differentia, quã facit Gl. in l. conuentionũ, ff. de pact. quòd treuga ſit lõgi temporis, inducię verò breuis, cum etiam breuis temporis treugam viderim, Et qualemcunque, ita vocãt hodie, prout antiqui qualemcunque, vocabant nomine inducіarum.

2 Quæro igitur primò quid ſunt inducię. † Et dicit lex poſtlimi-
nium,, §. inducię, ff. de capti. & poſtli. re. quòd eſt ſuſpenſio armo-
3 rum ad breue tempus facta. Quæro ſecundò, † An ad Ducem belli pertineat inducias facere, Et ſi quidem ſit ipſe Princeps, nulli dubium eſt poſſe, ſed ſi ſit alius per eum exercitui præpoſitus, di-

xit

xit Bar.in d.l.conuentionum,de pac. quòd poteſt inducias facere, ſed non pacem.At Pau.de Ca.ibi dicit vtrunq; ei interdictum:niſi liberam habeat adminiſtrationem,& hæc eſt communis Doc. opi. limitat tamen ibi Fulg.& Alex.tacitè cõprobat,niſi ſit treuga breuis tẽporis , ſic legimus inter Duces Græcos factas ſæpè à ducibus ĩducias bidui, aut tridui,ad ſepulturã cęſorũ militũ:Sic tamẽ eſſet vera opi.Bar.cum inducię fiant ad breue tempus,vt d.§.inducię,vidimus etiam his noſtris bellis,anno 1540. Marchionem Vaſti menſtruas inducias paciſci cum Domino de Anguiẽ.Gallorum Duce, rurſumq; alias,etiã mẽſtruas, contraxit Ferdinandus Gonzaga cũ Domino de Briſac,anno(ni fallor) 1553. fortè tamen habebant hi Duces ampliorem,& liberam poteſtatem:quo caſu , vt dixi, ita eis licet,vt per Iaſ.poſt alios in d.l.conuentionum,col.fi.in iij.limi.

SVMMARIVM.

1 *Inducię an accedant paci , an bello .*
2 *Pax aliud quàm inducię .*
3 *Obliuio inducitur ex curſu longi temporis .*
4 *Vectigalia læduntur etiam propter belli ſuſpicionem .*

Inducię cui magis comparentur bello,an paci .

Titulus ſecundus .

1 VAERITVR etiam †cui magis accedant inducię,paci,an bello:Arch.in d.c.illi oratores,xxiiij.q. iij. dicit ꝙ treuga(ſecundum Hoſt.)eſt pax . Dicit etiam Abb. in c.nouit,nu. 10.de iudi.quòd ad tempus facta, poteſt dici pax,Quod ibi inducit ad quæſtionẽ de eo qui conduxerat,Prę fectũ equitum quandiu vigeret bellũ,ſiue etiã donec ſequatur pax, & quærit an dicatur finita conductio per huiuſmodi inducias,quę fuit quæſtio diſputata , prius per Io.An. & concludit eſſe finitam, & propterea non teneri eum ad ſtipendium temporis induciarum,Ego tamen in caſu,cùm eſt facta conductio,donec pax ſequatur,dubitarem ne contra eſſet ſtatuendum,cùm aliud ſit pax,aliud treuga,vt mox dicam,&verba in cõtractibus ſtrictè,&propriè ſint intelligenda,per iura ad hoc vulg. putarem etiã inſpiciendum,an conductor ſtatim factis inducijs Præfectum illum admonuerit , & dimiſerit, an verò retinuerit . Ex auctorantur enim , & dimittuntur , cum non eſt neceſſaria amplius militum opera, arg. l.milites

agrum,§.missionum,ff.de re mil.in ipsa autem principali quęstione solet allegari tex.in c.nouit,de iudi.vbi probari videtur, quòd dicatur pax: dicitur enim ibi, pacis fœdera violasse, qui violauit treugam, quod etiam probatur in d. c. illi oratores, Pacem vocat etiam eam Virgilius,dum inquit,

Bis senos pepigere dies, & pace sequestra.

Contrarium verò no.Glo.& Doct.in c.significauit, de iudi. verius videtur quod dixit Pet.de Ancha.in consi.lxxxviij. quod incipit, præmissa facti serie,quòd tria sunt, quorum vnum nó est aliud bellum,treuga,pax:quam materiam latè etiam explicat Fel.in d.c.significauit, & concludit, † quòd treuga bello magis accedit quàm
2 paci,quod ego puto verum in propria treuga,id est,quæ iuxta diffinitionem suam,de qua in d.§.inducię,ad breue tempus est facta, Sed in ea quæ esset ad longum tempus,qualis facta fuit anno 1538. apud Niceam,inter Carolum Imperatorem,& Franciscum Francorum Regem, quæ erat in decem annos, crederem eam esse ad instar pacis,& ea finita,noua esse opus denuntiatione, & diffidatio-
3 ne: † quia tanto tempore creduntur partes belli oblitæ, & pariter Prouinciales,arg.l.furtum,§.fi.cum l.seq.ff.de vsucap. Licèt possit in contrarium argui, quòd neq; ex diutino temporis lapsu obliuio præsumitur,cùm factum est memorabile,& graue, per tex.qui solet allegari pro sing.in c.cum illorum,de sen.excom. qui tamen loquitur de simplici obliuione.Et nihil dicit de decennio. Neque in casu tam longeuæ treugæ crederem verum quod dixit Anchar.
4 in d.consi.lxxxviij. † quòd ita fieri debeat remissio cõductori propter bellum per tempus treugę,prout fieret in ipso ardore belli, licet secus sit si treuga sit modici temporis.Quo casu rectè conuenit quod dixit Cice.in oratione pro lege Manilia.Cæteris in rebus,in
,, quit,cum venit calamitas,tum detrimentum accipitur, at in vecti
,, galibus,non solum aduentus mali,sed etiam metus, ipse affert cala
,, mitatem.Et vide infra sub titu.de multis quæst.&c.versicu. an verò ipse timor.

SVMMARIVM.

1 *Inducias violanti an debeant obseruari.*
2 *Conditionis melioris non debet esse fedifragus quàm fidelis.*
3 *Paria delicta mutua compensatione quando tollantur.*
4 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
5 *Fœdera & pactiones cauillari non debent.*

6 *Possessio solo animo, aut solo corpore non acquiritur.*
7 *Pauci milites in loco reperti non dicuntur eum iure belli quæsiuisse.*
8 *Vicus an accedat ciuitati suæ captæ in bello.*
9 *Naturale factum attenditur magis quàm ciuile, cum de acquirendo quæritur vi bellica.*
10 *Possessio quare magis à corpore, quàm ab animo sit dicta.*
11 *Iuramentum fidelitatis non operatur rei traditionem, aut acquisitionem.*
12 *Recognitio vasalli non afficit possessionem Domini.*
13 *Obedientia possessionem non transfert ad priuationem antiquioris domini si & ipse possideat.*
14 *Domini non pendent à subditis.*
15 *Dominus non perdit possessionem subditi sui per alium detenti.*
16 *Initium capturæ est inspiciendum.*
17 *Captus etiam blandicijs, in pace, ab eo qui sciebat bellum iri renouatum, non potest dici iure captus.*
18 *A, & Ab, an stent inclusiuè, an excluſiuè.*
19 *Momentum attenditur.*
20 *Absurdum omninò est vitandum.*
21 *Diffidatio noua an requiratur lapsa treuga.*
22 *Bal. varius in suis decisionibus.*

De varijs quęstionibus quæ incidunt in Inducijs. Titulus III.

1 QVAERO etiam †an violatis ex altera parte inducijs liceat eas violare etiam ex altera. Et Vincent. Hispanus Doct. antiquus dixit non licere: quem refert & sequitur Arch. in dicto cap. illi oratores, nume. 4. idem volunt Ioan. And. & Anto. de Butr. in capitu. sicut, el iij. de iureiuran. Idemque Ioan. And. in Sp. in rub. de treug. & pac. & idem Ant. de But. in cap. per uenit, de iureiuran. quem ad hoc simpliciter, vt ei mos est ista tractare, allegat Martin. Lauden. in tractat. de confeder. & pa. quæst. xvj. In quam sententiam accedunt Alexand. & Iaſ. in l. cum proponas. la ij. C. de pact. & Iaſ. in consi. clxx. lib. ij. Quod fortius procederet, vbi esset ex fœdere pactum non recedi ab inducijs, etiam si aliquid nouetur. Quod capitulum vidi appositum in illis decennalibus inducijs factis Niciæ. Et in hac materia est consi. Bart. Sozi. cclxij. lib. ij. quem allegat Corse. in tracta. de priuile. pacis, in

prin.nu.117.vbi latè hanc quæſtionem tractat,Ego aliàs cotrariũ, reſpondi,fretus autoritate Io.de Imo.qui hanc partem tenuit,in l. quod ſeruum,ff.de ver.ob.quod latius cõfirmat Abb.in c.j.de treu. & pa.& Archiep.floren.in ſum.in tertia parte,tit.iiij.c.ij.§.i. c.fi.

2 † Quod maximè verũ puto in induciis lungi temporis, ne melioris ſit conditionis fœdifragus,& perfidus quàm fidelis,& verax, & quia malè ageretur in bello ſi quis ſoli vacet deffenſioni, dũ alter rapit per fas,& nefas, præſertim ſi loca hoſtilia ſint valde proxima,quod conſiderat & dicit Sal.in d.l.ab hoſtibus,C.de poſtli.re. in ii. colum. verſicu. ſi autem non tantum ſe deffendit, dictum verò Vin.poſſet procedere in treuga paucarũ horarum, vel dierũ, & adhuc ex vrbanitate magis quàm deſtricto iure, Ad quòd apoſitiſsimè congruit exemplum ſuperioris Affricani, Cum enim induciarum tempore Cartaginenſes diſiectam vi tempeſtatis Romanam claſſem inuaſiſſent, & intra eaſdem inducias Cartaginenſium legatos fortuna ipſi Affricano in manum obieciſſet, Præfetus ipſe eos non induciarum modo fidem, ſed etiam ipſum ius gẽtium violaſſe, nihil tamen ſe facturum dixit nec inſtitutis Populi Romani, neque ſuis moribus indignum, ſicque liberos legatos dimiſit,quod refert Liuius terciæ Dec.li. vltimo,& ſunt valde leues rariones contrariæ partis,Nam quod dicit Arch. quòd licèt tu com buras domum meam non itidem licèt, & mihi tuam, Et licet tu proditionem facias,non etiam licet mihi, hæc militant inter pri-

3 uatos,† inter quos crimina & delicta mutua compenſatione non tolluntur,l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.At in caſu iſto debet eſſe locus regulæ d.l.cum proponas,& c.peruenit,de iureiu.ac cap.fruſtra,de

4 reg.iur, in vj.quòd † frangenti fidem, fides frangatur eidem: quia fruſtra legis auxilium poſtulat, qui in legem committit, & quod dicitur in l.quòd ſeruum,ff.de ver.ob.quòd offendens ex noua cauſa ſuperuenta non dicitur pacem frangere: Alia etiam ratio quòd poterit offenſus vlciſci finitis inducijs, non eſt honeſta neque tuta, maximè ſi eſſent diutin ę, Dicit etiam Corn.in conſi.xlij.ſub num. 8.lib.ij.quòd illud dictum Vincen.Hiſpani reſtringi debet vt non procedat,niſi in actu promiſcuo,& qui non pertineat merè ad rem bellicam, aliàs dicit, quòd nullibi terrarum ſeruaretur. Aequum eſt igitur,vt qui ſibi vult obſeruari obſeruet etiam ipſe, quod etiã

5 iuter priuatos procedit.† Neque decet cauillari pactiones & fœdera,prout Spartanus ille,ſiue Cleomenes, ſeu quiuis alius, qui cum triginta dierum inducias cum hoſte pepigiſſet, noctu agros hoſtiles populabatur, quaſi de diebus non de noctibus eſſet conuẽtum.

Huc

Huc pertinet factũ quod vidi, Pactum erat de induciis, Antequam publicandarum earundem dies aduenisset Dux alterius partis, cui de induciis innotuerat, licèt non etiã innotuisset alteri, Cumque pactum esset vt eis durantibus ita ab armis discederent vt eodẽ ista tu interim res essent, & vti possidebant, aut detinebant, ita possidẽt, & detinerent, multos ex militibus suę partis, etiam ternos, aut quaternos, dispersit in quã plures vicos, & oppida, & cum in eis reperti fuerint momento publicatæ Treugæ, crediderunt illa loca eis cedere belli & fœderis illius iure, fortè tamen de iure aliter se habebat, quando ea cautela fortè vti non licuit, argumento eorũ quæ dicuntur de decurione, cui innotuit diminuendum pretiũ tritici aut etiã cursum pecuniæ, & momento expendidit omne quod habebat, de quo per Bar. in l. contra, ff. de legi. in l. quæro, ff. de ac. emp. & argumento, eius quod dicit idem Bar. in l. i. in prin. ff. si qs test. lib. esse ius. fue. in q. de prę fecto vrbis, cui de more Imperator, cùm coronatur ex soluit omne ęs alienum, & ipse sciẽs proximam imminere coronationem, graue ęs alienum studiosè contrahit, vbi ẽt inducit Bar. ad eos qui in bello festinãt facinora cõmittere sub cõfidẽtia pacis de proximo fiendę. Neq; prę sentia aliquorũ pauco
6 rum militum proderat ad acquisitionem illorum locorum, † cùm neq; solo animo, neque solo corpore quęratur possessio, vt d. l. iii.
7 in prin. & l. quemadmodum, de acqui. pos. † Neq; tam pauci homines poterant illa loca acquirere, & antiquum dominũ & possessorẽ expellere, facit tex. in l. quod meo, §. fi. de acqui. pos. & potest dici, quòd illi pauci milites sparsi per loca detinebantur verius, quàm detinebant, quod in fim. dixit Bar. in l. vt habet, §. i. in vltimis verbis. ff. de preca. quod etiam infra latius dicetur. Disceptatum ẽt vidi super alio casu, occupabant Galli in Pedemontana hac patria seu Cisalpina loca quædã validis firmata præsidiis, inter quæ erant Ciuitates, etiam metropolitanę, vt Casale, & Taurinum, cùm autẽ ex fędere & induciis, sępè renouatis cautũ esset, vt partes ita possiderent sicut bello possederant, cùm multi pagi, & villæ vtrisque parerent belli tempore, vtrisque etiam conferrent in functionibus, & muneribus, multa etiam diplomata ab vtrisque ducibus impetrassent per quæ reducebantur sub protectione, quam vocant saluaguardiam, ipsorum præstitissent etiam aliquæ ex eis vtris-
8 que fidelitatis iuramenta, † quærebatur vtris cederent Pagi illi, & villæ, & quòd vici, qui subsunt præsidio cedant præsidio, videtur textus in l. qui ex vico, ff. ad municip. Imò etiam ei cedunt, cui sunt viciniora, argumento l. Insula, ff. de acquiren. rerum

domi.

domi. Aut ſaltem cùm ea loca in bello vtriſque paterent, videbantur ex fœdere reſtare communia, iuxta l. ſi duo, ff. vti poſsi.

9 † Dicebam in iſta acquiſitione quæ fit ex ipſo iure gentium, natu rale factum magis quàm ciuile debere inſpici, vnde vera, & fortis apprehenſio requiritur, iuxta l.j.in prin.de acquir. poſ.vbi omnes

10 not.maximè Iaſ. † Dum quærit, quare à corpore magis quàm ab animo poſſeſsio denominetur, ad quòd etiam facit text. in ea l.§.j. cum Glo.in ver.eam rem,& in l.denique.ff.ex qui.cau. ma.vbi dicitur quòd poſſeſsio plurimum habet facti, quod etiam tractatur in l.iij.in prin.de acqui. poſ. Ad hoc igitur vt pagi illi dicantur iure gentium,& belli quæſiti etiam præſuppoſita iuſtitia ex parte inferentis bellum, de qua non eſt nunc dicendi locus, vera,& actualis apprehenſio requiritur, neque acquiſitione, aut inuaſione partis ſequitur acquiſitio alterius partis non inuaſæ, l.quòd meo, in fi.

11 ff.de acquiren.poſ.xij.† Neque per iuramentum fidelitatis, vt de hoc incipiam dicere, quæſita eſt hoſtibus poſſeſsio, aut interuerſa domino, ita Inno. in c.dilectus, de capel.mona.quem Bald.ſequi-

12 tur, in l.ij.nume.50. C. de ſerui.† Sicut neque per recognitionem factam à vaſallo quæritur ius directum illi cui eſt facta, vt per Odofre.C.de pac.l.traditionibus, quem Bal.ſequitur, in cap.j.num.13. de cap. qui.cu.ven.vbi etiam Afflic.num.59. No. Can.in c.verum, vbi Panor.de fo.competen.& in cap.eam te, per illum textum, de iureiur.in cap.olim.el.j.eodem tit.quod etiam voluit Aret.in cõ ſil.xiiij.col.iiij.fortius dixit Gloſſ.in l.j.in fi.ff.de vſufruc. quemadmo.ca. et in l.j.C.vti poſ.quod etiam ſi vaſallus tradat rem feudalem non prę iudicat domino in ſua ciuili poſſeſsione, Quod tamen vix in materia bellica reciperetur, quia factum naturaliter attenditur, videnda ſunt etiam ea, quæ Doc.ſcribunt in l.interdum.

13 §.ſi qui alienam, de acquiren.poſ.† Neque pariter acquiritur poſſeſsio per illas præſtationes,& functiones ſiue reales, ſiue etiã perſonales, licet enim ex præceptis quibus paretur, maximè ſi in faciẽ do conſiſtant, acquiratur quaſi poſſeſsio iuriſditionis, vt per Inno. in cap.olim de reſtitu.ſpo.quem Bal.refert,& ſequitur, in d.l.ij.de ſerui.nu.54.ſi tamen antiquus dominus interim poſsideat continuãtur eius iura,& dominij,& poſſeſsionis, vt l.quamuis.§.j. de acquiren.poſ.vbi Bar.notabiliter diſtinguit, quia aut is, cuius miniſterio poſsideo verè & naturaliter trãsfert poſſeſsionem in alium et ego eam amitto, Aut fictæ transfert, et eam non perdo. Quod ſi primus poſsidet, impoſsibile eſt vt alius poſsideat, per rationem; l. ſi vt certo.§.ſi duobus, ff.commo.& l.iij.§.ex contrario, de acquir.

poſſeſ.

poſſeſ. Quod fortius dicendum eſt cum ſupradicti actus eſſent indifferentes,& generales,ipſaſque perſonas vicaneorum magis quã ipſos vicos,afficientes, qui non propterea neceſſario inferunt occupationem locorum.Non igitur probatur per tales actus poſſeſſionis tranſlatio, ſed locus erit dicto Inn.quem Bal.refert in d.l.ij. nu.15.vbi dicit quòd actus in differentes,pro miſcui & inordinati non probant poſſeſsionẽ.facit etiã quod dixit Bal.in l.j.col.iiij.C.
14 de ſer.fug.† quòd domini non pendent à ſubditis,qui poſsidentur
15 inuiti.† Et propterea infert,quòd ſi ſubditus meus ab aliquo detinetur inuitus,ipſe tamen vocat ſe ſubditum meum,& pro tali ſe gerit in eo quòd poteſt,non perdo poſſeſsionem meam, quam habeo in eo,vt ibi verſi.plus dico;loquìtur tamẽ de ciuili poſſeſsione,ſed neque in huiuſmodi inuaſionibus vici cedunt ciuitati,vt per Bar. & alios in d.l.iij.in prin.per Bal.in d.l.ij.nu. 58.qui allegat l.j.§.Iulianus.ff.de iti.actuque pri.Et facit d.l.quòd meo, §.fi. Quæ tamen diſputationes nunquam fuerunt deciſę, quia non habebatur Iudicis copia,& ius in armis erat. Neque iuſtior aut melior fuit cauſa præfecti cuidam præſidio qui nobilem virum iter illac facientem rogauit, & coegit apud ſe manere illo veſpere,qui erat dies induciarum,Et cùm inſequenti nocte ſui inducias violaſſent,quod præfectus iam ſciebat euenturum, mane retinuit nobilem illum, tamquam iure belli captum,& eum coegit ad taleam mille ſcuto-
16 rum† Initium enim capturæ,eſt inſpiciendum, & cõſiderandum, vt l.iii.§.Scio.ff.de mino.vbi Gloſ.& Bart.Quod maximè procedit quãdo finis neceſſariò regulatur à principio,vt ibi Doc. declarãt, maximè Albe.ante fi.propter quod dico, quod ſi iſte nobilis ſponte ſua remanſiſſet ea nocte in præſidio, iuſtè capi poterat, iuxta tex.in l.in bello,§.itẽ in pace.ff.de capti. ſed cum calliditate præfecti, & contra voluntatem ſuam remanſerit verè dici debet eum veſpere retentum, & ſic induciarum tempore. Neque enim is ſolum qui vinctus eſt,ſed & qui intra parietes tenetur vim, & carcerem patitur,l.ſuccurritur,ff.ex qui.cau.ma.nam & carceratus dicitur qui non poteſt pro libito diſcedere,vt dixit Ang. in l.qui in carcerem,ff.de eo,quod me.cauſa,poteſt tamen dici cum Bald.illa loquebatur, nauem ſolebat Vlyſſes,ſic nobilis illæ,qui & erat iuriſ con.allegabat iura verè facientia pro ſe, & alter qui erat miles,armis,& vi tutatus eſt cauſam ſuam. Incidit & alia quæſtio die quinta februarii anni,vt puto,1555.Fuerũt factæ iuduciæ quinquennales vltra mõtes per Sereniſsimos Reges Philippum Hiſpaniarum, & Henricum Francorum, ea die citra montes Dominus de Briſac,

Dux,

Dux armorum Francorum, expugnauit Vignale vbi erat præsidium Hispanicum,dicebatur autem in induciis ab hac die suspendatur bellum &c.quærebatur an dies illa esset de inducijs,& consequenter præsidium retineri non posset, tamqnam captum extra
18 tempus belli,† verba enim illa,ab hac die, possunt & inclusiuè intelligi,& exclusiuè, in dubio dicit Cy. qui tractat materiam istam in l.à calligato,C.de nup.vbi etiam Bal.quòd si materia est fauorabilis stabunt inclusiuè,vel exclusiuè si sit odiosa,At treuga fauorabilior est quàm bellum,& retentio, quàm occupatio. Hanc eandē quæstionē latius tractat Bart.ff.de leg.iij.in l.patronus.§.j.& quòd attinet ad tempus,dicit quòd si terminus potest contineri, stabit
19 inclusiuè,Ego credidi attendendum momentum.Nam†in his quæ sunt momenti ipsum valde inspicitur,vt per Bal. C. de fideicom.l. prædia,col.fi.& in,§.quin etiam,in tit.Episco.vel Abb. in vsi.feu. quod hic maximè est dicendum. Absonum est enim quòd perfectis induciis bellica vltra tractentur. Absonum est etiam, antequā concludantur, etiam dum tractantur, dicere quòd non sit tempus belli, & quòd non liceat omnia facere quæ ad bellum pertinent, neque est verisimile quòd partes in induciis voluerint includere tempus iā elapsum,Debet igitur bello & fato imputari quidquid ante inducias contigit.siue aduersum siue prosperum, pro quo facit quod dicit Bar.in d.§.i.quòd sequimur partem quæ excludit irrationabilem intellectum,quod etiam sensit Bal.in d.l. à calligato,in vltimis verbis, Dum dixit quòd stabunt dicta verba secun-
2 odum quòd dictabit recta ratio,& contrahentium intentio,† estq; omnino absurdum vitandum, prout in hac eadem materia dixit Bal.in consi.ccccl vii.incipiente,Reuerendus pater,lib. i.quod est repetitum,licet trunco capite libr.v.consi.ccccxii. Cum igitur ea die,ante conclusas inducias,liceret tractare hostilia, & post conclusas vltra non liceret,necessariò reducimus ad momentū, Quod in terminis pacis,nempè quòd quidquid agitur pendeat à momento,dixit Bal.in l.contractus, col.iii. versi. quæro quid de die, C.de fi.instr.quod idem Bal.dicit esse no.quia vidit in facto contingere,in l.si quis,§.si suo,versi.sed quam horam, ff.de vulg.sub. Quæ-
21 ro etiam † an transacto induciarum tempore noua requiratur denuntiatio,seu diffidatio,& Bal.in tit.de pa. const.in §.vasalli,lo vltimo,distinguit,quia aut non erat indictum,neque ceptum bellū, licèt fortè immineret,& essent iam partes in præparatoriis,& denuntiatio requiritur,quia tempus,inquit,non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis,aut iam erat bellum,& non est neces-

saria

saria; allegat l. si vnus, §.si cum eo,ff.de pac.quod supra arguebam posse restringi,nisi induciæ fuerint ad longus tempus,& vltra decennium.Gui.tamen Papæ Deci.cxcj.versi.dic ergo,simpliciter tenet quòd non requiratur diffidatio Ang.etiam in d.l.si vnus,§.j.de pac.dicit quòd lapsis inducijs,reincidimus in illum actum qui fuit
22 per eas suspen sus,† Sed idem Bal.vt est in omni quæstione inconstans,in l.illud, in vltimis verbis,ff.de acqui.hær.dicit,quòd si non habentes guerram faciunt treugam.videtur tacitè actum inter eos vt lapsa treuga sint in bello,quod tamen non puto bene dictum & forte Tutius est sequi simpliciter,& indistinctè dictum Ang.

HIC INCIPIT SEXTA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Pacta illicitæ societatis non sunt obligatoria.*
2 *Societas illicita non valet.*
3 *Socius an socio communicet quæsita ex societate altera.*
4 *Societas non debet claudicare.*
5 *Causa proxima est attendenda non causa remota,& nu.8.el ij.*
6 *Amicos pro amicis inimicos p inimicis habere paciscẽtes quo intelligatur.*
7 *Emens ab inimico fœderati,& dans illi pretium conuentum non dicitur facere contra fœdera.*
8 *Ex,ob,pp,hę dictiones an important causam immediatã an ẽt mediatam.*
9 *Vulnus lætale qualiter intelligatur.*
10 *Pensionis remissio propter bellum an fieri debeat.*
11 *Conductori an fiat remissio pp modicũ damnũ,& qualiter hoc intelligatur.*
12 *Emphyteutæ an fiat remissio propter bellum.*
13 *Damnum quod quis sua culpa sentit sibi imputet.*
14 *Quęstuarijs an fiat remissio propter bellum.*
15 *Suspicio,& timor belli an prosit ad remissionem pensionis.*

De varijs quæſtionibus bello contingentibus.
Titulus primus.



Ed vt ad ipſam belli materiam reuertamur, iam dixi ſupra licere militibus inter ſe paciſci de lucro ex hoſtibus quærendo inter ſe communicando, vt dixit Bal. in allegato conſi. cccl viij. lib. ij. qui allegat l. licet. C. de pac. Quæro igitur nunquid hæc pacta valeat inter latrunculos, id eſt eos qui verè non ſunt hoſtes, ſiue ēt cùm veri milites ſocietatem contra
1 hunt ad inconceſſa, puta cum prędan tur prouinciales ſuos, ſiue etiam hoſtiles, contra tamen fœdera, † & proculdubio non valent conſimilia pacta, per l. ſi reo, in fi. ff. de fi-
2 deius. vbi pulchrè & no. dicitur quòd † rei flagitioſæ coita ſocietas vim nullam habet, quod non minus eleganter dicitur in l. nec prætermittendum, ff. pro ſo. ibi, rerum inhoneſtarum nullam ſocietatē eſſe, neque eſt contra quòd Cice. in offi. dixit, leges eſſe, & latronū quibus pareant, quas obſeruent, laudarique dicit Bargulum inſignem latronem Illyricum, Viriatumq;, Luſitanū, qui propter æquabilem prędæ partitionem magnum nomen quæſiuere, magnasque opes. Nam quod dixit Cice. eſt facti, quod ego dixi eſt iuris, Cùm enim delictorum turpis, & fœda, vt dixi ſocietas ſit, vt etiam in l. quod autem. ff. pro ſocio, dicitur, non ſe intromittet de eis Iudex,
3 neque pro eis datur actio. Incidit autem hic quæſtio de qua contigit mihi iudicare, † Duo commilitones, Titius, & Seius ſocietatem inierunt eorum quæ in vrbis direptione æquirerent, Titius ignorante Seio, Sempronium ſibi ſocium aſſumpſit, quæritur qualiter quæſita communicabuntur, Et quidem non eſſe Sempronium Seio ſocium certum eſt, ſocij enim mei ſocius meus ſocius non eſt, vt dicitur, in l. qui admittitur, in fi. cum l. ſeq. ff. pro ſo. communicabit igitur Titius, qui eum aſſumpſit, Sempronio, quidquid ex Sei ſocietate conſequetur, Seius verò nihil ei cōmunicabit vt l. quidquid, quæ ſequitur, d. l. qui admittitur, & d. l. Nam ſocij, & conſequenter dimidium partis Titij habebit Sempronius; Credo tamen ſi celauit Sempronium de priori ſocietate cum Seio, quod ei tenebitur

bitur ad intereſſe, iniquum eſt enim ſi quid lucratur Titius communicare eum Sempronio ſolum pro quarta parte,dimidium habi
4 turus lucri ipſius,† Cum tamen non debeat claudicare ſocietas,l.Iulianus,§.à pupillo,ff.de ac.emp.qui eſt de caſibus in quibus damno eſt tacuiſſe,de quo per Glo.in l.ſcire,ff.pro ſoc.Sed an ſit communicaturus Seio Titius obuenta ad ſe ex ſocietate illa Sempronij? tex.in d.l. Et quidquid,ibi,ſed factum eius præſtabit ſocietati, innuit,quòd ſic,& ita Bald.intelligit in ſummario,d.l.q admittitur, Dicit enim,qui aſſumpſit,ſolus aſſumpto commun icat,& quod ab eo conſequitur,pariter primo ſocio communicat, quod eſt etiam de mente Fulg.ibi,Quod vereor verum ne non ſit. Societas enim hæc,quæſtus videtur ex propria perſona quærendi, non igitur extenditur ad aliundæ quæſita ,l coire,cũ lege ſeq. ff.pro ſo.vbi Bar. & Bald.ita ſummant.Pro ſocietate ſimpliciter contracta lucra tantum perſonalia communicantur, ad idem facit,l.cum duobus, §.fi. qui incipit ,cum erant duo, ff.pro ſo.vbi dicitur, quòd vnius negociationis ſocietas ad aliam non prorrigitur. ad quòd etiam facit,§.Papinianus illa ea,l.aliàs eſt lex,ſi fratres,eſſent tamẽ,vt puto
5 †conſideranda verba contrahentium,& ſecundũ quòd latè aut ſtricte ſunt concepta , ita iudicandum.In dubio vbi quæſita ex prẹda eſſent communicãda,non dicerem hoc lucrum quòd à Sempronio proceſsit eſſe ex prẹda,ſed verius ex quẹſtu,& contractu, inſpecta immediata cauſa & proxima,non primæua,& remota,vt d.l.quæſtus,ff.pro ſo.& propter dictionem ex,quę immediatam & ipſa cauſam reſpicit,propter quod dixit Bal.in c.j.§.iniuria,circa fi.de pa. iur.fir.quòd ſtatutum loquens de condemnato ex homicidio, non comprendit mandãtẽ,neque obſtat d.l.& quidquid,debet enim intelligi quòd prẹſtabit communitati factum ſocij , id eſt damnum iniuria vel incuria datum, quod declarant ſequentes ll. maximè,l. de illo,in prin.& ita intelligunt ibi Glo. & Doc. Quæro etiam, duo Principes fœdus inierunt,quo cautum eſt vt teneantur amicos vtriuſq; habere pro amicis & hoſtes pro hoſtibus, & quòd pro terris quas poſsident ſe inuicem iuuabunt,& bellum ac pacem faciẽt: modo alter ex eis emit à quodam alio Principe vnam ciuitatem, quam ante hoc fœdus occupauerat huic fœderato ſuo,an dicatur fẹdus violaſſe ?Pau. de Caſt.in conſi. ccxcv.viſo ſupraſcripto punto, lib.j.concludit quòd non;quia fœdus loquitur de terris quas poſſident cùm fit fœdus,non ergo extenditur ad ante illud amiſſas,ſed neque tenebatur,inquit,virtute fœderis auxiliari fœderato ſuo ſi bellum voluiſſet mouere pro illa ciuitate,vel occupatorem illum

6 habere pro hoſte, † quia illud capitulum de tenendo amicos pro amicis,& hoſtes pro hoſtibus,intelligi debet quo ad bella neceſſaria,non quo ad voluntaria, Et quo ad iuſta, non ad iniuſta,Item & ad deffenſam non etiam ad offenſam, vnde neque inuaſor ille an-
7 tiquus, & ante fœdus, erat, vt dixi pro hoſte habendus, † neque ex eo quòd ſit ei data pecunia & pretium pro empta Ciuitate,dicitur fieri contra fœdera,aut pręberi hoſti auxilium,ita Pau. ſubiungitque ibi,in iiii. col. verſi.præterea & vaſallus, quòd hic tercius Princeps erat prius amicitia coniunctus huic emptori, & erant compatres. incidimus ergo in circularem quæſtionem illã, quòd ſi ego debeo habere pro inimico inimicum tuum,& tu amicum eum qui eſt amicus meus,ſi idem ſit tibi inimicus,& mihi amicus iam non poterit ſtari pacto propter repugnantiam,vel præualebit quod eſt humanius. Quæro & de alia quæſtione,pactũ eſt vt damna ex bello illata ſarciantur, reſtringentur ne pacta ad immediata illa damna quæ intulit calamitas belli, an verò,& ad illa etiam quę propter belli cauſam prouenerunt,& tex.in l.j.§.ex incẽdio,ff.de incen.rui.naufra.dicit quòd bello amiſſum dicitur quod propter cauſam belli amittitur,& in hanc partem inclinat maior, & communior pars Doc.vt in d.§.ex incendio,& in l.bello amiſsi, ff.de excu.tu.Et propterea infert Alb.ibi, quòd cum equus cuiuſdam nobilis de Sabaudia,qui erat prætor Patauii, in prælio fuiſſet vulneratus,& ſubinde mortuus,fuit ei equus ſatisfactus de conſilio Vber.de Bo.quòd etiam dicit ibi Bar.in principali quęſtione, Puto diſtinguendum an propter ipſum bellum damnum contigerit aliàs non euenturum,tũc quaſi ex ipſo bello dicitur quis damnum illud pati, & erit tunc locus pacto vt reficiatur & ſatisfiat, Aut aliàs euenturum erat,& ſecus puto,facit in argumentum, l.ſocium qui in eo, §.ſocius, ff. pro ſo. dum fit differentia an incidat quid in ſocietatem an verò propter ſocietatem, prout diſtinguitur an ex re mea proceſſerit pecunia,an verò propter meam rem,
8 vt in l. eo tempore, in fin. ff. de peccu. vbi Bartol. facit † conſimilem differentiam inter ob, & ex,& inter de, & ex, per iura quæ allegat. Cauſa enim proxima, & immediata inſpicitur vt dictis iuribus, item & origininaria non accidentalis, l. ſi hæres, de acti.emptio.declaratur in l.vltima in tercia oppo. C. de contrahen. empti. Idem tamen Alber. in l. abeſſe. ff.ex quibus cau. ma. Dicit quòd ſi militibus ex pacto debent equi ſatisfieri qui peribunt in caualcata, ſi miles iuit Mediolanum miſſus à paciſcente, & incendio in hoſpitio exorto equum amiſit, dicit quòd

debet

debet ei satisfieri, quia dicitur esse in caualcata quousque sit reuersus, quod etiam dicit in l. legato .ff. de legatio. vbi dicit se obtinuisse in facto. Verum quia in hac materia iura videntur variè statuisse, nam in dict. l. j. §. ex incendio. dicitur à pari procedere, siue ex bello damnum sequatur, siue propter bellum, quod etiam dicitur in l. prætor .§. si cum seruum .ff. vi bo. rapto. alibi verò magna vis, & differentia fit an aliquid sequatur ex re vel propter rem, vt in l. vnica .C. si ser. exte. in l. eo tempore, in fin.ff.de pecu. Doctores solent distinguere, aut casus superueniens habet necessariam consequentiam ad Principem, aut non, primo casu idem iudicatur vt de primo, secundo verò non ita Alber. in l. damni .§. Sabini, in summario .ff. de damno infecto, quod est consonum ei, quod dixi suprà, an esset necessario euenturum, an non. Alibi verò distinguunt inter materiam correctiuam iuris communis, & eam quæ illud non corrigat, & inter materiam odiosam, & fauorabilem. in materia enim correctiua, vel odiosa, quod propter bellum fit non dicitur ex eo fieri, at cùm sumus in fauorabilibus latius interpretamur, & causa etiam remota inspicitur, siue etiam impulsiua, aut materialis, vt per Alber. in dicto §. ex incendio, in dicto §. Sabini, vbi inducit ad multas quæstiones, & in l. bello amissi, per illum text. vbi etiam Bal. ff. de excusatio. tutorum.

Et ex supradictis apparet quòd ex varietate casuum variè potest statui. Quid enim si stante statuto aut pactione quòd equi militum, qui in bello morientur, vel boues quos villa mittere cogitur cum exercitu, satisfiant dominis si eos in exercitu mori contingat, & eueniat vt vulneretur equus in acie, & cum domum est reductus incendio vel ruina opprimatur in stabulo: vel bos lassus dum dum reducitur incidit in latrones, qui illum rapiant; certè non dicentur bello amissi, facit in argumentum tex. in l. huic scripturę .§. si seruus, in l. item Mela. §. Celsus ff. ad l. Aquil. In casu tamen bouis suadet æquitas contrarium, nam casus ille ex latronibus contigit propter exercitum, cùm ille pauper rusticus non esset aliàs illò iturus; In casu etiam de equo vbi in acie ita esset vulneratus, quòd certum est eum euadere non posse, crederem attendi vulnera & non casum ruinæ, argumen. l. ita vulneratus .§. j. ad legem Aquil. Et quamuis d. l. ita vulneratus, videatur contraria dictis legibus, Item Mela. §. Celsus, & dicto §. si seruus, dum vbique præsupponitur lætaliter vulneratum & tamen variè statuitur, Puto pro solutione dicendum

quod

9 † quòd aliqua ſunt vulnera quæ videntur quidem medicis lętalia, vel ex loco vel ex alijs circumſtantijs , non ſunt tamen ſine ſpe auxilij , Aliqua verò ſunt omnino mortifera ita quòd impoſsibilis ex chirurgica arte conſpicitur eius curatio , & primo quidem caſu mors ex aliquo caſu ſuperueniens excuſabit primum vulnerantem,quod facit ad caſum,quem vidi in facto contingere, cùm quis eſſet grauiter vulneratus , & medici ab initio reſpondidiſſent vulnus aliquod videri lętale nō tamē omnino id eſſe certū & poſt mēſem ſuperuenit fębris,& mortuus eſt, cenſetur enim vel ex fębre,vel ex mala cura,aut malo regimine mortuus non ex vulneribus,& ita vidi conſultum per Sozi. Altero verò caſu quidquid poſtea contingat vulnerato,nō excuſabitur vulnerans,etiam à reatu,& pęna homicidij,ita eſt de mente Glo.in d.§.ſi ſeruus, in verſi. mortiferé,& in d.l.ita vulneratus,in ver.teneri. vide etiam aliqua in materia per Fely.extra de homici. c.ſignificaſti,el ij. col.ij.& in c.preſbyterum,col.j.eo.tit. Hinc etiam infertur ad quæſtionem
10 de Conductore † an ei debeat propter cauſam belli fieri remiſsio, & dic quòd aut pactum eſt, & ſtabitur pactis , quod dicitur , in l.j. C. de iu. emph.ibi,quæ inter partes placuerint illibata ſeruentur, Aut nihil eſt dictum,& tunc aut damnum eſt graue,& fit remiſio,
11 cùm ſit damnum fatale, l.ex conducto,§.j.ff.loca. † aut eſt leue,& nihil remittitur,quia modicum damnum debet pati coductor, cui immodicum lucrum non aufertur: vt dicitur : in l.conductor ,§. ſi
12 merces,illo eo.tit.† In emphyteuta tamen ſolet aliter diſtingui, prout latè Iaſ.proſequitur in l.j.nu.81.de iu.emphy.& de mente antiquorum concludit nullam fieri remiſsionem, niſi cum nulli penitus percipiuntur fructus.Ego verò aliàs in facto reſpondi,quòd ſi nomen quidem contractus ſonet in emphyteuſim , effectus verò ſit ad inſtar locationis,vt cum reſpondet fictus , & penſio portioni dominicæ fructuum prout fit cōmuniter in ciuitate Aſten. in qua omnes vocant emphyteuſim,& nihilominus penſio eſt de quincunce,ſiue ad rationem quinque pro centum , ſequar effectum , magis quàm nomen,cum magis ſit conſiderādus effectus contractus, quā ipſum nomen,l.ſi vno,§.j.ff.loca.l.inſulam,ff.de preſcrip. ver. & c. conſtitutus,de relig.do.vbi emphyteuſis capitur pro cenſu,aliquādo etiam capitur pro locatione,vt per Iaſ.in d.l.j.nu.35.per Felyn. in c.in tantū,col.ij. de ſimo. & de materia poteſt videri Deci.cōſi. clx.col.j.clxiij.col.ij.in fi.cccxv.nu.2.413. nu.5. & mille alijs lo-
13 cis. Solet etiam inſpici tempus celebrati contractus,† an potuerit conductor caſum prænidere , vt ſi in ipſo belli ardore contra-

xit,

xit,neque enim fiet ei remiſsio,propter regulam damnum, quod quis ſua culpa ſentit,&c.& eſt tex.ĩ l.qui bona.§. de illo.ff.de dam. infec.quod Bal.tractat in tit.de pacẽ conſtan.in,§.vaſalli,qui tempore.Quæ autem dicatur magna,vel leuis læſio tractat Bart. in l.ſi vno,§.pen.ff.loca. Quærit etiam Bal. in conſi.ccxlvij.ſi propter
14 guerras,lib.iij.† An iſtis Quæſtuariis ſancti Bernardi, ſancti Antonij,ſancti Bouis,cęterisque iſtiuſmodi,conducentibus, ſeu ementibus à Dominis Abbatibus illorum locorum, quæſtum iſtum annuum,debeat fieri remiſsio propter bellum, & ad partem negatiuam dicit quòd videntur emiſſe iactum retis,aut aleę,contrarium tamen concludit, quia non eſt ſimilis in certitudo huius quęſtus, & aleæ cũ vno caſu ſit omnimoda incertitudo,Altera verò ſit quid
15 certum de incertis. An verò † ipſe timor belli ita profit conductori ad remiſsionem impetrandam ſicut ipſum bellum, tetigi ſupra in quęſtione cui magis accedant inducię paci an bello, allegãdo Pe.de Ancha.conſi.lxxxviii.& præter ibi dicta vide Io.de Imo. in conſi.vii.verſi.reſtat videre,qui tenet quòd prodeſt, ipſumque refert,& ſequitur Dec.in conſi.dcxcvii.num.12.& faciunt verba Cice.in oratione pro L.Manilia,ſupra relata,cõſideranda erunt tamen multa,& in ſpecie quàm diutinum fuerit tempus vigentis ſuſpicionis,quale,quantumuè damnum attulerit vanus ne fuerit timor,an omnium,vel maioris partis dubitatio,vt in l.habitatores, §.fi.ff.loca.in materia verò iſta dicit Ripa in trac.de peſte in c. de priui.nu.133.quòd tempus, quo timetur renouari bellum, magis accedit bello,quàm paci,vbi etiam citat locum Cice.de quo ſupra licet dicat in oratione pro Gn.Pomp.quæ eſt tamen ea, quã dixi.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati an propter bellum collectari poſſint.*
2 *Collecta ſi multiplicatur qualiter,& quos obliget.*
3 *Subrogatum eſt eiuſdem naturæ cum eo,cuius loco eſt ſubrogatum.*
4 *Collecta quando imponatur propter bellum his qui habent priuilegia immunitatis.*
5 *Immunitas in extrema neceſſitate non prodeſt.*
6 *Eccleſia quando teneatur conferre cum laicis.*
7 *Facultates laicorum non ſufficere quando dicantur.*
8 *Laici opido infeſti ſunt clericis.*
9 *Clerici ſunt ſanctiores laicis.*
10 *Clerici debent eſſe miſericordes erga laicos.*

11 *Professio, & desiderium tuum inter se discrepant.*
12 *Ecclesiastici ragulariter ad onera, & collectas non tenentur.*
13 *Ecclesia an possit muniri pro propugnaculo.*

An priuilegiati conferant ad Bellum. Titulus II.

1 QVAERO etiam † an priuilegiati conferant in collectis & publicis alijs functionibus quæ imponuntur propter bellum? & tex.cum Glo.in l.j. C. vt ne. li.in emp.spe.se excu. lib. xij. dicit quòd sic; & ibi hoc tenet Bar.qui allegat Dy.in l. si ex toto .ff. de lega.j.vbi hanc materiam explicant scrib. omnes, vbi Ias.dicit quòd opi.Dyn.cõmuniter tenetur; Bal. verò in consil.ccccl viij.cuius initium est,lata fuit sententia,li.iij.quod est repetitum lib.v.cons.ccccvj.latè examinat materiam d.l.j.& distinguit inter stipendia militaria,& cætera, quę propter bellum contingunt,stipendia quidem ipsa habent, inquit, certam, & ordinatam prouidentiam, & ad ea sufficiunt vectigalia, & cętera quæ à collatoribus pręstantur,vt in auc.vt iudi.sine quo. suffra.§. oportet.At in his quę raro contingunt, neque facile pręuideri possunt, prout in emptione specierum tempore famis, secus innuit, propter quod colligitur ex dictis eius quòd si desint stipendia illi soli conferent,qui solent in cæteris conferre quæ ad stipendia pręstantur; cum istud sit grauamen ordinarium, habens ordinatam formam,neque grauabuntur priuilegiati, secus si quid contingat, inopinatum & grauè; Quæ fuit fortè ratio specialitatis quam dixit Ray.in d.l.si ex toto, licet Iaso. non memor illius consil. dicat, quòd illud est refugium miserorum;& fortè etiam huc tendit ratio Bal.in d.l.si ex toto,dum distinguit an collecta imponatur per nomina multiplicatiua,an verò simpliciter; † dum enim simplex du-
2 plicatur vel multiplicatur is solus tenebitur ad multiplicatum qui tenebatur ad simplex,argu.eorum quæ dicit Bar.in l.j.vers.quæro vtrum.C.de mulie.& in quo lo.li.x.Et Bal.C. de execu. rei iu. in l.
3 etiam,col.vlt.vers. hoc modo, dum volunt † quòd quando vna pecunia subrogatur loco alterius ad aliquod munus publicum, inspicitur origo,vt sciamus qui teneantur;de quo etiam per Bal.in c. j. §.conuenticulas,col pen.& fi.de pa.iur.fir. & per Ripam lib.ij. respon.c.xxvj.col.vlt.quamuis Ias.in d.l.si ex toto col.iij.ver.iij. fuit opin. mordeat istam rationem Bal. At quando munus simpliciter imponitur,facilius potest priuilegiatis pręiudicari, posset tamen

esse

esse tanta amplitudo clausularum,& priuilegij quòd ẽt casus belli continebitur,quod dixit Paris.in consi.lxviij.lib.j. quod reddidit dominis de Sarralunga conciuibus meis Alben.quod tamen priuilegiũ in retrofluxis calamitatibus bellicis malè fuit eis obseruatũ.

4 † Et verè tãta tanquã vrgens posset esse necessitas,maximè si non posset ei prouideri sine collatione priuilegiatorũ, quòd túc ęquũ esset ipsos debere conferre,quod dixit Soz.in .d.l.si ex toto.in iij. & iiij.concl.faciunt quę habẽtur et no.in c.non minus, de immu. eccle.si enim his casibus confert ecclesia,quanto magis conferent qui habent priuilegia à principibus,qui non raro sunt liberales,& munifici de alieno,quod reprehendit Lu.de Pen.in l.actores. C.de

5 exac.tribu.li.x.† Imò tanta posset esse necessitas quòd ẽt conuentionalis immunitas,& quæ trãsiuisset in contractũ,nõ prodesset argumento l.Fistulas,§.frumenta,ff.de cont.emp.& eorũ quæ Bar.dixit in l.Seio.§.medico,ff.de ann.lega.& quæ habentur,in l.sed & si

6 quis.§.quæsitum.ff.si quis cau. vbi dicitur † quòd is, qui in se suscipit omne periculum casus fortuiti non tenetur de valde insolido.

7 Quod autem dixi suprà † teneri ecclesiam conferre cum laicis quã do eorum facultates non sunt habiles ad ferenda onera,extenditur etiam ad casum quando damnum quod pecunia redimitur,futurũ erat commune ecclesiasticis sicut laicis,prout in casu quando imminet dirreptio ciuitatis, vel inuasio, & deprædatio territorij, et fit compositio in pecunia,de quo per Bartol.in l.nullus,C.de cursu pub.lib.xii.quod latè tractat Ias.in d.l.si ex toto,nu.16.qui tamen non allegat Pet. de Anchar. in consi. xcvj. super dicto dubio. Quando verò dicantur laicorum facultates non suppetere,non de

8 claratur,solent autem sępe laici occasionem pro causa sumere,† cũ sint opido infesti clericis,c.clericos,& c.laici,ii.q.vij.Aequius est igitur hoc committere arbitrio Diœcesiani, cum & in d.cap.non minus dicatur, quòd Episcopus, & Clerus inspiciant quanta sit vtilitàs, & necessitàs occurrens,quando dicitur, quòd facultates

9 non sunt idoneæ, & hoc videtur iustius, † cum sint perfectiores laicis,& sanctiores, et dignius ad se trahat minus dignum, argum. cap.quod indubijs,de consecra.ecclesiæ,no.Bar.C. de appel. l.præ

10 cipimus.§.eo. † Sed & ipsi debent,cum verè subest causa,faciles se pbere collationi & subleuatiõi afflictorũ,ne possit eis obijci quod Impator obiecit Philosopho immunitatẽ à collectis petẽti in l.pro

11 fessio.C.de mun.patri.li.x.† professio,& desideriũ,inquit,tuũ inter se discrepant,nã cũ Philosophũ te esse proponas vinceris auaritię rapacitate,quę verba ad hoc cõtra Clericos vsurpat.Lu. de Pe.ĩ

l.fi.circa fi.cõ.verſ.honeſtè igitur facerẽt clerici.C.de exac. tribu. libr. x.Et quamuis idem Lucas dé Penna,in d.l. vltima,in ſecunda colum.verſic.& quidem Eccleſiæ, enumeret multos caſus in qui-
12 bus eccleſia & clerici, tenentur conferrè cum laicis, † tutius & verius puto ſimpliciter dicere quòd ad nullos teneatur,extra duos ſupradictos,cũ de cõi cõmodo agitur, & valde exhaudiſti ſunt laici,& deficientes ſub onere collectarũ, quod adhuc intelligo ſecũdũ diſtinctionẽ de qua in c.aduerſus,d.ti.de immu.eccle.vt fiat cõ ſulta ſede Apoſtolica,niſi vrgeat neceſsitas: Fortè dici poſſet non ſufficere laicorũ facultates qñ onera abſorbent paulo minus quàm totos annuos fructus & reditus,ar.l.qui bonis,ff.de ceſ.bo.vbi Bar. & per eũ in l.pe.ff.de ali.& cib. lega. Hic verò incidenter quæ-
13 ro,† liceat ne tempore belli facere in eccleſia propugnacula, eãq; munire,ſeu vt aiunt,incaſtellare aduerſus hoſtes:Et legiſtæ dicunt quòd licet,ita Bal.C.de ſum.Tri.l.nullus,qui allegat ad hoc Iaco. de Are. Cy. & Pet.Dicit tamen, quòd Canoniſtę hoc non concedunt, & verè Can. in hoc diſtinguunt, Hoſt. enim in ſumm.§.in quantum,verſicu. item eccleſia, dicit quòd hoc non poſſunt facere qui bellum inferunt, maximè prædones, Tempore tamen neceſsitatis, cum licentia Epiſcopi, metu hæreticorum vel paganorum, ſeu etiam latronum, vel pro rebus eccleſiæ tuendis, dicit ad tempus poſſe hoc fieri, ita vt ceſſante difficultate & neceſsitate illa,demoliantur conſtructa, quod ſatis eſt de mente Arch. in cap.ſanctorum, x.q.ij. vbi breuius dicit poſſe hoc fieri ad defenſam,non ad offenſam,quod latius Abb. proſequitur in d.c.non minus,aliàs in c.cum eccleſia, d. tit.de immu. eccle.

HIC INCIPIT SEPTIMA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Præmio, & pœna Reſpublica ſuſtinetur.*
2 *Pater donat filio, & vxor viro in caſtrenſem vſum.*
3 *Lucrum dotis an ſit mariti militantis an verò patris ipſius.*
4 *Filiusfa. miles teſtatur de caſtrenſibus.*
5 *Filiusfa. miles togatæ militiæ teſtatur etiam ipſe de ſuo peculio.*
6 *Cardinalis filiusfa. an validè teſtetur.*
7 *Filiusfa. miles ſubſtituit filio pupillariter.*
8 *Miles teſtatur vt vult, & vt poteſt.*
9 *Teſtes duo in teſtamento ſufficiunt, hoc tamen intellige vt ibi.*
10 *Clauſula codicillaris ſubintelligitur in teſtamento militis.*
11 *Miles in caſtrenſibus directo poteſt ſubſtituere omni tempore.*
12 *Intellectus nouus ad l. precibus, C. de impub. & alijs ſub. & ad l. Centurio, ff. de vulg. ſub.*
13 *Lex precibus, & lex Centurio aliter declaratæ quã alij Doc. intellexerint.*
14 *Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
15 *Leges multæ, quæ videntur contrariæ declaratę in eo quòd dicitur quòd inſtitutus in re certa capit totum, quod in militis teſtamento videtur variè per ll. deciſum.*
16 *Ius accreſcendi an in teſtameuto militis locum habeat.*
17 *Prohibitus ſuccedere per ius accreſcendi an cenſeatur. prohibitus, & ab inteſtato.*
18 *Lex ſi filius, §. Papinianus. ff. de bo. libe. aliter declarata quàm Doct. intellexerint.*
19 *Hęreditas poteſt ad tempus per militem dari.*
20 *Filij natiuitas non rumpit teſtamentum militis.*
21 *Miles de ſtatu ſuo incertus poteſt teſtari.*
22 *Miles ita reuocat teſtamentum prout conficit.*

23 *Teſtam. à pagano cõditũ ualet iure militari, ſi ita uelit miles poſtea factus.*
24 *Miles poteſt cum multis teſtamentis decedere.*
25 *Teſtamentum imperfectum poſteà factum irritat primum ſolemne.*
26 *L. miles ſi teſtamentum, ff. de mil. teſta. aliter quã à ceteris Doc. declarata.*
27 *Comites caſtrorum teſtantur iure militari.*
28 *Deſtinatus militiæ an habeatur pro milite.*
29 *Damnatus ad mortem teſtatur de caſtrenſibus.*
30 *Miles damnatus ad mortẽ trãſmittit bona Caſtrenſia ad legitimũ hæredẽ.*
31 *Trebellianica an detrahatur de bonis militis.*
32 *Militia miſſus an retineat priuilegia teſtamenti militari iure facti.*
33 *Annus miſſionis aliqua habet priuilegia vt ibi cum duobus uerſ. ſeq.*
34 *Miſſio honeſta.*
35 *Milites poſt quot ſtipendia miſſionem acciperent.*
36 *Præmia emeritis debentur.*
37 *Exauctoratio, & miſſio in quo differant.*

De priuilegijs militum. Titulus primus.

1 

OLON, vt inquit Cicero.† duabus rebus Rempub. contineri dixit, prẽmio, & pẽna, digna talibus viris ſententia: Cum ſit impoſsibile diu Ciuitatẽ poſſe ſubſiſtere in qua non ſit virtuti honor & prẽmium, Crimini autem pẽna. Cùm igitur antiqui milites graues ferrent labores pro Repub. non immerito, & prẽmia. & prẽrogatiuę, ac priuilegia non pauca ſunt eis conſtituta; quæ ſi non omnia, maximam certè eorum partem re cenſere eſt animus, vt certent noſtri quoque milites fortiter, & bene faciendo dignos ſe præbere quibus ea ipſa ẽt
2 nunc debeantur. Primum † ſit igitur priuilegium vt quęcunque miles à parentibus dono accepit, quæ ſint tamen vſui apta militari, Caſtrenſis iuris, & pęculii efficiantur, l. ſi mulier, l. miles, & l. Caſtrenſe, ff. de caſtren. pecu. quamuis aliàs non ſubſiſtant donationes parentum in liberos. Qua etiam ratione poteſt, & mulier ea donare viro ad militiam eunti, quæ & ipſa ſint apta militari vſui. ſi tamen dictum ſit donari ob militiam, vt l. ſi fortè, verſi. planè illo eodem titu. At ſi donet vxor ſimpliciter, ſiue ſi non congruant militię res datę, non valet donatio, neque ſi dictũ ſit ob militiã donari

nari,hoc posteriore casu cum res inepta & indecens est militi; ve
ritate verborum fuco magis valente,vt d.l. si fortè,de castren.pe-
cu. possetamen etiam in re inepta donum valere, si datum esset
vt eo vendito apta coemantur,arma fortè aut equi,vt Bart.decla-
rat in l.illa,variè igitur vt vides lector statuitur in his quæ donat
vxor viro in militia. Sed, & variè in alio notabili casu inter eas-
3 dem personas statuunt iura; † cum militis vxor moritur, si is pa-
trem habeat superstitem, nam si ad virum pacto vel statuto dote-
ratur dotis lucrum, id, ceu matrimonio cohærens, eius oneribus
ascribitur,liberisque communibus, qui in aui sunt potestate, con
fertur; At si hæreditas ipsa vxoris deferatur,aduentitio iure ipsi fi-
liofa. quæritur,& inter castrensia habetur, l.cotem,in princi.ff. de
castren. peccu. in qua etiam l.in.§.j.vt id obiter dicam, statuitur,
quòd etiam fratris cõmilitonis hereditas fratri delata iure castren
si habeatur, si ipsi fratres in ijsdem castris, aut in eadem prouincia
militent,at si in diuersis secus;quasi contubernium attendatur ma
gisquam ius ipsum sanguinis;vsque adeo verò habet filiusfa.miles
castrensium liberam administrationem vt etiam si sui iuris effe-
ctus rursum se adoptione in patriã manum reponat administratio
nem nihilominus retineat,vt l.miles.§. paterfa. de castren. pecul.
4 Secundum est priuilegiũ † filij fa.militis vt liberè possit de ca-
strẽsibus testari,l.ex militari.§.si filius,l.si certatũ.§.si pater, l. mi-
5 les,& l.se.ff.de mili.te. † Quod priuilegiũ etiã ad inermẽ seu toga
tã militiã extenditur,vt l.fi.C. de inoff.test.Poterit igitur testari fi
lius fa.Doctor de suo castrẽsi peculio vt ibi; Seruata tamẽ iuris cõ
munis solẽnitate,vt ea l.§.in his, Ibi, vltima secũdũ leges condere
elogia.Cuius legis nõ fuit memor Ias.in l. quãquã.C. de mil. test.
6 nu.iiij.& v.in quæst. de Cardinali filiofa. † an ei testari liceat,vbi
Bal.reprobat,qui dixit quòd poterit testari iure militari,nã debet
intelligi,vt puto,secũdũ distinctionẽ d.§.in his, Dixit tamẽ Mar.
Lau.in trac.j.de Cardinali,q. xlij.quòd secundum Host.Cardina-
les de consuetudine Rom.Curiæ non possunt testari,nisi de licen-
tia Papæ;sed idem Lauden.in trac.ij.de Card.q. lvij. vbi etiam al-
legat dictum Host.illud restringit ad monacum vel aliàs claustra
lem factum Cardinalem,vt per Bal.in aucten.licet.C.de epis.& cle
ri.Aliàs dicit se nõ videre quid obstet quominus testari possit,per
iura in c.j.in c.cũ in officijs,& c.relatũ,de testa.vbi tamẽ vera esset
cõsuetudo dictæ Curiæ illa esset omnino seruãda; quod verũ puto.
7 Extẽditur † militare hoc testãdi priuilegiũ etiã quo ad pupilla
rẽ substitutionem, quod est quidẽ testamẽtũ filij,cõceditur tamen

patri

patri eidemque filiofa.illud condere,l.cum filiusfa.ff. de mil. teſt. Non poteſt tamen huic filio ſuo tutorem dare,ne incipiat auo eſſe iniurioſum priuilegium, vt ea l. Poteſt etiã hunc eundem filium ſuum à ſucceſsione caſtrenſium bonorum excludere,etiam inclu-ſa legitima arg.l.ſi à milite,in fi.& l.ſe.eo.ti.& per Bar.in l.preci-bus,col.ij.in fi.C.de impub.et aliis ſub. quod latius infra explica-bitur. Teſtabitur autem filio ſuo impuberi ſiue ſoli, ſiue ſecum

8 vt l.in fraudem.§.miles eo.tit. Aliud & quartum eſt circa † teſta menta ipſa priuilegium,vt quo modo velint, & quomodo poſsint teſtentur, l.j.de milita.teſta. cum diſtinctione tamen, quia aut in

9 Caſtris teſtatur, & extra omne vitæ diſcrimen, † & debet adeſſe te ſtamento duo teſtes rogati, l. diuus,eo. titu. Aut in ipſo conflictu, et ſufficit probatio vel per duos fortuitos teſtes, vt eo. tit. l. Lu-cius; quod declarat Glo.in l.j. illo tit. Quinimò eo in caſu ſuffice-ret ſi in clypeo, aut in puluere,ſanguine forſitan ſuo,& digito, hæ redem ſcripſerit,vt dicitur in l.milites.C.de mili.teſ. Aut teſtatur domi,& iure communi teſtabitur, vt d.l.milites. Eſt & aliud pri

10 uilegium, † vt in eius teſtamento quod iure communi condidit, ſub inteſligatur clauſula,ſi non valet communi iure, valeat ſpeci

11 li, vt l.iij.ff. eod. tit. Eſt etiam aliud † vt poſsit in caſtrenſibus cuicunque hæredi directò ſubſtituere,ſicut ſi teſtaretur pater im-puberi filio, l.milites,la i.vbi etiam Glo.eo. tit. Minus igitur mi-rum eſt quòd in l.Centurio,ff.de vul.ſub.dicitur quod etiã filio ſuo poſt pubertatem eodem modo ſubſtituit, Erit tamen hæc differen tia inter caſtrẽſia bona,& paganica,vt in illis quidem,etiã poſt pu bertatem,valeat iure directo, intra ętatem verò pupillarẽ valeat quo ad omnia,verùm quia via hæc eſt ſalebricoſa, attende lector,

12 † Nam quòd pater poſsit filio impuberi intra pupillarem ætatem in omnibus bonis, etiam excluſa penitus matre, directò ſubſti-tuere & pupillariter, ex nullo verſatur militari priuilegio, ſed communi iure omnibus conceditur,l.Papinianus, §.ſed nec impu beri,ff.de inoff.teſta.no.omnes in l. precibus C. de impube. Sed in hoc priuilegiatur miles, quòd poteſt in omne tempus directò ſub ſtituere,& valet ſemper,Quod eſt ſecus in pagano,quia poſt puber tatem expirat ſubſtitutio illa directa, penitus, vt per Glo. in d. l. Centurio. fateor tamen quòd in milite poſt pubertatem filij, non extenditur ſubſtitutio ad alia bona quàm quæ à patre obuenta ſunt,in quibus etiam mater excluditur,vt per Bar.in d.l.precibus, & in d.l. Cẽturio,& quamuis hæc iura videantur inuicem pugnan

13 tia,& ecõtraria,† quia in l.precibus,innuitur quo d in teſtamento

militis

militis cõpendiosa substitutio post pubertatem trahatur ad fideicommissariam, Et in d.l. Cẽturio probatur quod substinetur vti directa, pro cuius contrarij solutione Ias. in d.l. precibus, multũ laborat, Enarratis septẽ opinionibus antiquorũ doctorũ qui varia senserunt, vt ego homũcio pro paruitate ingenij aliquid dicã eius qđ sentio, salua tantorum patrum reuerentia, Dicendum puto, quòd in d.l. precibus, sit substitutio fideicõmissaria, & verba illa, velut ex causa fideicõmissi, vim habent veritatis non autem similitudinis; quidquid Fulg. ibi, & Ias. subtilizent; Neque enim minus potest dictio, velut, nota esse veritatis quàm dictio, Quasi, vt per Glo. & Doc. in c. gratum, de offic. del. vbi Feli. col. iiij. c. fi. more suo latè comprobat: At in l. Cẽturio, erat substitutio verè directa. Ratio autem differentiæ, ex facto non ex Iure insurgit, nam in l. Centurio, clarè dicitur quòd miles vsque in vigesimum quintum annum directò substituit, Constat igitur voluisse eum iure speciali & militari testari, quando ita aliter non poterat in eam ętatem substituere nisi ex priuilegio, nimirum si toto illo tempore ex militari priuilegio valet vniformiter. At in l. precibus, apertè dicitur quòd miles nullum tempus expresit, vt ibi. Non vsque ad certam ætatem; & Glo. ibi quę dicit, Idem si vsque ad vigesimum quintum annum destruit sensum illius legis: Et melius dixisset, Secus si vsque ad vigesimum quintum annum, concordasset enim dictas ll. Postquam enim lex illa ętatem non designat, & potest substitutio valere iure communi, & etiam militari, in dubio censetur voluisse testari communi iure; iuxta l. in testamento, la j. C. de testamen. mili. qui intellectus, videtur mihi planissimus. super quo tamen est cogitandum, cum sit præter omnes alios. Est quoque ex militari
14 priuilegio † vt possit miles partim testatus decedere, partim intestatus, l. si miles vnum. ff. de testamen. mili. & l. j. & ij. C. eod. titu.

Vnde & correlariè sequitur vt alterum castrensium hæredem relinquat, paganicarumque alterum, vt. ff. eod. l. si certarum. §. j. Quo in casu suum hęredem sequetur cuiuslibet patrimonij ęs alienum. Quòd si alter ex eis pręgrauatus repudiet, cum maxima essent fortè militaria & debita & relicta, alter (etiam si iam adierit) cogetur vel hanc quoque amplecti, vel vtraque carere, vt d.l. si
15 certum. Sed quod † in prin. illius l. dicitur, quod si miles totum suum patrimonium inter multos institutos diuidat, erunt nihilo stitutiones accipient. non puto ad militare priuilegium spectare, minus æquales hæredes, & vice prælegatorum particulares illas in cum id habeat commune cum cæteris, prout & alia multa quę dictam

cam in alia parte,quod probatur in l. ex facto, in prin.& §.j.ff. de hęre.insti.videntur tamen inuicem repugnantia iura in d.l. si miles vnum,& in d.l.si certarum,in princi.ac etiam iura in l.j. & in l. quamquam.C.eo.ti.Item & in l.cogi.§.sed si miles.ff.ad Trebel. & in l. si filius.§. j. ff.de bo. lib. super quo laborat Glo. in d. locis, & præsertim in d. l.j. vbi etiam scrib.omnes,& præcipuè Alex.& Ias. qui alios referunt, & Gloss.quidem vbique intelligit probari opportere quòd miles ea mente in re certa instituit,quia voluerit in residuo intestatus decedere,& hæc communiter tenetur,Saly.verò distinxit, aut miles in testando commune ius seruauit, & censendus est voluisse iure communi per omnia testari,locus ergo erit iu ri accrescendi,& in re certa institutus totum consequetur,nisi adsit dictio taxatiua: Aut solemnitas militaris est seruata, & nō erit locus iuri accrescendi, quod habet rationem, quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri: Alia fuit distinctio, Ioan. de Imol. prout refert ibi Alexand. quia aut miles instituit in re particulari, & certa,& residuum erit legitimi hæredis, aut totum patrimonium distribuit, & ad vniuersa trahitur, vt d.l. si certarum,in princip.Aut instituit in quotas, puta alium in vncia,alium in sextante,qui est casus,d.l.quamquam,& credi potest voluisse vncias facere maiores,ita tamen vt totum exauriant,nēpè,vt qui ex vncia est vocatus capiat trientem,qui verò ex sextante bessem,quasi nihil interfit instituerit alterum in tercia parte,alterum in duabus partibus,an alterum,vt dictum est,in vncia, & alterum in sextante,siue in duabus,quod est dicere,quòd voluerit iure communi testari,per tex. Insti.de hære. instit.§.hæreditas,versi. non autem,& seq.& l.interdum.§.pater.ff.eo.quod non potest considerari cum facta est institutio incertis speciebus & corporibus, quam opi.sequntur,ibi Fulgo.& Ro.& ad tex.in l.cogi.§.sed si miles.ff.ad Treb.qui videtur facere in contrarium, dum ibi dicitur, quòd qua ratione valet militaris institutio ex re certa, & actiones dantur pariter transibunt ex Senatus consulto illo pro re certa: & tamen certum est in hunc institutum ex re certa actiones ex iure communi non transire,l.quoties. C.de hæ. insti.respondent,subaudiendo ad d.§.sed si miles,& ad verba illa,ex re certa,scilicet,vniuersali,quod secundum Alex.est violare illum tex.licet, meo iudicio,nulla ad sit violatio,quia in ipso tex præsupponitur quòd fidei commissum factum erat de re vniuersali, nempè de rebus Italicis, vel prouincialibus, debet igitur sequens illatio Iurisconsulti ibi intelligi de casu consimili:Potest & illatio illa intelligi quod si in

re

re certa iniunctum sit fideicommissum transibunt actiones, nẽpè ad rem illam, & eius occasione quod sensit ibi Alex. in versic. ideò subsistinendo,vel denique dici potest,quòd transibunt,ex iure speciali,& militari prærogatiua: Non obs.d.l. quoties, quæ loquitur in pagano,& secundum ius commune. Alia est distinctio Ange.vt etiam refert ibi Alexã. quia aut facta est institutio in quantitate vel re certa,& in residuo est intestatus,aut in quota, & tunc secus, quod Alex.non placet, licet neque distinctio illa sit dicenda absona, quia facilius quota portio trahit ad se residuum quàm si sit facta in re certa, etiam in militari testamento: quia in habentibus symbolũ facilior est transitus, l.in rem,§.Item quęcunque,ff.de rei ven. sed improbatur distinctio ista in d.l.j.& ij.C. de mil.test.licet solui posset,propter distinctionem,specialiter, quæ est in d.l.j. & propter aliam taxatiuam,tantummodo,quæ est in d.l.ij.Obstat ẽt Glo.in d.l.j.in fi.dũ vult,quòd institutio in paganicis vel castrensibus non trahitur ad cętera:mihi videtur planius esse si dictam,l. si miles vnũ,simpliciter intelligamus prout iacet, videlicet, vt eo ipso,quòd miles aliquem in fundo instituit,vel in alia re particulari,cętera omnia voluerit ad ĩtestato successuros pertinere,quod vbique dicitur,nempè in dictis ll.j.& ij.C.de mil.testa.in d.l.sed & si miles,& alijs consimilibus iuribus:Neque obstat,d.l.si certarum vera enim lectio,& germana ita habet,quòd alium vrbanarum,rusticarum alterum,tertium verò cęterarum hæredes instituit,Quis enim, vel mediocriter latinus, tertium certarum diceret, aut quæ esset hæc locutio? & ita etiam loquitur text.in ea.l.§.i. alium castrensium, alium cęterarum, ita in l. hæredes. §. i. ff. famil. erciss.ita etiam in l.si filius. §. Papinianus. ff. de bonis libe. & ita illam, l. qui certarum, corrigit Haloander vt ego habeo in pandectis. Nurembergensibus, secundum quem sensum concordantur omnia supradicta iura. Nam si miles commilitonem fecit hæredem paganicarum rerum, si quidem alium instituit in cæteris, is ea omnia consequitur, quòd si repudiet, non accrescet ininstituto in paganicis, non enim sunt cohęredes, quamuis cogatur vel totum amplecti,& omnibus soluere creditoribus,vel totum repudiare,vt dixi supra,allegando,d.l.si certarum,§.quod si alteru tra.neque est inter ita institutos iudiciũ fa.ercis.cum sint ad instar duarum,hæreditatũ,vt dicitur in d.l.si certarũ,§.j.& in l. hæredes, §.i.ff.fa.er.sed si neminem vocabit ad residuum pertinebit ad hæredem legitimum,cum censeatur voluisse intestatus decedere, vt d.l.si miles vnum. ff.de mil. testa. neque faciendã puto differentiã

ſiue pars illa in qua inſtituit ſit vniuerſalis ſiue particularis, quia eadem credenda eſt fuiſſe mens militis,vt in reſiduo voluerit inte ſtatus mori: Cum enim hoc ſit eius priuilegium, quid refert,an in vno fundo quod habebat,puta in Gallia,hęredem inſtituat,an pro uincialium omniũ bonorum quæ habet in Gallia: Aut cur hoc ma gis ſecundo caſu quàm primò inſtitutus omnia trahet ad ſe? quæ opinio probatur Inſt.de hære.inſt.§.hæreditas.verſi.neque enim ſi illum verſi.ibi,Niſi ſit miles, referas ad id quod iam ſupra dictum eſt in eo.§.ſi quis in ſemiſſe ſit inſtitutus quod totum as in ſemiſſe cõtinetur.Ad l.verò.iij.C.de teſt.mil. quæ videtur aduerſari huic dicto,dum in ea legitur,quòd filia quæ erat inſtituta in duabus vn cijs,& vxor quæ in vna,totam capient hæreditatem, quaſi ita inſti tutę fuerint vt filia habeat beſſem vxor verò trientem.Reſpondeo id ibi eſſe,quia filia ipſa,quæ aliàs erat legitima hæres, fuit inſti tuta, vnde facilius eſt credere, quòd miles voluerit vncias maio res facere,& in tantum augere vt totum exhauriant, quod poteſt facere,prout,& paganus, vt d.§.hæreditas Inſt.de hęre.inſti.quàm quòd voluerit reſiduum,& dodrantem ab inteſtato tranſire,ad le gitimos,poſtquam legitimus erat hęc ipſa filia inſtituta,in qua nõ eſt adeò veriſimile voluiſſe militem tranſire, hæreditatem diuer ſis modis, partim ſcilicet ex teſtamento & partim ab inteſtato, prout eſt veriſimile quòd iure communi vti voluerit,vncias,vt di xi,maiores faciendo:Nam quando miles extraneum in re certa in ſtituit nullo inſtituto in reſiduo,creditur voluiſſe cętera ad legiti mos pertinere, At quũ ipſum legitimum ita inſtituit,quid poteſt credi voluiſſe aliud quàm id quod quaſi neceſſariò ius exigit,vt in ſtitutus totum capiat ex teſtamento poſtquam non poteſt eſſe lo cus illi tacitę coniecturæ. Et licet obici poſsit quòd nihilominus in caſu,d.l.iij.poterat præſumi voluiſſe militem dodrantem illum iure inteſtati ẽt ad filiã pertinere,poſtquã neutrã ex eis in illo in ſtituerat, reſponderi poteſt concurrere in eo caſu duo ſpecialia, vnum vt eandem ipſam filiam voluerit partim ex teſtamento,par timque ab inteſtato ſibi hæredẽ eſſe,quod alibi in iure non inue nit: Aiterũ,quòd valeat inſtitutio illa pro parte,ſolũ quo ad ipſam partem,neque trahat ad ſeſe reſiduũ iure teſtamenti,cũ tamẽ aliàs duo ſpecialia in iure non concurrant,vt habetur, in l.j. C. de do. promiſs. & hic intellectus parũ eſt diformis ab eo quod dixit Imo. vt eſt ſupra relatum,niſi in quantum confirmatur alijs rationibus, quas fortè,& ipſe in animo habuit,Et quod dixi, ſupra nihil refer re an ſit facta inſtitutio in re particulari,an in vniuerſali quæ non

totum

totum includat patrimonium,probatur,in l.qui non militabat,in pri n.ff.de hæ.insti.argumento à contrario sumpto,ibi enim dicitur , quòd qui non militabat alterũ instituit in Pannonicis rebus, Alterum in Syrijs,& dicitur censeri eos æqualiter,& in vniuersum instítutos , quasi inferatur secus esse in testamento militis : quid enim aliud inferri potest ex verbis illis, Qui non militabat , & ita dicit ibi Gloss.j.secus, inquit, in milite . Insuper quod ad mate-
16 riam, d.l.qui non iure militari,attinet,† certum est inter illos ita institutos locum esse iuri accrescendi, sed puto aliud dicendũ esse si eodẽ modo testaretur miles,repudiata enim ab altero ex institutis hæreditate,non accrescet alteri,sed ad intestatum ibit,vt dicitur in d.l.si filius.§. Papinianus,ff.de bo lib.in qua l. hærent Glo.& Doc.in d.l.i.C.de test.mil.vt per Alex.ibi nu.7. Dum ex l.illa no.
17 † quòd prohibitus venire per ius accrescendi , non ideò censetur prohibitus succedere ab intestato,quod nescio qũo ex illa l. colligatur , Nam neque ille Titius libertus talis erat qui posset legitimo iure succedere , cum liberti non vocentur iure Roma. ad legitimas patronorum hæreditates , sed contrà patroni ad libertorum,neque in illa.l.succesit libertus alia ex causa quã quia ad
18 castrensia bona erat vocatus,† Et dum in tex.dicitur, Ab intesta to addita est à Titio hæreditas,corruptè addita sunt verba illa, Ab intestato,& non sunt in correctis codicibus,quod etiam patet ex illa ipsa litera,dũ enim dicitur,quòd si adita sit à Titio hæreditas nũ dum competit patrono contratabulas , iam præsupponitur quòd etiam in paganicis alius erat factus hæres in illo testamento,nihil enim necesse erat patrono ab intestato cõtratabulare, vt l.iij.§.Patronus,imo neque etiam ex testamento , donec sit hæreditas adita, vt ibi probatur,quod etiam dicit Glo.in d.§.Papinianus,vnde neque ille Titius ab intestato adiuit castrensia in quibus erat institutus, neque paganica , quæ caduca sunt effecta per repudiationem alterius hęredis,ipsi Titio accreuerunt , sed ad legitimum militis hæredem transierunt,Neque quicquam facit ille tex.ad illud prepositum,quod prohibitus capere per ius accrescendi non censeatur prohibitus capere ab intestato,forte tamen si is fuisset ille Titius,qui aliàs fuisset ab intestato successurus testatori,si alius instítutus in paganicis repudiasset,etiam si non iure accrescendi residuum accepisset,illud tamen accepisset iure intestati,voluit enim testator in eis pręferre ei hæredem scriptum , Sed si is repudiet, iam nihil obstat quominus sit iuri communi locus, & ab intestato succedatur:Probatur tamen,in d.§ Papinianus id quod dixi supra

nihil referre inter inſtitutionem in re certa, vel incertâ vniuerſitate, vt ibi in verſi. ac ſi partes eiuſdem hæreditatis accepiſſet. Et ibi etiam Gloſſ. quæ differentiam facit an ſint relictę partes eiuſdem hæreditatis, an verò certa quædam vniuerſitas ex duabus quæ finguntur eſſe in bonis defuncti militis; Aliud etiam in militis teſtamento eſt no. in materia iſta iuris accreſcendi, quòd nedum inter inſtitutos in diuerſis patrimonijs, prout in caſu d.l.ſi certarum.§.j.& d.§.Papinianus, Sed etiam in coniunctis & indiſtinctè inſtitutis, ceſſat ius accreſcendi ſi alter repudiet; Ni ſi hęc eſſe defuncti voluntas probetur, iuxta tex. ſingularem in l.ſi duobus ff.de mil.te. vbi longè melius probatur quòd potentior eſt cauſa inteſtati quàm ius accreſcendi, in teſtamẽto militis. Poteſt
19 † etiam miles ad certũ tẽpus, & conditionem hęreditatem dare, & poſtea adimere, & alij directo dare, vt d. l. in fraudem.§. miles, de mil. teſta. quòd ſi neminem in teſtamento vocet, lapſo tẽpore, vel conditione defecta, capient legitimi hęredes eius, vt eo. titu.
20 l.miles ita, in prin. Eſt & inter priuilegia, † vt agnatione filij non rumpatur teſtamentum, ſi ea ſit mente pater vt hæredem illum malit habere quàm filium, vt dicta. l.qui iure militari, etiam ſi id in genere cogitauerit, & voluerit; vnde, & allegatur paſsim lex illa quòd ſufficit eſſe in genere cogitatum de illo iure cui quis renunciat, niſi cum ſpecialis derogatio requiritur, quam materiam latè tractat Feli.de for.comp.c. ſi diligenti, col. iiij. Quinimo ſi non ea fuit mens patris ab initio, ſuperuenerit tamen, etiam nato filio, & rupto teſtamento, conualidabitur, vt eo. tit.l.
21 ſi filiusfam. ante fi. & l.idemque. Item eſt inter priuilegia, † vt de ſuo ſtatu incertus validè teſtetur, vt eod. titu. l. ex militari.§.ſi miles, quod eſt contra in pagano, vt ibi not. reſtringitur tamen quo ad illa dumtaxat bona, quę ſciebat teſtator ſe habere, Quid enim ſi credebat patrem adhuc viuere, qui iam deceſſerat, vtique paterna bona hæres non capiet vt d.l.ex militari, in fi. cum l. ſeq. ſecus ſi id poſtea innoteſcat, & in ea voluntate perſeueret, ſiue etiam ſi veteranus factus decedat, vt eodem titulo. l. idem eſt, cum prin. l. ſequen. quod priuilegium tractat Bald. in l.
22 j.in xiiij.q.C.de ſacroſan. eccleſ. Sunt & eadem priuilegia † in reuocando teſtamento, quæ & in condendo, vt d. l. in fraudem, §. j. quod habet rationem, nihil enim tam naturale &c. Et hoc eſt militi vſque adeò permiſſum, vt permiſſa ſit ei variatio, etiam ſępius, nempè hæredem ſcribere, inducere, rurſumque renouare, vt ſola relinquatur quæſtio voluntatis, vt dict.§. j. Neque

filij

filij natiuitas inter media hoc impedit fieri, vt l. Centurio, de mil. teſt. Vſque adeò etiam fauetur militibus in condendis teſta-
23 mentis vt etiam † à pagano militari modo factum, conualidetur ſi is miles poſtea decedat, vt d.l. in fraudem .§. teſtamentum, vbi Bal. no. quòd eo ipſo quòd illud non mutat, confirmare videtur; Debet tamen probari quod miles ita voluerit, l. Tribunus. §. j. & l. Titius, illo eo. tit. quamuis enim dici poſsit teſtamentum militis, quod factum eſt ante militiam, non eſt tamen teſtamentum factum
24 à milite. Neque minus eſt inter priuilegia, † quòd poteſt miles cum duobus teſtamentis, ſeparatim factis, vtroque valido, decedere, ſiue primum velit valere iure fideicommiſsi, ſiue directo, imò & poteſt codicillos antea factos, ex noua diſpoſitione, ad directam inſtitutionem perducere, ſi tamen eum ita voluiſſe appareat, vt probantur hæc omnia, in l. quærebatur, in eodem titul. Et poteſt eoſdem codicillos ſtatim vt directo valeant iubere, & vt ſint teſtamentum, vt eodem titul. l. militis, in princ.

Puto, & inter priuilegia aſcribendum id quod iam dixi ſuprà, vt inter duos, etiam æqualiter inſtitutos, non ſit locus iuri accreſcendi ſi alter repudiet, vt d.l. ſi duobus, licet eam Doc. aliter intelli-
25 gant. Item eſt inter priuilegia, † vt etiam ex imperfecto teſtamento reuocaretur anterius ſolemne, ſiue communi iure ſiue militari factum, vt dicitur, ind. l. eius militis, de mili. teſta. Hoc tamen differunt factum prius teſtamentum communi iure, ab illo quod eſt factum iure ſpeciali, vt illud non reuocetur per imperfectũ ſequens, conditũ poſt miſsionem, intra annũ tamen ab ea, hoc verò poſterius reuocetur, ẽt ſi intra annũ à miſsione factũ ſit, vt d. l. eius militis, in fi. & l. ſeq. propter quod, & ſolent allegari iura illa
26 quod facilius derogatur iuri ſpeciali quàm cõi. † Poteſt ẽt ad aliud allegari, d.l. ſequens, quæ incipit miles ſi teſtamentũ, in vltimis ver quòd poteſt miles, ẽt magno ex interuallo, & multis diebus, teſtamentũ condere, quod eſt ſecus in pagano, quod erit, & inter priuilegia, vt in l. hæredes. §. fi. ff. de teſta. Et in l. cũ antiquitas, C. eo. tit. Aliter tamen intelligunt Doc. d.l. miles. Nã Ang. ibi dicit, quòd qui diuerſis diebus teſtando diſponit, diuerſa intelligitur facere teſtamenta, & propterea vltimũ præualet, quod neſcio quid ad militare teſtamentum attineat cum idem ſit in pagani teſtamẽto, vnde rectius intelligemus verba illa, qui plura per varios dies ſcribit ſepè teſtamentũ facere videtur, ſecundum ſenſum meum ſupradictum, cum ſit aliud dicere ſępè fieri teſtamentum, id eſt, accedi ad illud conficiendum, Et aliud, multa fieri teſtamenta prout

aliud

aliud eſt plura ſcribere,& aliud pluries, quòd poteſt pertinere ad plura capitula, aliud verò, quòd plura ſcribat teſtamenta. Non ſolum autem militibus ipſis fauetur in hac teſtamẽtorum factione

27 † ſed & eorum Aſſeclis,& cęteris quòd caſtra comitãtur,ſi & ipſi, dum in hoſtico inueniuntur teſtamentum faciant, Nam & ipſi militari iure teſtabuntur,quòd dicitur in l.vlt.ff.de mili.teſta.Quod tamen minus bene videtur intellexiſſe Bal.qui in ſummario illius legis intelligit,in hoſtico,id eſt in manu hoſtium, eſſet enim is hoſtium ſeruus & inteſtabilis,ſiue ſit miles ſeu quiuis alius;l.in bello. §.codicilli.ff.de capti.& poſtli.re. vnde tempore quo erat Imperator cum exercitu in Germania,vel inter Partos,aut etiam cum hac noſtra tempeſtate erat Carolus Imperator ſupra Tunetum,vel ſupra Algerium, hoc iure teſtari potuiſſent quot quot erant in caſtris, & hoc idem dicitur in l.j. ff.de bo.poſ.ex teſtamento milita.

Fortius etiam dixit idem Bal. in l.j. C. de vxo. mil. quòd etiam militum vt ipſe dicit, ſcutiferi, & familiares, ſi ſint eis neceſſarij pro dignitate perſonæ, gaudẽt dominorũ ſeu militum priuilegijs.

28 An autem militiæ deſtinatus, † nundum tamen in numeros relatus,poſsit iure militari teſtari variè videntur iura ſtatuere, nam in l.ex eo tempore,quæ eſt lex antepenulti.C.de mil.teſta.dicitur quòd non;etiam ſi ſit electus Tiro, & iam publica impenſa iter faciat;in l.autem ſtatim ſeq.quæ eſt pen.dicitur quòd filius familiàs equeſtri militia exornatus,& in comitatu Principis retentus, cingique confeſtim iuſſus,teſtamentum de caſtrenſi peculio poteſt facere,vnde, & no. Glo.illum tex. quòd de proximo fiendum habetur pro iam facto; Poteſt ſolui , quòd Tiro non eſt ita de proximo aſſumendus ſicut iam aſſumptus & deſcribi iuſſus,quę eſt etiam ratio d.l.vnicæ in fi.de bo. poſſeſſ. ex teſta.dum & ibi dicitur quòd ex alio numero tranſlatus ad alium,quamuis à primò iam ſit exemptus & nundum ad alium peruenerit.poteſt tamen hoc iure teſtari,ſecundum eſt etiam quòd Tirocinio electus adhuc poterat reici ſi dum exercebatur inueniebatur inhabilis , ita Vegetius lib. j. cap. viij. quod non poteſt de eo dici quem Princeps cingi iuſsit.

29 Priuilegiatur etiam † miles qui ad mortem damnatur vt de caſtrenſibus bonis,non etiam de reliquis , militarique ſolum iure, teſtari poſsit,d.l.ex militari,in princi.de mili.teſta.& l. ſi quis filio. §. ſed & ſi quis fuerit.ff. de iniu. rup. quod etiam præter ſupradictos duos modos, reſtringitur ſi id à iudice impetrauerit, vel ſit ei in ſententia reſeruatum,vt l.cum hic ſtatus.§. ſi miles. ff. de dona.inter vir. & vxor. Item & reſtringitur ad damnatos ex militar

crimine,

crimine non etiam ex communi,vt d.§.sed & si quis,& l. & militi bus.C.eo.tit.& l.j.de vetera.mil.succeſſ.Imò & in ipſo militari crimine adhuc reſtringitur vt non habeat locum ſi ſacramenti fides rupta ſit, vt d.l.ex militari, vbi Bal.& Ange. fratres notant quòd damnati de fide rupta non habent teſtamenti factionem,quod forte alium habet ſenſum,cum lungè aliud putem & ſpecialiorem in fidelitatem,ſacramenti militaris fidem violare,aliud aliter fidem fallere,& de militari ſacramento habetur in Gloſ.ff. de infa. l.ij.§.
30 miles,& dixi ſupra. Eſt & aliud priuilegium huic affine † vt in Caſtrenſi peculio damnati militis,quamuis non ſit teſtatus, ſuccedant proximi, ad quintum vſque gradum, fiſco excluſo l. j. & ij. ff.de vetera.mil.ſucceſ.vbi Gloſſ.no.& no.latius in d. l. militibus.

Annumeratur & priuilegiis vt poſsit miles deportatum inſtituere,l.neque enim.§.j.de mili.teſta.& l.deportati.§.ſi miles,de legā.iij.quod eſt ſecus in pagano,vt l.j.C de hęre.inſti.verum ſi poſt annum à miſsione moriatur miles,corruit illa inſtitutio,quod ſingulariter dicitur in l.nam ſi miles,ff.de iniu.rup. Item quamuis communi iure tria inſpiciãtur tempora,vt conſtet capax ne ſit hæres inſtitutionis an non,nempè inſtitutionis, mortis,& adite hæreditatis,vt l.ſi alienum.§.j.ff.de hære.inſt.in hærede tamen militis ſufficit ſi ſit capax,mortis tempore,vt d.l.neque enim.§.j.de militi.teſta. In ea etiam l.in fi.dicitur fauore militis fideicommiſſariam libertatem trahi ad directam,cum tamen in pagani teſtamento diſtinguatur,prout in l.tractabatur,illo eo.tit. Solebat & in-
31 ter priuilegia militaria cenſeri † quòd in eorum teſtamentis neque falcidia,neque Trebellianica detraheretur, ſed id poſteà fuit per nouiſsima iura ſublatum,quod infra dicetur. Vnum eſt ta-
32 men in hac militaris teſtamenti materia maximè notandũ † quòd ita demum valet hoc teſtamentum,ſi teſtator in militia, aut intra annum miſsionis moriatur,vt inſti.de mili. teſta.§. & quod in ca-
33 ſtris.† Sed neque exiſtimari,velim nihil in cęteris referre militiæ ne tempore quis teſtamentum vel codicillos faciat,an intra annũ ipſum à miſsione, ea enim quę in militia fiunt Trebellianicam, aut Falcidiam iure veteri non patiuntur, Iſta autem patiuntur ẽt antiquo iure,quod idem eſt de fideicommiſſo,vt l.ſi miles.ff.ad l.
34 Falc. Sed & eorum † quæ intra annum miſsionis fiunt nulla erũt priuilegia,niſi miſsio honeſta ſit,non etiam ſi ignominioſa,vt l.ex teſtamento,C.de teſta.mil.& l.teſtamento,ff.eod. Aliud etiam. & terciò cenſeo circa hunc annum hancque miſsionem cauendũ, vt ad eos ſolos reſtringãtur,ſupra dicta qui mitti ſolent, vt l.quod

conſtitu-

conſtitutum,ff.de mil.teſt.Mitti inquam intelligas, non vt Gloſſ. ibi exponit,id eſt remitti.ſed qui miſsionem,hoc eſt commeatum à Duce impetrant,vt militia ſoluantur, ita vt de cętero vltra non militent,non autem ad tribunos præfectos, & alios eiuſmodi,qui mitti non ſolent,ſed à principe ſuorum officiorum ſucceſſores expectant,vt d.l.quod conſtitutum,Quod fortè & hodie rectius eſſet obſeruari quàm prò Ducũ libidine aſcribi, & mitti: Neque enim vt hoc obiter dicam, paſsim licebat tempore & iure illo nomen militiæ dare, vt iam dixi ſuprà ſub tit. qui mil.poſ.neque pariter licebat militiã deſerere, ſed mittebantur,aut ſi ex primis erãt ordinibus,ſucceſſores à Principe expectabant,vel emeritis ſtipendijs exauctorabantur,† Erantque præſtituta tempora militiæ,quibus elapſis veterani,atque emeriti ſoluebantur ſacramento,† præmiis acceptis:vt no.in tex. & Gl.in l.ii.§.ignominiæ, ff.de his qui no.infa.& l.ſed & ſi miles.ff.de excuſ.tu. vnde & apud Corne.Tacitũ,li.ſuorũ annaliũ,primò in ſeditione illa Pannonica,cõquerebãtur Ro.milites quòd tricena aut quadragena ſtipendia tolerarent quòd traherentur in diuerſas terras,vbi per nomen agrorum, vliginoſas paludes,& incultos montes pręmio acciperent.Quodq; denis in diem aſsibus anima,& corpus eis ęſtimaretur,compoſitaque eſt tandem ſeditio,cõſtituto ac conceſſo, inter cętera, miſsionem dari vicena ſtipendia emeritis, quod intellige qui viginti annis militaſſent,retineri ſubvexillo tamen, cętererorum omnium immunes,pręterquam pro pulſandi hoſtis: qui ſenadena feciſſent,hęc ipſe,† vnde & intelligis quid differant exauctoratio, & miſsio.

SVMMARIVM.

1 *Denarius quid.*
2 *As,& aſſes quid,& nu.5.*
3 *Sextertius,*
4 *Denarius Turonenſis idem quòd quatrinus Mediolanenſis.*
6 *Denarius Drachma eſt argenti.*
7 *Denarij antiqui vario pondere fuerunt.*

De denario & ſtipendio militis Romani. Tit. II.

SED vt alind obiter dicam,ex verbis illis Taciti,Denis in diem aſsibus vitam extimari.quæ proculdubio ad ſtipẽdium quod eis de publico pendebant intelligentur, ita

Alcia.

1 Alcia.ea declarat,oſtendit,inquit,† hic locus denarium decem aſ
ſes æris eſſe, quod erat diurnum, ſtipendium militis, quam ſum-
mam Germani pedites in præſentiarum accipiunt, tres videlicet
coronatos ſingulis menſibus; Cui ſententiæ ad ſtipidatur Germa-
nus quidam qui libellum de ponde.& menſu. antiquis & vocabula
quędam rei numerarię conſcripſit, Decem inquit, denarij valent
vno coronato,quòd nos ſcutũ appellamus.Neq; eſt abſimile ꝙ Bu-
2 deus in opuſculo quod breuiariũ aſsis dicitur,† Duo inquit Aſſes,
3 & ſemis †eſterciũ faciunt,id eſt Caroleũ vnũ,& ſemiſſem denario-
li,& rurſum,Denarius quaternos valet ſeſtertios nummos, hoc eſt
4 quaternos Caroleos, & binos denariolos Turonẽſes,† Eſt autẽ hic
denariolus id quod Mediolani,vocãt quatrinũ: Caroleus enim, vt
dicitur in ſupputatione Gallicorũ nũmum ad Germanicos,decem
valet denariolis Turonẽſibus,porro Caroleus, quã nos parpagliolã
dicimus, decẽ valet quatrinus Mediolanẽſibus, ſeu duobus ſolidis
5 & ſemis,duobus autẽ groſsis noſtris Pedemontanis. † Qua ratione
perpẽdimus fuiſſe Romanis Aſsẽ æris id,quod eſt Mediolanẽſibus
ſolidus: Erũt igitur decẽ illi diurni Aſſes, idẽ ferè quod numiſma
Hiſpanũ,quod hodie Regale vocamus,Quod ante Budeum,& alios
Prędatos,declarauerat Leo nar.Portius,Iuriſcon. Vicẽtinus in opu
ſculo quod inſcribitur de ſeſtertio ponde. & menſu. anti. in quo
6 pluribus in locis dicit,quòd ſeſtertius pars eſt quarta denarij: † De
narius verò drachma eſt argenti,propter quod infert,ſatis proba-
tum eſt,inquit decem aſſes denarium, Triginta autem denarios an
tiquos,triginta Iulios,vel triginta ſex marcellos. Aureos verò tres
noſtri temporis cõficere. In eadem eſt ſententia de Aſſe & ſeſter-
tio Dioniſius lãbini nouiſ.interpres Horatianus ſup ſatira iij.li.ij.
As,inquit,nũmus erat ab initio libralis ęrens,& per l.ſcribebatur,
valebatque quattuor noſtros Turonẽſes,ideſt vnum marchetũ Ve-
netũ, In quo tamẽ fallitur quarta enim parte minor eſt marchetus
q̃ ſolidus.Itaque ſeſtertius, inquit, qui duos aſſes & ſemiſsẽ valet,
per duo ll.& S.à veteribus notabatur,hoc modo lls. nõ vt hodie in
ſcite Hs.taleq; repetit in epiſtola ij.li.j. vnde miror in hoc cõueni
re omnes idẽ eſſe decẽ Aſſes,quod denariũ,quod Alci. ex loco Taci
ti ſupra citato colligit.Cũ tamẽ ſubinferat eodẽ loco Tacitus,Neq;
aliud leuamẽtũ quàm ſi certis ſub legibus militia iiretur,vt ſingu
los denarios mererẽt, ſextus decimus ſtipendij annus finẽ afferret.
Hęc enim erãt militũ in ſeditione illa poſtulata,ſi igitur diurnos il
los decẽ Aſſes denario commutari poſcebãt,iã ſequitur plus eſſe ali
quid denariũ: Aut eſt igitur ille Taciti locus corruptus,aut aliquid,

7 vt dixi plus erat denarius. † Quod &arguitur ex opuſculo Geor. Agrico.de ponde.Ro. libro iiij.dum de hoc ipſo loquitur. Denarius,inquit,primò aſſes decem valebat, vnde & nomen traxit, ſubiungitque,vt habent Greci Drachmam nummum argenteum,ſic habent Romani Denarium,Et hæc ille:Denarium etiam fuiſſe pō dere drachmę dicit Didacus Hiſpa.in opuſculo qui eſt inſcriptus, veterum collatio Numiſmatum.c.ij. Cuius iſta ſunt verba. Denarius octaua eſt pars vncię,ſubiungitque,ſi velimus denarios conferre nummis,argenteis,caſtellanis,denarium Romanum parem inuēniemus in pondere argenteo Regali quo aurifices vtuntur, qui vſualem vincit octaua parte:Additque. Quibuſdam placuit denarium à Drachma ita differre vt ſit Denarius ſeptima pars vncię, prout eſt drachma octaua,Iterumq;,illud,inquit, certiſsimum eſt denarios non ſemper eiuſdem ponderis fuiſſe,oſtenditque Agrippę denarium pendere drachmam Atticam cum dimidia:Rurſumque,etenim poſt Claudium Imperatorem,inquit, è libra ſignauerunt nonaginta ſex denarios,& ſic drachmales, Cùm igitur ſeditio illa Pannonica,de qua Tacitus loquitur, fuerit ſub Tiberio, & ſic ante Claudium,credi poteſt denarium ſub ipſo Tiberio maioré fuiſſe quàm decem Aſſes.& quàm drachmam, ideoque congruere loco denum Aſsium,quòd erat diurnum militis ſtipendium, & ſic regale,vel circiter,petiiſſe eos vt eſſet denarius,qui ſi fuiſſet,vt didacus credit, par illi quem vidit ſub nomiue Agrippæ, iam eſſet paulò minus quàm quinta pars vnciæ penderetque denarius eiusmodi,plus minus,ſolidos ſexdecim Mediolanenſe qui ſunt nobis, plus minus,groſsi quatuordecim,quòd erat ſtipendium diurnum priuati militis, Quod ſi illud referas ad denarium (qui ſeptima ſit vnciæ pars) decreſcet ab iſto quem dixi,hac portione,eritque vſualis monetæ.Mediolanen.ſolidorum circiter tredecim,groſſorumque Aſtenſium plus minus duodecim, ſed & de militum ſtipendio aliquid dicetur inferius.

SVMMARIVM.

1 *Pueri ad militares dignitates prouecti.*
2 *Meretrix non capit ex teſtamento militis.*
3 *Miles excuſatur à tutela,fallit tamen in pupillo militis.*
4 *Ignorantia iuris conceſſa militibus,quòd tamen intellige vt ibi, cũ multis verſi.ſeq.*
4 *Trebellianica,& falcidia in teſtamento militis locum non habet.*

Miles

5 *Miles vectigal non soluens, vel non consignans prędium non amittit rem.*
6 *Lex à Calligato, C. de nup. nouiter declarata.*
7 *Calligati milites cur dicti.*
8 *Præscriptio non currit militibus.*
9 *Miles non condemnatur nisi in quantum facere potest.*
10 *Miles non potest ad mortem damnari nisi consulto Principe.*
10 *Miles appellationem desertam potest prosequi.*
11 *Militi capto an currant stipendia.*
11 *Militi absenti ex licentia an currant stipendia.*
12 *Miles anno à missione in integrum restituitur aduersus passa in militia.*
13 *Miles non patitur secundum decretum.*
14 *Et si patiatur recuperat bona, pretio persoluto.*
15 *Accidens attenditur magis quam natura,*
16 *Milites habent priuilegium fori.*
17 *Iudices competentes militis qui sint.*
18 *Thesaurarius Principis est inter primos magistratus.*
19 *Maiores officiales principum non subsunt præsidibus prouinciarum, sed soli Principi.*
20 *Duces, Thesaurarij & alij eiusmodi, etiam offitio perfuncti, gaudent priuilegio vt soli Principi subsint in causis criminalibus.*
21 *Principales personę non damnatur inconsulto Principe.*
22 *Matricula quem non continet priuatur priuilegio.*
23 *Collegiati non gaudent antiquis priuilegijs corporatorum.*
24 *Exec. non potest fieri in stipendijs militaribus.*
25 *Milites non tenentur ad angarias.*
26 *Milites an teneantur ad hospitationem si domum habeant.*
27 *Pactum de inuicem succedendo valet inter milites.*
28 *Caporalis potest stipulari pro tota cohorte.*
29 *Res empta de pecunia militis efficitur militis.*
30 *Miles testis inuitus esse non cogitur.*
31 *Miles damnari in metallum non potest.*
32 *Neque Torqueri.*
33 *Neque suspendi.*
33 *Furcarum pęna grauior quàm gladij.*
34 *Doc. gaudent priuilegijs militum.*
34 *Filij militū gaudent p̄rogatiua patris, circa torturā & alia suprascripta.*
35 *Decuriones sunt & ipsi priuilegiati in suprascriptis pœnis.*
36 *Doctores quibus gaudeant priuilegijs ex militaribus.*
37 *Milites nostri temporis an gaudeant antiquis priuilegijs.*
37 *Princeps licite donat meretrici, licet secus sit in inferioribus militibus.*

38 *Milites ex priuilegio, quibus gaudeant priuilegiis.*
39 *Miles ex priuilegio sordida exercens amittit priuilegium.*
40 *Priuilegium non competit, cui non congruit.*
41 *Equites aurei non sunt propriè milites.*
42 *Equites aurati per pecuniam facti non gaudent priuilegio.*

Rursum de priuilegiis militum. Titulus III.



ED vt in semitam reuertar, vnum est postremo in hac testamentaria militarium priuilegiorum ratione sciendum, quòd licet prisco illo quo consueuissent Primipilatus, Tribunatus, cęteraque huiusmodi officia quandoque etiam indignis conferri, cùm semper in vsu fuerit vulgaris illa lex, quod fauo-
1 re, C. de legi. † vnde etiam impuberibus obueniebant, quòd probatur, in l. sed & si miles. §. iam autem, ff. de excu. tu. & C. de testa. mili. l fina. Huic tamen impuberi non licebat communi siue etiam militari iure testari, ne supra voluntatem concedentis amplietur priuilegium, Et ne in perniciem vertatur quod salubriter est concessum, & denique ne via fraudibus aperiatur, propter lubricum consilium illius ętatis, per quas rationes Imperator correxit iura antiqua, quæ aliud volebant, vt dicitur in d. l. vlt. C. de testa.

Restringe etiam lector totam hanc largam testamenti militaris potestatem, ad honesta, & concessa, † si enim miles meretricem
2 aut amasiam instituere neque illa haberet, Insuperque haberet fiscus auferens vt ab indigno, si tamen miles vel in militia vel intra missionis annum moriatur, vt l. mulierem, ff. de his qui. vt indi. Sunt & alia multa eorum priuilegia præter hæc testamen-
3 taria, † excusantur enim à tutela, etiam si iam missi fuerint, nisi ignominiosa esset missio, l. sed, & si miles, ff. de excusat. tutorum, Nisi esset militis filius, pupillus, cum indecens sit commilitonis filium contennere, ęquiusue sit inter priuilegiatos cessare priuilegium, vt ibi no. sed neque missi omnes hanc excusationem habēt, sed veterani, et emeritis stipendijs, vt ea l. §. j. vrbano tamen cohortes vtebantur priuilegio qualiscunque causaria missio obtigisset, vt ea l. §. planè. Habent & ex priuilegio milites, † vt eis iura ignorare liceat, cum arma eos scire magis deceat, l. regula. §. j. ff. de iu. & fac. igno. l. fina. in princip. C. de iure delib. quod tamen fallit in delictis, vt l. miles, in princip. in secundò respon. ff. ad legem Iuliam, de adul. Natura quippè ipsa eos monet vt quòd ti-

bi

bi non vis fieri, id tu alijs ne facias, Quod verbum Lampridius in vita Alexandri Imperatoris dicit eum semper in ore habuisse, cũ esset tamen extra Christianam religionem, & pietatem, Albinus etiam militem, quòd hospitis vxorem stuprauerat, reclinatis duobus arboribus, & alligatis pedibus proscindi fecit, Totilas etiam Gottorum Rex, quamuis barbarus, armigerum suum, qui stupraue rat virginem, morte mulctauit, vt ex Procopio refert Tiraq. in legi. connubii. & cap. xiij. At hodie quotus est, vel gregarius ac calligatus miles, qui non conijciat oculos in matremfa. aut filiam, & de ea conspurcanda non laboret, atque in hospitio ima summis non misceat, donec peruicerit? Hoc tamen priuilegium iuris ignorantiæ valde restringit Bal. in consi. cclxiij. verba instrumenti, nume. 5. lib. j. vbi illud dicit competere quo ad subtilitates, & apices iuris, Additque, quòd in actibus voluntarijs non magis eis fauetur quàm cęteris, neque magis pro eis præsumitur, infe rens quod & imputatur ei si non cogitauit de cogitandis, et si non consuluit peritiores, quod tamẽ ego vereor nimis restringere hoc priuilegium, postquam etiam Iurisperiti excusantur si perperam intelligant ea quę sunt de apicibus iuris, vt idẽ Bald. dicit in c. j. §. iudices, nu. 4. in tit. de pa. iu. fir. Dixit etiam Oldendor. in trac. de iu. mil. dum enumerat casus in quibus cessant militum priuilegia, nu. 2. quòd eis non subuenitur quando consulto & scienter omittunt allegare factum vel ius, vt quando consuluerunt peritos, iam enim non ex ignorantia patiuntur, quod satis congruit dicto cõs. Bal. super quo etiam dubito, cum ignorent licitè quale sit acceptũ
4 consilium periti. Priuilegiatur etiã miles † si inconsulto adeat hæreditatem vt non teneatur vltra vires hæreditatis. l. fi. in princ. C. de iu. delibe. quod & repetitur in fi. legis, Gl. tamẽ ibi dicit hoc esse correctũ per ius nouissimum, quod ẽt dixit in auc. de hæred. & fal. §. quia verò, in ver. militari, quæ etiam dicit quòd inuentario non confecto amittet falcidiam, secus si illud confecerit, etiam si sit testamentum militis, quod facit ad id quod dixi supra de priui legio falcidię, & Trebellianicæ, quod etiam voluit Bart. in l. j. §. in filij, ff. ad Treb. Aliqui tamen illum text. in §. quia verò intellexerunt vt loquatur in milite instituto, non etiam in testante, quod Gloss. ibi reprobat. Ego ęquius & sanius crederem è contra intelligendum esse non in milite testante sed in adeunte, cui licere debet ignorare illam tutelam, & leuamen inuentarij faciendi, cui sensui applaudet textus. ille, ibi, vt omnia testamenta siue nuncupatiua, siue in scriptis ita obseruent, siue

priuata

priuata sit persona, siue militaris; quæ verba respiciunt testamenti facturam, non inuentarij; non est tamen à Glo. & communi sententia recedendum, maximè cum in eo tex. dicatur, communem namque hanc legem omnibus hominibus imponimus; quamuis dicat Are. in consil. xij. col. j quòd illa Gloss. sibi nunquam placuit.

5 Item † si miles neque profiteatur, neque soluat vectigal non cadent res suę in commissum, vt l. ij. C. de vectigal. quòd potest extendi ad professione immobilium, Cum renouantur census, quos alij registra, alij castra vocant. Priuilegium est etiam vt à Caligato vsque ad Protectorem liceat matrimonia sine vlla penitus solẽnitate contrahere, si tamen ingenuam vxorem ducat; l. à Caligato. C. de nup. † verum quòd Doc. ibi notant licere indistinctè militibus à minore vsque ad maiorem sine vlla solemnitate vxorem ducere, longe est aliter intelligendum; Et videlicet vt à Caligato, quòd est infimus gradus militaris, vsque ad protectorem, qui est gradus non supremus sed mediocris, liceat ita vxorem capere; at a Protectore supra, non liceat; quòd quamuis doc. non dicant, probatur in auc. vt li. ma. & auiæ. §. illo indubitanter, vbi refertur constitutio Constantini, per quam abiectarum mulierum coniunctiones quibusdam militibus interdicebantur, Idque Iustinianus ibi corrigit, concedens mulieres quascunque si tamen sint ingenuæ, posse militibus copulari, nisi magnis dignitatibus decorentur, quo casu iussit vt dotalia instrumenta faciant, quòd etiam statuit in auct. quib. mo. na. effi. leg. in. §. hęc ergo, & in. §. sequen. De Protectore aliquid dixi supra sub cap. de speciebus militiæ, & fortè habebant

7 singulæ scolæ suos Protectores, prout & suos primicerios; † Caligati verò dicebantur à Caliga qua gregarij vtebantur, quòd erat calciamenti genus, quòd hodie vsurpamus in tegmine crurum, & pedum, quòd declarat Taci. is enim lib. j. de Caio Germanici filio, qui Tiberio postea succesit, loquens, Infans, inquit, in contubernio legionum educatus, quem militari vocabulo Caligulam vocabant, quia plerunque ad concilianda vulgi studia, eo pedum tegmine vtebatur, Erat igitur vt vides vulgarium vsitatio; Quod alibi ex eodem Tacito dignoscitur, dum de hoc ipso Caligula (inquit) filiã gregali habitu circumferat, Caligulam appellari velit; Hæc verba

8 erant indignantis Tiberij. Sed neque quamdiu † quis militat currunt ei tempora longeuo præscriptionis, l. fi. C. qui. non ob. lun. tempo. pręscrip. quòd etiam extenditur ad militum asseclas, aut alios qui sunt in castris necessarij, quales sunt Chirurgi, aut Phisi-

9 ci, vt eo. tit. l. ij. Est & inter priuilegia † ne condemnati vltra

quam

quàm facere possunt exigantur, deducto etiam ne egeant, l. miles, ff. de re iu. Quod tamen non procedit si ęs illud turpiter contraxit vt vagando per mundum, vel si sit ignominia missus, vt per Gl. ibi & hoc priuilegio gaudent etiam togati milites, item, & celestis militiæ, vt ibi per Bar. Aliud mihi visum est colligi eorum priui-
10 legium ex l. de militibus, ff. de custo. ex exhib. re. † vt neque ipsi duci exercitus liceat in fontes animaduertere, nisi consulto Principe, exceptis calligatis, & qui infimi sunt ordinis: vt quid enim esset in l. illa implicatiua, etiam in caligatis ius eum habere, nisi prohiberetur quo ad alios maioris gradus, Cui opi. congruit quòd in l. officium. §. fi. ff. de re mil. Dicitur Tribunorum officium esse in castigandis militibus modum suæ auctoritatis non excedere, & ad huc magis congruit, quòd apud Tacitum legitur, in seditione illa de qua iam est pluries supra sermo habitus Minutium Præfectum castrorum, pęnes quem erat tunc summa rei, cùm abesset Dux, ceptam seditionem sedasse duorum militum supplicio: bono, inquit, magis exemplo, quàm concesso iure, At hodie, mitto Ducē ipsum, mitto legatos, qui mihi ij ferè videntur quos colonella nuncupāt etiam Centuriones, siue vt vulgo dicitur Capitanei, vel leuissimis de causis, in ipsos insaniunt, nulla penitus iudiciali via, aut disciplina militari. & regula seruata, sed dici potest cum Cy. transeat cùm cęteris erroribus eorum, De legato autem & de præfecto castrorum vide Vegetium, lib. ij. titul. nono & Decimo.

o Est & priuilegium † si contra minorem feratur sententia & appellet Curator eius, neque prosequatur, si interim adultus fiat miles, poterit finita quantocunque post tempore militia, appellationem illam prosequi, absque eo quòd Curatorem conueniat ob rem neglectam, l. negotiorum. §. j. ff. de appella. Priuilegium quoque
11 est militis, † vt quamdiu est in captiuitate & hostium manu currant ei tempora, ac si militaret, vnde si compleantur interim tempora eius militiæ, premia cum cæteris veteranis accipiet, vt l. non omnes. §. qui ab hostibus. ff. de re mil. & l. iij. §. sed si ex improuiso; An vero currant ei interim stipendia huius temporis, variè videtur decisum. Nam in l. pe. ff. de re mil. dicitur quòd debentur. Cuius contrarium dicitur. C. eo. tit. l. j. Glo. in ipsa l. j. soluit quòd si capiatur præsidio, id est pręuiso, & sua leuitate, procedat lex prima, At si ex improuiso, & dum iter facit, aut defert epistolam, & procedit, d. l. pen. quòd ibi sequitur Io. de Pla. Alia est sol. Gl. quòd aliud stricto iure, aliud ex Principis indulgentia, quòd repugnat, l. cum allegatis. C. eo. tit. vbi dicitur non deberi stipendium tem-

poris

poris quo quis in desertione fuit, etiam si ex indulgentia Principis militię sit restitutus, fortè tamẽ aliter possunt concordari omnia ista iura, ita intelligendo, vt d.l.j. & l.cum allegatis, loquantur in vero desertore & eo, qui voluntate sua fuit apud hostes, d. verò lex pen. in eo cui intentabatur crimen ipsum desertionis, non fuit tamen probatum, vt ibi, neque deserto rem fuisse apparuerit; fortè enim probauit se ex commeatu abfuisse, nimirum si stipendia illius temporis accipit; Et quòd in casu d. l.j. quis voluntariè fuisset apud hostes innuit verbum illud restituto, quid enim opus erat restitutione postliminio reuerso? nisi & culpa aliqua intercederet? Marti. tamen Lauden. hanc quæstionem tractans in suo tractatu de milite, q.iiij. dicit simpliciter deberi stipendium temporis quo quis fuit in captiuitate. Contrarium verò dixit in suo trac. de bello, q.xljx. vbi allegat Bal. ita dicentem in l.vlt. in fi. C. de condi. infer. fortè etiam intelligi debet vt currant milite capto stipendia id est anni stipendiorum, sed non stipendia, id est æra stipendiorum; quando stipendia vicena, & tricena dicimus, id est viginti annorum & triginta. An verò † militi qui ex commeatu abest à signis stipendium debeatur quæsiuit Bal. qui omnia tractat, & tenet quòd sic, in l.iij. in vlt. ver. C. de condi. infer. Roma. idem tenet in sing. ccccxlviij. allegat tex. quem dicit sing. in l. hac lege. C. de prox. sacro. scri. lib. xij. Idem etiam Bal. in d.l. vlt. de condi. infer. tenet simpliciter quòd dixi supra. Sunt, & alia militum priuilegia, † quanto enim cunque tempore militauerit, & quantacunque sint tempora decursa, intra annum à finita militia in integrum aduersus præscriptionem restituetur, & rem suam reuocabit, l.iij. C. de resti. mil. & l.iij. C. de tempo. in inte. resti. Item † si non defendantur possideri quidem possunt eorum bona, non tamen omnino creditoribus addici, l. ignorare. C. eo. tit. Item † si creditores militis bona distraxerint ex pignoris iure, & secundum formam l. fi. C. de iu. do. impe. restituetur vt persoluto debito, seu etiam pretio venditionis, si minus sit quàm debitum, bona recuperet, l. si cum militaribus. C. eo. tit. sola tamen ratio temporis quo militauit est habenda, non etiam temporis quo domi mansit, vel peruagatus est, vt eo. tit. l. vltim. Minor † etiam militans ex die missionis, nõ ex die perfecte ætatis, tẽpora cõputat, vt restituatur in integrũ, & sic vides quòd magis attẽditur accidẽs quàm natura, vt inl.j. C. de tempo. in int. rest. Gl. tamẽ & Doc. ibi alio sensu accipiunt; Alibi etiã natura inspicitur potiusq; accidens, etiam in milite; nam si minor cum fratre paciscitur de paterno fideicomisso, succuritur

curritur ei, ſecus ſi maior, & ſi etiam ſit miles, quia conuentis parebit, l. de fideicõmiſſo, C. de tranſ. Reſtituitur etiam miles aduerſus lapſum temporis quod ei cui ſucceſsit lapſum erat, ſi tamen & illi competebat reſtitutio, ſi intra tempora petendæ reſtitutionis nomen dedit militiæ, idque obtinet ex defuncti perſona, vt l. ij. C. de tempo. in integ. reſtitutio. quod tamen non puto eſſe ex militari prærogatiua; prout neque in caſu l. iiij. eodem titulo dum ibi dicitur quòd militis hæres ex illius perſona reſtituetur aduerſus tempus quod durante militia lapſum eſt. Cuicunque enim hæredi competit, ex defuncti perſona ius atque actio
16 quod ipſi defuncto competebat. Habent † etiam milites fori priuilegium, neque conueniuntur niſi coram ſuo Iudice; cum diſtinctione tamen, Aut eſt enim cauſa criminalis aut ciuilis, primo caſu, aut crimen eſt militare, & ad ſolum militum iudicem ſpectat cognitio, vt l. tertia in principio. ff. de re militari, aut eſt crimen commune, & leue, & idem, vt in Gloſſ. ibi, etiam ſi remittendus veniat, vt eſt etiam ibi in tex. aut crimen eſt graue, & punitur vbi deliquit, ac per Præſidem Prouinciæ l. prima. C. vbi de crimi. agi oppor. Quod intelli-
17 ge niſi concurrant Præſes & Dux, aut Magiſter militum, † præfertur enim proprius militum Iudex, vt probatur in l. penultima. C. de iurisdictio. omni. iudi. Imo ſi is non adeſſet, poſſet miles petere ſe ad eum remitti, quod in dicta l. penul. dixit Pau. de Caſtr. Et probatur in l. de militibus, ff. de cuſto. ex exhiben. reo. & C. eod. titu. l. prima Et ſecundum hæc iura debet intelligi text. in l. vltima. ff. de acuſationi. Imò quòd etiam in graui crimine remittatur ſuo Iudici probatur in l. prima. §. ſi verò miles, C. de falſa mone. Dicitur etiam in l. prima. C. de offic. magiſt. mili. quòd ipſe nullam habet in Prouinciales iurisdictionem, neque viciſim Præſes in viros militares, Cui non eſt abſimile quod dicitur manum militarem ſe non extendere in priuatorum negotia, vt l. j. C. de off. mili. iu. & l. ne quis iudicum C. de offic. rect. Prouin. Ciuiles autem ipſorum cauſas, ſi conueniantur, ſolus cognoſcet eorum iudex, vt d. l. penul. ſimplicius tamen puto dici poſſe militem pro communi delicto, in Prouincia vel ciuitate facto in qua non militat, non eſſe remittendum, ſed ibi per Præſidem, vel magiſtratum, Cuius de ea re eſt in Prouincia vel ciuitate notio puniendum, per d. l. j. C. vbi de cri. agi op. Aliud eſt etiam no. in hoc fori priuilegio, nam Principes viri, & qui ſummos Magiſtratus geſſerunt, illique præcipuè,

18 qui enumerantur in l.fi.in prin.C.vbi ſena.vel clariſ.† inter quos
eſt Theſaurarius Principis vel Auguſtæ, ſi de crimine, quantum-
19 uis graui, iam depoſita adminiſtratione,accuſentur,† nullius al-
20 terius iudicis ſubſunt auctoritati† niſi ipſiusmet Principis, aut
21 eius, cui in ſpecie commiſit, † Sed neque ipſe ſpecialis delega-
tus Principis conuictum reum condemnare poterit, ſed ipſum
Principem admonebit,qui pro ſua clementia de eo ſtatuet quod
ei videbitur, quando ſunt adeò in eo pene omnes arbitrariæ vt
etiam ſontem poſsit abſoluere,quæ omnia habentur,in d.l.fina.C.
vbi ſena.vel cla.& ibi ſcrib.no.maximè Bal. & Saly.Poterit tamen
delegatus abſoluere inconſulto Principe,ne aliàs vertatur in odiũ
quòd fauore introductum eſt, vt etiam, ea l. Et hoc vltimum,
quod ſolam habeat iudex cognitionem non etiam condemna-
tionem, procedit etiam in his qui ex priuilegio ea pollent digni
tate, etiam ſi actu eam non exerceant, aut quandoque exercue-
rint, vt ea l. §. penul. & vlt. Et iſtud priuilegium non eſt obli-
uiſcendum. Nam ſi is, qui fuit Dux armorum Regis vbicunque
terrarum, ſiue qui fuit eius Theſaurarius,ad priuatam redeat for-
tunam, & in aliqua prouincia Regis deliquerit, Puta, in Regno
Neapolis,non ſuberit viceregi,neque ab eo poterit puniri, per d.
l. Quod non debet abſonum aut iniquum videri,tum propter re-
liquias geſti honoris,tum,& quia multa in iure ſunt conceſſa Prin
cipibus viris, quæ non ſunt conceſſa inferioribus, & tenuioribus,
vt eſt in caſu.l.diui.§.j.& vlti.ff.de pęn. vbi ſi notabilis perſona cri
men comittat propter quod releganda ſit,non relegabitur incon-
ſulto Principe, Imò neque eo caſu Præſidis plena eſt notio. ſed
detinebit, ac cuſtodiet, Principe poſteà admonito, vt ea l. in fin.
22 Hoc etiam fori priuilegium non ſtipendiatis non competit, vt C.
de offi.mag.mil.l.iij.vbi Gloſ.no. contra non deſcriptos in matri-
cula,quòd vulgo dicitur non arrolatos, Rollum enim ac matricu
la ſunt chartule illæ in quibus militum nomina recenſentur.

Poteſt,& inter priuilegia cenſeri,quod Nauicularioru curia
lium,Cohortalium, Fabricenſium, militum quę omnium hære-
ditates,ſi abſque legitimis moriantur hæredibus, non fiſco ſed eo
rum collegijs,& vexillationibus deferuntur, quod dicitur in toto
23 tit.C.de hære.decu.† Quod tamen non auſim extendere ad corpo
ratos ſiue collegia noſtri temporis,ſiue ea ſint profana, ſiue etiam
pia,puta cerdonum,aut diſciplinatorum, quidquid Barto. dixe-
rit in l.ſi quis filio, §. eius qui, ff.de iniu.rup. & Bal. C. de conſtit.
prin.l.recepticia, in vltimis verbis,illæ enim leges omnes,d.titu.

de

de hęre. decu.inducunt iura ſpecialia,vt optimè declarat ibi Saly. ptereà corpora illa pertinebant ad Rempublicā, cui militabant, & cui erant eorum bona obnoxia,vt de Nauicularijs probatur, C. de nauicu.& naucle. per totum tit. et C.de præd.& om.re nauicul. l.ii.& iii.lib.xi.de cohartalibus dicitur in l.quiſquis. C. de cohar. & idem de fabricenſibus,nam & totum ipſum corpus tenebatur de facto cuiuſlibet ex corporatis,l.iure.C. de fabricen. & probatur in l.vlt.C.de decre. decu. nimirum igitur ſi ipſi corpori conceſſum eſt quoddam velut ſucceſſorium edictum, quę rationes ceſſant in
24 ſupradictis collegiis noſtri temporis. Priuilegio † eſt etiam ne in militum ſtipendia mittatur exequutioni ſententia in eos prola ta,ſi aliunde poſsit ſatisfieri,vt l.ſtipendia.C.de execu. re.iud.

Item eſt inter priuilegia vt qui in necem conſpirant eorum qui cum Principe militant,crimine leſę maieſtatis obligentur,l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.quæ tamen verba,vel cuiuslibet qui nobis militat,non puto extendi ad omnes Imperatoris milites, ſed ad illos dumtaxat qui ei aſsiſtunt,quancunque exerceant militiam,ſiue armatam ſiue togatam. Poteſt & inter priuilegia illud cenſeri, licet infauſtum & non ominandum, vt quinquennium quod datur viro ad accuſandum vxorem iure mariti,non currat quamdiu quis
25 militat,vt l.ſi quondam C.de adul. Fauorabilius † priuilegiatur
26 miles ne ad angarias teneatur,† ne ve ad hoſpitia,l.ab his oneribus,in prin.ff.de vaca.& excu.mu.& l.maximarū.C.eo.ti.li.x. Sed in eo quod dixi,de hoſpitatione contradicit tex.in l.ſunt munera. d.tit.de vaca.mu.quę iura videntur ſibi inuicem contradicere, cī in l.his oneribus,dicatur quòd militi remittitur hoſpitis recipiendi neceſsitas,in alia dicitur quòd neque merita militiæ tribuūt excuſationem à recipiendo hoſpite,Dic pro ſolutione,ſubaudiendo ibi merita militiæ,ſcilicet retroactæ, vel dic quòd quædam eſt hoſpitatio repentina,& quæ rei non cohęret, & ab iſta miles non excuſatur,Alia eſt prouiſa,& quæ rei cohæret,& excuſatur.ita diſtinguit Gloſ.quæ tamen loquitur in eccleſia,in l.j.C.de ep.& cle.verē tamen hęc ſol.confunditur ex d.l.ſunt munera,loquitur enim in onere,quod cohæret rei,& tamen dicit non excuſari militem, vnde melius ſoluitur quòd aliquando,hoc munus inducitur nullo habito reſpectu ad rem,Et tūc priuilegiatur miles,aliquādo eſt onus rei,& tunc qui rem habet illud ferre cogitur,regulariter tamē hoc eſt munus patrimonij, l.iij.§. munus hoſpitis.ff.de mune. & hono. ſed quòd competat militi hæc immunitas probatur, in l.vl.§. ſiue
27 autem,eo.ti. Eſt & militare priuilegium † vt quòd valeat pactū

de inuicem ſuccedendo, quod probat lex ad hoc ſingul. C. de pac. l. licet, vbi Bartol. not. inter paganos verò lunge eſt aliter, improbantur enim pacta eiuſmodi, prout Bartol. reſpondet in conſi. lxx. Et rurſum in conſi. ccxij. promitto tibi, & tu mihi, quem ſequitur Deci. in conſi. ccxxv. colum. iij. ccxxxvj. colum. penuſ. cxj. & DLv. ac etiam in l. pactum quod dotali. C. de pac.

Quod verò (ſi de captiuo certent comilitones apud quem cuſtodiendus ſit donec taleam perſoluerit) & ſtatutum eſt vt præferatur cęteris is qui eſt nobilior, quod dixit Tiraquell. in tracta. de nobili. capitu. xx. numer. 177. magis eſt prærogatiua
28 nobilitatis quàm militiæ. Priuilegium eſt etiam † quòd Centurio vel alę præfectus ſtipulari poteſt pro tota ſua ala ſeu manipulo quod dixit Angel. ff. de pact. l. item magiſtri, vbi dicit quòd conteſtabilis poteſt ſtipulari, pro ſua ſquadra.

Priuilegium quoque eſt quòd poteſt miles peremptoriam exceptionem opponere etiam in ipſa exequutione ſententiæ, licet regulariter ſecus ſit, vt l. j. C. de iu. & fac. igno. quod pendet ab eo quod dictum eſt ſupra de permiſſa ei iuris ignorantia.

Non ſubiacet etiam querelæ teſtamentum militare, vt l. teſtamentum. C. de inoffi. teſta. quod ſupra inter teſtamentaria priui-
29 legia reponendum eſt. Prout & priuilegio † habet miles vt empta res ex pecunia ipſius efficiatur eius, etiam ſi non ſit empta ipſius nomine, l. ſi vt proponis. C. de rei ven. quod conſultus in facto reſpondet Abb. in conſi. xciiij. in quæſtione hæredum. col. j. lib. ij.

Item & quòd in l. ij. C. de naui. non excu. lib. xi. ſtatuitur vt capi poſsint animalia prouincialium ad transferendos exercitui commeatus, quod ſępiſsimè fit diebus noſtris, dum commeant aliquo milites, non eſt extra eorum priuilegia. Quod verò per ſacros Canones prouiſum erat ne vterentur Chriſtiani in bellis ſuis, ſagittis, aut baliſtis, vt quantum fieri poterat tolerentur ſeuitiæ, & necis inſtrumenta, quod etiam ſub anathematis vinculo interdici tur, vt in c. vni. extra de ſagit. Poterat inter militaria priuilegia reponi, quando, & ipſi prima commoda, imò ſoli, eius legis ſentiebant. ſed tantum hodie abeſt vt illi conſtitutioni ſit locus, vt etiam ignea tormenta mille nominum ſint aptiſsiua atque vſitatiſſ. armorum inſtrumenta, quaſi pauca ad mortem eſſent per tot ſecula inuenta, niſi patrum noſtrorum ętas, cum Deo de fulmine certãs, hoc inueniſſet, vnde vel vnico ictu, poſsint centena hominum orco mandari. Item licet is qui pecuniam tradit alicui, nihil expreſſo cur det, ſi eam repetat grauetur onere probandi quod ſine

cauſa

causa,siue ex sibi commoda dederit,in milite tamen est aliud, cō-
paratur enim in hoc minori , & pupillo , ita vt aduersam partem
opporteat vel restituere vel causam retentionis iustæ comprobare
ita Bal. in l.cum de indebito,versi.si autem is qui indebitam,ff.de
30 conditio.inde. Item † non cogitur miles inuitus testimonium
dicere , l.inuiti , ff. de testi. Neque cum dicunt à signis auocan-
tur , vt l. testium , §. fina. illo eodem titu. Sed neque à senten-
tia prolata super annona militari potest appellari , vt l. fina. C.de
appella. quod intellige si sit in rem militum , ne appelletur, ne
aliàs vertatur in perniciem quod eorum fauore est inuentum, ita
Ang.ibi, Tedet me iamdiu censuræ huius, & tam prolixæ reci-
tacionis priuilegiorum, cogitent tamen milites , si in aliquorum
manum incidet opusculum istud , quanta caritate, & quanta cura
Imperatores Romani suos milites,imò omnis qui, postquam,vt iã
iam prosequar , perdurant in eis priuilegia hæc omnia, & ample-
xi sint,& fouerint eorumque commodis , & beneficijs studuerint,
præstent & ipsi suis Ducibus,suis Regibus,& Principibus eam ope
ram,eam ve militiam , quam fortissimi illi quibus successerunt
suis præstiterunt quos sua fortitudine , & virtute , suo sanguine
terrarum Dominos effecerunt , & vt iam tandem modum his
priuilegiis recensendis imponam. Est postremo inter priuile-
31 gia, † ne in metallum milites damnentur, ne ve in metalli opus,
Cui pœnę non est absimilis damnatio quæ fit in præsentiarum,
32 ad triremes . † Item & ne torqueantur , l.tertia.§.j. ff. de re mi-
33 lita.vbi addit Gloss. † neque furcis suspendi eos posse , aut aliis
plebeiorum pœnis affici , quod Bald. ibi dicit vsitari in Italia,
sed non in Francia , vbi furcarum pœna non habetur adeò pro
ignominiosa sicut in Italia . Cui congruit quod Philosophus qui-
dam Tyranno hanc pœnam minitanti respondit, Quid refert hu-
mi an sublime computrescam ? Et quòd non suspendantur di-
xit etiam Bald.in tit.de pa.te.§.si rusticus,in vltimis verbis,quòd
etiam pro no.collegit & excerpsit Martin.Lauden. in trac. de of-
fi. domi. quæstio. clxii. allegat Bartol. in l.capitalem . §. serui.ff.
de pœn. vbi Bartol. hoc dicit esse generale in omnibus nobi-
libus , & cunctis popularibus diuitibus , & honestioribus , quod
etiam dixerunt Panor. & Felyn. in capitulo cum quidam , extra
de iureiu.Dicit etiam Bal.in consi. ccccxxvi. quod incipit præmi
33 tendum ad euidentiam,li.i.quod † furcarum pœna maior est quàm
decapitationis:quia ista est instantanea , illa verò habet tractum
temporis , & est ignominiosior , Et propterea non potest, vt dicit,

inferre

inferre militibus, de quo est tex. no. qui non allegatur per eos. C.
34 de quæst. l. milites, † Et hoc priuilegium Doctores vbiq; extendũt etiã ad milites togatę militiæ, prout sunt ipsi Doc. quod Cy. dixit in d. l. milites, vbi etiã Bart. qui dicit quòd ita defendit vnũ prætorem in syndicatu contra quem vigebant indicia ad torturam; sed in eo casu Prætor ille erat miles Et hoc idem dixit in l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Et quòd doctores non torqueantur, etiam contraria consuetudine non obstante, dixit Roma. sing. cccclxxxviij. incipiente milites, quod in facto respondet Fulg. in consi. cclxxiij. in causa inquisitionis circa fi. Fortius dixit Bar. in l. medicos. C. de profess. & medi. lib. xj. quòd doctores non possunt personaliter capi, neque duci ad curiam, aut aliter vexari. Et sic neque eos potest familia perscrutari pro delatione armorum, Excipitur tamen in his omnibus casus legis Iuliæ maiestatis, priuilegium enim nihil hoc casu eis prodest, l. nullus. C. ad l. Iul. maie. Bal. in trac. quęst. c. j. col. ij. vbi etiam hoc extendit ad quędam alia crimina vt si quis sit
35 transfuga vt dixi supra. Extenditur etiam hoc priuilegium † ad istorum progeniem vsque ad pronepotes l. diuo Marco. C. de quæstio. quæ tamen restringitur ad eos qui ad eminentissimatus vel perfectissimatus dignitatem sunt prouecti vt ex ea colligitur
36 † Item extenditur ad Decuriones vt l. Decuriones. C. de quęstio. et d. l. Diuo Marco. Dicit tamen ibi Albe. quòd hoc in eis de consuetudine non seruatur, quod simpliciter ref. Mart. de Lau. in trac.
37 de consil. domi. q. vij. Incidenter hic quęro † an priuilegia militaria hic collecta & per tot iura sparsa conueniant, & seruari debeant militibus nostri æui, hanc quæst. tractant Doc. omnes in l. j. C. de iu. & fac. igno. et aliqui, maximè Alex. in l. Centurio. ff. de vulg. subst. et fortè magis cõmuniter dicunt quòd non, mouentur quia nostri milites non habent solemnia quæ exigit Glo. in l. pen. ff. ex qui. cau. ma. Item quia qui nudum habet nomen sine effectu, non gaudet priuilegio, l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccles. quæ lex est ad verbum repetita in l. j. C. de collegia. & Carthofil. lib. xj. (quamuis dicat Iusti. in l. j. C. de no. cod. fa. se nihil reliquisse in iure superuacuum) quod etiam multis alijs locis ostenditur non seruatum. Item quia vacant negotijs, contra tex. nego. ne mili. Item quia etiam antiqui illi, & veri milites, cum vacabant ocio, & domi manebant, amittebant priuilegia vt l. fi. C. de in inte. rest. mil. & isti nostri domi semper manẽt, Item quia cessante causa &c. Item quia non sunt descripti in matricula militum, contra l. eos. C. de appa. mag. mil. quæ est l. vlt. quod etiam probatur in l. per Illyricum,

lyricum,C.de cohartal.lib.xj.ibi.Non illi qui vano militiæ nomine lucra ſectantur, ſed qui neceſsitatem officij debitis ſolicitudinibus exequntur, Et per iſtas rationes Alex. vt dixi in d.l.Centurio,num.24.concludit communem eſſe opin.quòd antiquis priuilegijs non gaudeant,quod etiam Iaſ.dixit in d.l.j.nu.vij. C. de iu. fac.igno.Excepto,inquiunt, quòd non torquentur, quod puto eos excepiſſe ob Bar.reuerentiam,aut metum, Poſtquam is dixerat ſe defendiſſe in ſyndicatu Prætorem illum ſuum; de quo dixi ſupra. Ego ſalua ipſorum reuerentia credo eſſe diſtinguendum, quia aut ij noſtri, et ipſi actu militant,& pares in omnibus illos facio antiquis,quamuis enim ſtigmata non accipiant,& maxima pars antiquarum ſolemnitatum,& ceremoniarum exoluerit,ſucceſſerunt tamen alia per nouos Principes, inducta quę obſeruant , quòd ſufficit:quod Bal.dixit in l.j.in vlt.verbis.C.qui bo.ce.poſſ. facit quod dixit Rom.in cõſ.xliij.in iiij.quæſitio,rurſunque in cõſ. 606. col.j. quod milites noſtri ęui,qui ſunt in cõtinuo armorũ exercitio,anti quis fruũtur priuilegijs,propter quod cõcludit nõ valere in caſu illo,donationẽ eius in amaſiam, quod Bal. prolixius tractat in cõſi. cclxvij. ad euidẽtiã,lib.j.quod eſt repetitũ in v.lib.cõſ.cccclvij. & idẽ dixit in cõſ.cccclvj.recolo me cõſuluiſſe.Et licet Bal.aliter cõcludat quàm Roma.in caſu illo miles idem erat & Princeps qui eſt ſupra milites,& ſupra leges,fateturque Bal. quòd non audet in illo caſu ſuo aliter dicere , quia incurreret odium illarum Dominarum quibus Bernabos Dux tunc Mediolani donauerat multa,& pariter filiabus earum , fortè ex illo adulterio progenitis, Et fruſtra
38 niteretur,odium inſuper ſibi quærendo. † Et verè rationabile eſt indulgere Principi vt largius poſsit impendere in ſuos amores quam miles:Et poſtquam immenſa eſt vis huius affectus, vt vincat etiam optimos , aliàs Principes , liceat etiam iniuriam paſsis prę-mium irreuocabile accipere pro illata ignominia , quæ non paruam habet excuſationem, propter immenſam Principis poteſtatem,qui poteſt vel ipſo nutu metum inferre,Iuxta illud.

Nutu totum tremefecit olimpum.

Dificile enim eſſet inuenire quæ auderet negare Principi , quod & de Berſabe illa legitur,laudata alioqui fœmina,quę vocata à Rege in amplexus ſtatim paruit vt habetur Regum.2.c.11.Et vt in ſemitam recurram nulla eſt culpa militum quòd hodie nõ ſeruent ſolemnia illa antiqua,poſtquam Principes ea contemnunt , & alia induxerunt quæ ſufficit ſi obſeruent , quando & Antiqui illi non pauca immutauerant Priſcis ſecutis obſeruata . Aut ſunt mili-

tes

38 tes † ex Principis indulto,& priuilegio, & iterum distinguo, aut sunt militiæ apti & idonei,quales sunt maxima illorum pars, qui hoc hodie,impetrant à Cæsare,aut à Regibus,Et hos puto illis frui priuilegijs quæ ad decorem faciunt,qualia sunt multa ex supra re citatis,ne pro delatione armorum perscrutentur,ne carceri mancipentur, ne torqueantur, ne damnati pœnas Plebeiorum luant. Et si quæ sunt alia consimilia,fortè etiam testantes illis etiam fruẽtur quæ dixi supra competere militibus extra aciem, quod maximè procederet si in priuilegio diceretur quod veris militibus adquentur, & eis similes sint, prout in simili dicitur de eo quod ex priuilegio factus est Ciuis,quod nihilo est minus ciuis quàm originarij,quod dixit Bar.in l.si is qui pro emptore, in xiiij.col. in fi. ff.de vsucap.ref.Bal.& sequitur in l.iij.§.hęc verba ff. de nego. ge. quod omnes tractant in l.adoptiuum.§.patronum ff.de in ius vo. li cet obstet tex.in d.l.fi.C. vbi sena. vel clarif.§. viros, vbi Saly. no. quod non est tanto honore dignus qui habet dignitatem ex priui legio,quanto is qui eam suo sudore quæsiuit,quod patet vel ignaris & indoctis,sed licet non tanto digni,non tamen omnino indigni;& quòd nostri æui milites antiquis gaudeant priuilegijs respõ det Pau.de Ca.in consil.ccccxiiij.viso,& examinato, col. & lib. ij. vbi sustinet propterea testamentum militis factum domi, quo fuerat delatus vt curaretur,ex vulneribus in bello acceptis, ac si esset factum in castris;Idem,& respondet Sozi.cons.xxxiij.nu.4.lib. iij. vbi hanc atteſtatur communem sententiam,loquens in testamento filij fam. de peculio suo testantis, idque domi, & indistinctè, &
39 quandocunque,quod dicit carere omni dubio. Aut ita † priuilegiati miscent se sordidis actibus,collatam dignitatem fędantes, & tunc eos puto indignos omni priuilegio, cum illud amittat qui eo abutitur,lxxiiij.distinct.c. vbi ista.C.de iudę.l.Iudęos,in fi. & l. libera, in Glo.ff. de pecul. quod latiss. more suo tractat Tiraq. in tract.de Nobili.c.xxvij.Turpibus enim lucris inhiantes nulla sunt dignitate honestandi,l.ne quis C.de digni.Saly.tamen hanc ipsam materiam tractans in d.l.j.C.de iu.& fac.igno.post Iac.de Bel.quẽ sequitur,breuius distinguit,intuendam enim dicit rationem pri-
40 uilegij, † nam si conuenit competit,si nou,non; vnde actu militantes gaudebunt omnibus illis priuilegijs antiquis, alij verò qui ad decorem,& ornatum armantur,& non ad sudorem neque ad sanguinem,his solis gaudebunt quæ honoris causa dantur. Quæ non est reprobanda distinctio, & satis congruit his quæ dicta sunt supra, sed quod actu militantes admittit ad quęcunque priuilegia

habet

habet ſequacem Deci. qui in conſil. dlxxvi ij. tenet quòd etiam poſt pubertatem poteſt directo miles ſubſtituere licet in cœteris quæ ſupra diſtincta ſunt non ita concordetur.

41 Ad vnum tamen animaduertendum eſt, † quòd licèt Doctores paſsim vocent milites, hos quos aureatos nuncupant, quo nomine vtitur Deci. in d. conſi. Et ante eum Iaſ. in d. l. j. de iu. & fac. ignor. vbi etiam Saly. ſubobſcure, & quos Italico nomine dicimus Caualieri, iſti tamen vel reclamantibus omnibus, milites non dicuntur, quòd ſcitè dixit Tiraquel. vir multe lectionis, & doctrinæ, in d. trac. de nobil. cap. viii. nume. 13. Cenſeo etiam quòd non de-

42 bent hoc priuilegio gaudere iſti milites ſeu equites † quos aureatos vocant, qui hoc impetrant per pecuniam, quòd vidi vſitari, & frequentari in Canzellaria Caroli quinti, in qua etiam ſalis venditores, mediantibus vigintiquinque, vel circiter aureis nummis, impetrabant hunc honorem, etiam cum poteſtate legitimandi quoſcunque ſpurios creandi notarios, & cum centum alijs prærogatiuis, qui tamen non ideò magis ſunt inter nobiles numerandi neque recipiendi, prout neque de facto à verè nobilibus recipiuntur, quòd etiam dixit Pet. de Antibo. Doctor Gallicus, in trac. de mune. §. iiij. num. 62. Et per iſta finem facio his militaribus priuilegiis recitandis. Vnum addo, quod poſt peractũ hunc qualemcunque laborem meum venit mihi in manum tractatus celebris Iuriſconſulti. Mantuæ de priuilegiis militum, verùm quod ego ex eius fontibus hæc mea non auſerim neque labores eius ſurripuerim puto facile, perſuaſum iri iis qui vtraque legent.

SVMMARIVM.

1 *Aetas noſtra verè aurea.*
2 *Duces triumphales.*
3 *Statue equeſtres.*
4 *Corona aurea. P. Decio.*
5 *Centum boues premio dati.*
6 *Corona graminea.*
7 *Duplicatum frumentum præmium militare.*
8 *Decem boues, Et aurea corona Coruino, & Torquato.*
9 *Armillæ aureæ.*
10 *Prẽmium primò aſcendenti muros hoſtiles cui detur ſi multi conſcendant.*

11 *Capta ex hostibus antiquitus non erant capientium.*
12 *Dona in Imperatorem collata ab exercitu.*
13 *Coronæ aliæ multæ & militaria dona.*
Vacatio à militia ad tempus olim militare præmium.
14 *Ciuica corona honoratior alijs.*
15 *Vacatio à militia præmium militare.*
16 *Milites donati concessione vsus speciariarum.*

De militum præmijs & stipendijs. Titulus IIII.

NON satis visum & Ducibus & Principibus honorari milites priuilegijs nisi allicerent et præmijs, Quæ verò ea sint, et qualia neque dictu est facile, neque inuentu, quando ex tempore, ex re, ex loco, ex persona, ex successu ipso atque euentu, ex arbitrio denique & liberalitate donantis totum hoc pendeat, sed & seculorum non leuis neque parua est differentia, & varietas. Rudi enim illo, & Prisco seculo Romanarum rerum, & virorum, qui res Italas eò prouexerunt vt æterno penè futura sint miraculo, & parcius conferebantur præmia quòd posideretur angustius, & capiebantur honoratius, & rectius quòd desiderabantur lunge
1 minus ambitiosus, atque auarius. At hoc †nostro verè aureo secu lo, dici enim potest cum antiquo poëta.

Aurea nunc verè sunt secula, Plurimus auro.
Venit honor.

Quis enim neget aureum seculum, cum ad aurum referantur omnia? nullaque sint in pretio præmia nisi quæ magno constant, & magno veneunt. Neque tam sunt culpandi milites quàm ipsi Principes viri, & Duces, quotus enim quisque audaciæ, periculorum, egregiè factorum, præmia accipitur, qui minus accipiunt quàm qui vulnera, & mortes subeunt, aut qui magis quàm quos minus decet? sint proceribus, sint Principibus, sint Aulicis noti, etiam si per facinora, & dedecora qui poscunt præmia, & large expectent, sed & his ipsis Aulicis, & proceribus effusæ immensæ prodigales dantur opes, tenuioribus verò nullæ aut perexiguæ, ita vt nunquam alio quo, magis quàm huic nostro congruerit euangelicum illud. Habenti dabitur, Neque mirum si corruptissimis moribus, pessundata omni disciplina castrorum, cum neque bonis sint parata præmia neque fontibus pœnæ, aduersi casus, pessimique euentus in dies contingunt, rarissimaque, ac perexigua virtutis & bellicæ for

titudinis

titudinis exempla. libet igitur aliqua ex antiquis referre, quæ si non prosint exemplo, delectent saltem lectione.

2 Atque vt ab ipso militum † Duce, atque Imperatore exordiar nō contemnendum visum est eis pręmium quòd re bene gesta fugatis & cesis aut deuictis hostibus triumpharent; vel si res minore esset acta gloria ouantes saltem vrbem ingrederentur; quę gloria sat eis tum erat pro pręmio. sic Camillus deuictis Volscis curru, & albis equis inuectus, Romam est ingressus, quod supra humanū fastigiū est visum, visus est tamen lunge postea. M. Ant. Triunir, post victos Brutum, & Cassium, eādem vrbem curru leonibus docto inuectus. pessimo Romanæ libertatis omine, leonibus iugo ad actis, & freno

3 perdomitis. Addita, & multis pręter Triumphalem honorū † equestris statua in foro posita, qui honos innumeris pęne Romanis ciuibus tam explebe quàm ex patribus est collatus. Priuatis verò alia collata sunt pręmia, Manlius ille cui seruatum capitolium cognomen adiecit, ob hoc ipsum facinus à ducibus laudatus, militari consensu à singulis selibras farris, & vini quartarium accepit, rem, vt Liuij referam verba, dictu paruam, verùm inopia eam in-

4 gens caritatis argumentum ostendit: † Amplius multo, atque honorificentius donatus fuit, P. Decius liberauerat hic suo consilio suoque cum delectis aliquot periculo, consulem atque exercitum ex angustijs & magno discrimine, eademque virtute, & animi fortitudine se suosque delectos commilitones seruauerat, coronam

5 igitur auream accepit, † & centum boues vno inter eos opimo, au-

6 ratis cornibus † Insuperque coronam duplicem gramineam ob

7 seruatum, Et exercitum & præsidium, † sed & delecti illi milites

8 duplici in perpetuum frumento donati fuerunt. † Valerius etiam, qui & Coruinus post cęsum Gallum est cognominatus, decem bobus, & corona aurea donatus fuit. Quod ante cum obtigerat Torquato, propter obtruncatum alium prouocatorem Gallum. Cui &

9 Torquè cum cognomento illo eripuit † Acceperunt & dona centuriones quattuor cum Hastatorum manipulo, à Papirio cursore, armillas, aureasque coronas, quòd primi Aquiloniæ muros con-

10 scendissent, † Quod facit ad quæstionem legistarum de prœmio, quòd est propositum conscendenti primum muros hostiles, si multi vnà conscendant, eodemque momento temporis quid de prœmio agendum, de quo in prima constitutione digestorum, in l. Aretusa. ff. de sta. ho. & in l. ex duobus, de vulg. & pup. sub. nam hic vides omnes qui vnà conscenderant æquale accepisse pręmium. Quod & P. scipio fecit in expugnatione Cartaginis in Hispania,

Dedit & vniuerſo exercitui Camillus prædam ex volſcis captam. Idem fecit, & cęſis Etruſcis. Quod Fabius, auro tamen, atque ar-
11 gento excepto.† Neque enim, ne id ſilentio præteream, priſcis illis ea erat militaris licentia vt capta ſiue in acie ſiue in vrbis direptione, ſibi ipſis retinerent, ſed ea Duci conſignabant, qui aliquando prædam in publicum redigebat; aliquando etiam, ſed raro, in milites diſtribuebat, quòd apud Liuium legitur non paucis in locis, quorum vnum libet referre. Caſtra, inquit, faliſcorum capta, præda ad quæſtores redacta, cum magna militum ira, ſed ſeueritate Imperij victi eandem virtutem oderant, & mirabantur. Donatiuum etiam in ſuos milites contulit. Quod Fabius poſt cęſos ſamnites, nam ęris octogeni bini denarij, ij erant, vt ſupra oſtendi regales totidem, niſi aliud eſſent denarij ęris quàm alii, ſagaque, & Tunicę ſingulis donata prędia, vt inquit Liuius, illa ętate non ſpernenda. Econtra verò P. valerius conſul Caruentanam hoſtium arcem cum vi cepiſſet, prædam ſub haſta vendidit, & in ęrarium redegit, tum prædicans prædę participem futurum militem, cum militiam non abnuiſſet. Tunc enim nomen
12 inuiti militiæ dederat plebes. † Quin & ipſi Imperatori ſunt ab vniuerſo exercitu dona quandoque facta, Cum enim Q. illæ Cincinatus, à rurali opere ad Dictaturam euocatus, conſulem cum eius exercitu ab Equis obſeſſum bellica virtute ac deuictis hoſtibus liberaſſet, & prædam omnem ſuo exercitui diuiſiſſet, alio conſulari illa priuato, Inſuperque ipſi conſuli abrogato Imperio, Beneficij tamen magis quàm iniurię memor conſularis exercitus, auream coronam, libræ pondo, Cincinnato decreuit, & ab euntem eum patronum ſalutauit, ſic & patronum conſalutauit Fabium Maximum exercitus Minutij Magiſtri militum temeritate Hannibali obiectus trucidandus & delendus, ſed & Prænęſtinos milites qui Caſilinum contra Hannibalem diu tenuerant, Et extremam famem tolerauerant, duplici ſtipendio, & quinquennij vacatione à militia ſenatus donauit. Quid ego ſingula dona enumero, Cum neque integer liber omnibus
13 enarrandis ſit ſuffecturus ? † Quis tot coronas prędijs deſtinatas facile conſcribat, Ciuicas, Murales, Roſtiatas, Valares, quis haſtas puras, Faleras, Torques, Armillas, atque alia virtutis,
14 & fortitudinis prędia enarret, † Præferabantur tamen inter coronas omnes Ciuicę, quamuis Roboreæ, vt quibus inſludis. Etiam
15 à ſenatu, aſſurgeretur, † vacatio munerum tribueretur, Tanti
16 erat ciuem in acie ſeruaſſe. † Donauit denique Cęſar dictator ali-

quot

quot ſuos milites, inter cętera, vt ſpeciarijs vti poſſent, At quis hodie miles tale donum non merito irrideatur, quando & ſpeciarijs, & cunctis lautitijs non ſecus in acie, & bello quàm domi. atque in ocio oblectentur. Et cum caſtra hodie comittentur vt dicam cum Comico, Cupedenarij, Cetarij, Lanij, Coqui, Fartores, Piſcatores, Aucupes, vinum verò ſi vel vna die deſit, res parum aberit à ſeditione, Quod ſi conetur Dux ad Bucellatum eos, laridumque & acetum reducere facilius Turcam pellet, ex Europa ſed & Clauarium, quæ erat donatiui ſpecies legere eſt apud Tacitum.

SVMMARIVM.

1 *Romani milites trecentis plus annis ſuo ſumptu militarunt.*
2 *Quando primum Romanis peditibus ceptum dari ſtipendium.*
3 *Romani quando primum argenteos nummos cudere ceperunt.*
4 *Equitibus Romanis quando ceptum dari ſtipendium.*
5 *Stipendium peditis Romani quantum eſſet.*
6 *Stipendium equitis Romani quantum eſſet.*
7 *Stipendia militum Romanorum, præſtabantur partim in pecunia partim in ſpeciebus, id eſt veſtibus, Cibarijs, & eiuſmodi rebus.*

Rurſum de ſtipendijs militum.
Titulus quintus.

1 
2 VPRADICTA autem extraordinaria erant militum prędmia, ordinaria verò erant ipſa ſtipendia, † Et ante ea ſua impenſa Romanos illos militaſſe, vel hic locus Liuij luculenter oſtendit,† Nam cum C. valerius Potitus, Q. Fabius vibulanus. C. ſeruilius Hala, l. furius Medulinus, Tribuni, conſulari potęſtate, tribus exercitibus volſcos infeſtarent, Anxurque, opulentum eorum opidum, diripuiſſent, ſenatus tunc primum ſtatuit, vt ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque eo munere fungeretur. Ita Liui. libr. iiii. primę Dec. capitulo fina. fuit autem hic annus ab vrbe condita ſeptimus & quadrageſimus, ſupra trecenteſimum, tertius verò, & centeſimus ab expulſis Regibus, ſi credimus Haloan-
3 dro in opuſculo poſt codicem de annis Conſulum. † Quo tempore

tempore Romam nundum ſignato argento vſam ſcribit Liuius,
4 ſed ęre tantum ſignaſſe; † Neque poſt multo, anno ſiquidem ab in
de vndecimo, cum obſiderentur Veij, equis merere primum equi-
tes cęperunt, vt eſt apud Liuium lib. v. Ipſa verò ſingulorum mi
5 litum ſtipendia † quanta eſſent nullibi, quòd meminerim, clariuſ-
que ex citato ſupra Taciti loco oſtenditur, Diurnus nempè de-
narius, qui pendebat plus paulo quàm argenti drachmam, quo põ
dere ſunt Regalia Hiſpanica, Et aurea ſcuta; quæ in menſem col-
lecta plus minus ſunt aurea tria ſcuta; quod & hodie eſt menſtruũ
6 ſimplex peditis ſtipendium. † At equitis ſtipendium quod eſſet,
vt verũ fatear, neſcio an vnquam leggerim. Leonar. quidem Por-
tius in eo libello de quo ſupra mentionem feci, de feſter. lib. ij. di
cit quòd erat triplex ſtipendium euis quod preſtabatur pediti.
Mihi verò mirum valde videtur nihil creuiſſe tot ſeculis peditum
ſtipendium, tanto autem decreuiſſe ſtipendium equitis, Cum ho-
die quinque ſola accipiant aurea ſcuta; Vnus autem Liuij lo-
cus, ſi non eſt corruptus liber meus, oſtendit etiam antiquos equi-
tes quinque ſcuta menſtrua conſtituta habuiſſe, Deuictis enim
Campanis qui deſciuerãt, Equitibus Campanis, inquit, Liuius, qui
in fide manſerant, Ciuitas data, monumentumque vt eſſet, ęneam
tabulam Romę in æde Caſtoris fecerũt, vectigalque eis Campanus
populus iuſſus pendere, in ſingulos, quotannis, fuerunt autem mil
le ſexcenti, denarij nummi quadragenι, quini, vt eſt lib. viij. primę
dec. Hos igitur quadragenos, quinos denarios, ſi intelligamus men
ſtruos, quotannis datos, vt ſolent eſſe ſtipendia, iam videmus
idem ferè eſſe, quòd quina aurea ſcuta, vel ſupereſſe pauxil-
lum, ſi denarium augeas in pondere prout ſupra de hoc ipſo
denario loquens explicaui. Dum dixi factos eos leuiores poſt
Cladium Cæſarem; neque quotannis, tam exiguum ſtipendium
illud fuiſſe credi debet, neque etiam diurnum, cum nimis mul-
to, excederet id quod credi æquum eſt, & veriſimile. Di-
7 xit etiam idem Leonar. Portius, loco ſuperius citato, † quòd
ex illo annuo triginta ſex aureorum ſtipendio peditis, duæ par-
res ſoluebantur in pecunia, Tercia verò in veſtibus, & alijs ad
victum neceſſarijs; quod & comprobant quam plures loci ex Li-
uio. Dum Socios Romanorum pecunia frumento, & veſtibus
milites atque exercitum iuuiſſe ſcribit Damnatos etiam in hæc
eadem deuictos hoſtes.

SVMMARIVM.

1 *Annonę magna debet esse cura Duci,*
2 *Frumentum nouum non est tribuendum nisi consumpto antiquo.*
3 *Nominatores officialis tenentur pro malè gestis nominati,*
4 *Ratio sępe redenda est, quia furta facilius manifestantur,*
5 *Vestimenta quando tradenda militibus, siue æstiua siue hiemalia,*
6 *Solatium militis quid.*
7 *Frumentum qui negligit capere tempore abundantiæ, non potest illud pete re tempore penurię.*
8 *Milites prouincialibus nihil debent extorquere.*
9 *Oleum, ligna, culcitra non obligantur prouinciales tradere militi.*
10 *Domus qualiter diuidenda sit, cum milite hospitio recepto.*
11 *Discretio militaris, eadem cum lupina, atque etiam peior.*
12 *Princeps quum bellum facit non debet grauare externos populos.*
13 *Milites contenti sint suo stipendio.*
14 *Turcæ minima impensa in castris viuunt.*
15 *Miles malè armis vtetur, si ea ferre dedignatur.*
16 *Gradus in militia.*
17 *Princeps solus potest subrogare milites in locum demortuorum.*
18 *Ille debet esse potior qui diutius militauit.*
19 *Panes ciuiles.*
20 *Annonæ ciuiles.*
21 *Sextarius quid,*
22 *Panis, & caro atque alia iussu Imperatoris donata magnis viris.*
23 *Soldata, & feudum de caneua.*

De Annonis cęterisque exercitui necessariis.

Titulus Sextus.

CVRAE erat super omnia tã Reipublicę, quã Princi
1 pi, postquam haberi, est ceptus, † Annona, ne fame, aut inopia laboraret exercitus: sępius enim vt ait Vegetius, exercitus consumitur penuria quàm pugna, & ferrè sęuior est fames. hinc leges Cęsarum, de cõditis in pub. hor. inter quas, statuitur ne prius
2 † incipiant noua erogari frumenta quàm vetusta fuerint consumpta, aut si hæc sint corrupta tantum misceatur ex recenti quãtum

sufficit

ſufficit ad velandam corruptionem,vt eo.tit.l.j.hinc & horreorum cura,vt ſarta fectaque ſint,ne inficiantur impluuio frumenta.Inhi
betur etiam ne ad ea quis manum apponat tollendi cauſa, pœna deportationis,cum bonorum iactura contrafacienti, vt eodem titulo l. ſecunda & iij. Iuſſum etiam nemini, inexorabiliter, parci in collatione ſpecierum vt l.vnica.C.vt ne. lice.in emp. ſpecu. &c. nemini etiam parci in excoctione,& tranſlatione Bucellati,vt l.ij. C.de excoc.mil.anno.lib.xij. Adiecti, & horreis publicis præpoſiti,& ſuſceptores,qui, & tenebantur accepta ſtatim in publicis horreis recondere,vt l.diu.C.de ſuſcepto. Neque priuatorum frumenta pati debent ſuſcepto res in eis recondi,vt eod. titu.l. frumenta.

3 † Deligebat autem officiales iſtos curia, & ad nominatores pertinebat periculum perperam geſtorum,l.ij.& l. exactores, eod. titu.

4 quod intellige poſt conuentos ipſos officiales; † Cogebantur autē ſuſceptores anno ſingulo rationem reddere geſtorum;ratioque ad ducitur,quia facilius recens furtum,& deprenditur, & emendatur quam antiquum,vt eo.tit.l.neminem . Hodie omnis cura iſta pertinet ad Præfectum annonæ,quem vt iam alio loco ſupra dixi,vocant Commiſſarium generalem, ſed qua cura exercuerint vidi-

5 mus ſępè . Dabantur verò, vt dixi, † militibus etiam veſtes de publico, & erant in eorum præſtatione conſtituta Prouincialibus præſtationum tempora, quod intellige collationum in hanc cauſam veſtimentorum,nempè à menſe Septembris in menſem Aprilis,ſed militibus ipſis dabantur veſtes Septembri ipſo hiemales, & Aprili æſtiuæ l.j.C.de mili.veſt. ca. lib. xij. quam l. allegat ad hoc Specu.titu.de procura.§.j. verſi.Item quod eſt miles, quod tamen non dicitur ibi in text. ſed in Gloſſ. Dabatur etiam cum his, vt

6 etiam dictum eſt ſuprà, † pecunia,& quandoque eam capiebat miles ſub ſolatij nomine, vt in l.pen. in prin. C. de errog. mil. anno. vel id erat quod hodie dicunt la preſtanza,ſiue il ſoccorſo;vel quid ſimile,quod ex l.illa dignoſcitur. Ordinariè verò dabatur ſub ſtipendij nomine,vt l.j.& l.cum allegatis,C. de re mil. Extra expeditionem tamen, puto quod ex annonæ pręſtatione vt plurimum ſuſtentarētur,quod oſtenditur ex l.iij.& l.ſeq.& l. fortiſsimi,C.de er

7 rog.mil. anno. lib. xij. Et in d.l. fortiſsimi ſtatuitur † quod miles qui negligit competenti & ſtatuto tempore partem annonę ſibi contigentem recipere, fortè quia eſt vilior, & ipſe poteſt aliunde ſe facile ſuſtentare, & callidè cogitat differre exactionem in tempus penuriæ,amittit omne ius ſuum ,neque poteſt poſtea eam petere,quod etiam dicitur eo. tit. l. nulli, vbi Glo. ponit exemplum

Alberti

Alberti Calui,qui commodabat triticum rusticis,Et recusabat il-
lud recipere dum esset vile, quam etiam l. inducit Bal. in l. acce-
ptam.C.de vsur.in xvj.q.ad lectores quibus satisfit in grano.Dicit
tamen quod pœna illa amissionis non habebit locum extra casum
d.l.sed solum satisfiet secundum tempus præteritæ vbertatis quo
erat soluendum. His autem contenti milites quæ de publico ac
8 cipiunt † nihil debent extorquere à Prouincialibus,vt d l. iii.de
9 erog.mil.anno,† vnde neque ligna,neque oleum,neque ipsam cul
citram postulabit,vt l.vni.C.de salga.hosp.nō pręb. eo.li. nihil de
nique quòd vel hominis vel iumenti alimoniæ sit necessarium , l.
deuotum.C.de meta.eo.li.felicia secula,Dignos Principes qui im
perarent quibus orbis pareret,quando neque Balneum petere cō-
cedebatur ab hospite.Imò,& cū etiam sponte tradentes pęna non
carerent,Credo ob corruptam disciplinā,vt d.l.deuotum , & seq.
10 † Quid quòd & ipsa hospitia,ad concussiones omnes,& iurgia in
ter milites & dominos vitanda,erant per ipsas leges ferè destincta
iubebant siquidē vt tres partes de ea faceret Dominus, Primāque,
& ipse desumeret secundā miles , tertiā itidem Dominus,adeo vt
neque pessimam haberet miles hanc suam tertiam partem neque
electissimam.Quod si erat ex illustribus,recipiendus hospitio,ex
æquo diuidebatur domns.Quanto nunc dissimiles mores,nobilis-
simum receptorē detrudet vel gregarius miles in angulum domus
vix condecens famulo , ipsamque matrem familias deturbabit à
suo thalamo Adnotant Bar.& alii, in l. cenaticorū quæ est lex.iii.
C.de erog.mil.anno,quòd non possunt milites Comitatenses gra-
uare,vt parent eis quòd comedant , quod forte intellexerunt non
de sumptu ipso,sed de seruitio.At hodie vtinā sola quarta anni par
te non esset parandū,& dandū,vtinam ēt parco contenti, & eo,vel
11 paulò ēt pluri,quod ipsi sibi met parant dum suo ære faciunt.† Di
scretionem hanc vocant cum gratis comedunt, Lupina, Leonina,
Diabolica verius discretio , illi enim comedunt quòd sat est , isti
autem farciunt,ingurgitant,abligurīūt,postremo etiam redimūt,
vtinā Principes,Duces,officiales,cęteri si non homines verētur,at
Deū timerent,neq; enim hęc paterentur,vtinā non, & magna pars
officialium , ac primorum non eadem lege vterentur , vtinam
12 non semitam facerent cęteris , † vtinam saltem suos tantum pro-
uinciales grauarent Reges. At externos, & aliorum principum
qui nulla sunt eis lege obstricti, qua id ratione faciant, qua iusti
tia , qua conscientia viderint ipsi viderint eorum consiliarii ,
viderint qui semper eos comitantur,Confessores,& Prędicatores.

Qui cùm debeant esse piscatores hominum expiscantur Episcopatus & dignitates reliquas.In quorum manus vtinam hæc nostra
13 incidant, erubescent saltem si non corrigentur; † Iussit Ioannes Romanis militibus vt suis contenti stipendijs,vt iam dixi alio loco,& iuuat repetere,neminem concutiant, neminem grauent, Illique qui neque Deum sciebant, erant tamen de salute sua solicíti,ista verò contemnunt qui se Christianos profitentur. Non immerito igitur contra eosdem milites inuehitur Luc.de Pen. in d.l. fortissimi,de errog.mil.anno.si in expeditionem, inquit, eos ire contingit iumenta non ferro,sed vino onerant,non lanceis sed caseis,non ensibus,sed vtribus.Ita vt eos ad conuiuium credas perge
14 re non ad bellum;quod ibi latius prosequitur; † Quasi non Turcæ minima impensa in castris viuant; quasi non plura impedimenta vnum ex nostris exercitibus Denum milium hominum sequantur, quàm illos qui cum Tricenis hominum milibus expeditiones faciunt;vidi ego sæpissimè,dum exercitus nostri iter facerent, nõ paucos,neque eos gregarios,loricam,& galeam in iumentum,hastam verò,quam picham vocant,in famulum,verè armigerum,reicientes,dum ipsi vel meretriculam comitantur,vel saltem commodius pergunt,vt minus fatigentur;Cum tamen dixerit Quintilia-
15 nus † non posse eum bene armis vti,qui ea ferre non nouit;Quanto melius antiqui milites, quibus præter arma in tirocinio ponderа adijciebantur sexaginta librarum, atque ita iter facere gradu militari cogebantur,quo gradu viginti milia passuum vna die facere consueuerant,vt est apud Vegetium libro primo c.ix.& c.xx. vbi, & dicit singulos milites arma atque annonam sibi in humeris ferre in arduis expeditionibus necesse habuisse.Quod declarat & Ciceronis locus in Tusculanis nostri,inquit,exercitus primum vnde nomen habeant vides,Deinde qui labor,quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria,ferre si quid ad vsum velint,ferre vallum.Nam scutum,gladium,galleam in onere nostri milites nonplus numerantque humeros, lacertos,manus,Arma enim mẽbra militum esse dicunt;Quæ quidem,inquit, ita feruntur apte vt si vsus foret,abiectis oneribus,expeditis armis,vt membris pugnare possint,hæc Cicero.Excusant milites,& hanc culpam declinant quòd in sua stipendia computantur eis hæc tempora discretionum,quod quantum eos liberet à Prouincialibus ipsi viderint, At Principes qua id ratione compensant, & sibi vsurpant,sed non hæc tam est fortè eorum culpa quàm ministrorum, qui consulunt Regis commodo magisque honori, & saluti. Sunt postremo

in mi-

16 † in militia dignitatum gradus;prouehuntur enim à numeris ad
17 alios maiores numeros pro ſua virtute & fortitudine, † ſoli tamen licet Principi eos promouere,l.contra publicam.C.de re mil.in fi. & l.fi.C. de offi.mag. offi. et clarius in l.j. & ij. ibi nemo, ſuffragio
18 niſi labore proueniat, & ibi , † quos ordo militię, quem ſtipendia longiora , & prolixior labor fecerit anteire , quæ ll.poſſunt hodie de capitularibus aboleri, licet tamen ipſi magiſtro officiorum re gradare militē ita merentem,vt l.iij.C.eod.tit. Hodie tamen Dux ipſe exceptis officijs,aliquot ſublimioribus, et promouet,& remo uet ſua voluntate,& etiam in mortuorum locum ſufficit,quod erat antiquo iure ſolius Principis,vt in l.fi.& l.neminem. C. de re mi-
19 lita. Et ne vltra circa hæc præmia vagemur, † poterant,& inter militaria prędmia reputari panes ciuiles, de quibus fit mentio in l. fina.§.præterea.C.de iu.do.in auct.de depo.& atteſt. & de erog.pa num ciui.quæ eſt conſtitutio lxxxviii. Dicebantur & alio nomi-
20 ne. † Annonæ ciuiles,et de his loquuntur iura in auc.de non alie. §.hoc ergo , Et generali nomine vocabatur militia, vt in l.omni-modo.§.imputari.C.de inoffi.teſta.in l.illud,in prin.C.de colla.in l.fina.C.de pigno. in l. creditor. §.inter venditorem , ff. de actio. empti.in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo alieno , de lega. iii. in auct. de exhiben.re.§.optimum , in auct.de argenta . contract. quæ eſt conſtitutio cxxxvi. in §. ſecundum verò , & aliis multis in locis, Ita verò nuncupata hæc arbitratur Alcia.li.parer.viii.c.v.eo quòd eſſent hæc ab initio congiaria Plebi per Imperatores data,quæ po ſtea in certū reditū tranſierint,& propterea reprendit Eluiū Dona tū qui in Virgilii vita dicit eū coniectaſſe Auguſtū ex piſtore natū, eo quod ſibi ꝑ carminibus ſępius panes retribuiſſet , quaſi fuerint panes ciuiles,ſi panes dati fuerunt;Ego tamen arbitror poſſe verū eſſe quod Donatus dixit veros nempè panes ac triticeos datos.Qđ ex Flauio Vopiſco oſtenditur,in Aureliani vita,Datos enim ei di cit Valeriani Auguſti iuſſu dum Romæ eſſet diurnos panes mun-dos militares ſexdecim,Alios militares panes Caſtrenſes,quos pu to ſecundarij panis, quadraginta, vini menſalis ſextarios quadra-ginta; Neque tamen velim credas conſimiles eos fuiſſe ijs quibus
21 hodie paſsim vtimur, ſed erat † ſextarius, vt declarat Alciatus lib.parer.primo cap.xxv.vnciarum ſexdecim.Cui congruit Hora-tianum illud;in tenui & parco victus.

Panis ematur,olus,vini ſextarius.

Erunt igitur quadrageni illi ſextarij boccalica plus minus viginti
22 quattuor † Dari inſuper ei iuſsit Porcelli dimidium , pullos gali-

naceos duos; Porcinæ carnis pondo, siue libras triginta, bubulæ octuaginta, Olei sextarium vnum rursum olei secundi alterum, liquaminis tantundem, atque & tantundem salis. Hæcque eadem scribit data Claudio eiusdem Valeriani iussu cum esset ad Imperiale culmẽ Promotus. Vnde vides veros Panes datos. Non improbo tamen Alcia.dum ad pecuniarium compendium dicit redactos panes illos, Huic enim sensui congrue denominatio ipsas nempè quòd ciuiles vocẽtur, vides etiam quàm parco cõtenti essent Principes viri, qui ad ipsum Imperiale conscenderunt fastigicem. Parum verò mihi differre videntur panes illis Ciuiles ab his pensionibus quas hodie Reges assignant militibus atque aliis de eorum seruitio benemeritis, Qualem mihi donauit Philippus Hispaniarum rex omnium regum qui nunc sunt munificentissimus. Consti
23 tuit enim mihi schuta quadringenta annua quo ad viuã.† Hę sunt quas feudales constitutiones vocant feudum soldatę, siue de Canella. Verum quia in multis iuribus fit mentio de ciuilibus panibus, de Annonis ciuilibus, de tessera frumẽtaria vt in legibus paulò supra citatis in l.mortuo.§.i.in l.Titia Seio, in prin.ff.de legatii.liber aliquid de eis dicere. Pręmitto autem, quòd hæc solebant communi nomine militię appellari. Constituebant autem in annuis quibusdam reditibus militiam habenti de publico, siue etiam à priuata persona, pręstari consuetis. Qualia sunt, aut non multo absimilia, quæ Ianuæ dicuntur loca in Comperis santi Georgii, seu verius qualia sunt ea, quas Romæ vocant Portiones Ripæ, & alia quàm plura officia, Nam loca illa Ianuæ sunt in multis vtrisq; disimilia. Arbitror autem quòd tessere illæ non essent in eadem persona multiplicabiles, Et militias certum est non fuisse omnes eiusdem qualitatis & naturæ: quædam enim erat in libero commertio, & ad hæredes transmissibiles, quædam non, vt probant iura in l. vltima. C. de pigno. in l. omnimmodo. §. imputare. C. de inoffic.testamen. in §. optimum in auct. de exhiben. re. Aliquæ esto quòd morte finirentur obligabant tamen eum cuius id cedebat commodo vt certam daret pecuniam hæredi, vt d. §. imputari, Tesseram etiam illa frumentarias menstruam vel annuam puto habuisse præstationem forte tribubus, si non omnibus, saltem tenuioribus dari solibam, Eas etiam puto fuisse promercales, vt quisque enim erat in tribus descriptus, poterat suum nomen alteri vendere quòd non esset ex contribulibus, hæc ferè omnia mihi probata videntur, in d. l. Titia Seio, in priuc. iussit enim Titia Seio emi tesseram frumẽtariam, & cum

tessoram

tesſoram aliunde Seius ex cauſa lucratiua eſſet conſecutus damna tur hæres eſtimationi ei teſſere, præſtare, ſi eſſet enim in eiuſdem perſona teſſere reiterabilis iam non eſtimatio ſed ſpecies ipſa præſtanda fuerat ſe & erat teſſere illa imaginarium quoddam corpus quod enim non eſſet verum & certum corpus apparet ex tex. illo ibi, quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate quàm in corpore conſiſtit præterea cum ad libertum teſſera ex cauſa lucratiua peruenerit ſi certum eſſet corpus, neque ipſum neque eſtimatio fuiſſet ab hęrede præſtandi quia duæ cauſæ lucratiuæ non concurrunt, vt inſti. de lega. §. ſi res aliena, & l. omnes, ff. de ac. & ob. Probatur etiam, in d. l. mortuo §. i. dū ibi dicitur quòd ęſtimatio non teſſera ipſa legata cenſetur, ex quo text. probatur ēt quod militia illa morte expirabat. Niſi enim, ita eſſet, proculdubio legatarius eam ad hæredem tranſmiſiſſet, cum tamē dicat ibi Iuriſconſ. Ideo non extingui legatum per mortem legatarii, quia eſtimatio ipſa relicta dicitur. Et hinc videtur mihi poſſe argui ſi grauauit teſtator hæredem, vt Gaio amico Romæ degenti officium emat, puta ſcriptoriam Apoſtolicam, ſi moriatur Gaius poſt diem legati ceſſam, transmittere cum legato ad hęredem ſuum, videlicet eſtimationem & pretium offitii, neque morte extinguetur eſtimatio ipſa licèt extinctum foret officium ſi verè emptum fuiſſet ſimilis etiam caſus in l. Patronus, in princ. ff. de lega. iii. Iuſsit Patronus emi Tribum liberto ſuo, hæres fuit in lunga more emendi & mortuus eſt pœna libertus, viro clariſsimo quodam hærede inſtituto, dicitur in ea l. deberi hæredi liberti eſtimationem tribus. Quærit ibi Glo. cur non ei præſtabitur ſpecies ipſa, & tribus & reſpondet ideò non deberi quia certa erat deſignata perſona cui preſtaretur, ego lunge alium puto illius l. ſenſum, ſi enim exponas cum Gloſſ. Tribum, id eſt progeniem ſeruorum, quod obſtat quominus idem liberti hæredi debeatur, non autem eſtimatio? Ego puto Tribum illam eſſe quid ſimile annonæ Ciuili, aut Teſſeræ, frumentariæ ſorte enim dabantur tenuioribus Tribulibus quædam diaria, aut menſtrua ſiue annua, quæ non capiebant qui non erant ex Tribulibus, neque etiam ea capiebant maioris cenſus homines, Cum igitur vir ille Clariſsimus liberti hæres non eſſet illius, legati capax ex ſua perſona, videbatur nihil ad eum hoc nomine libertum tranſmiſiſſe, Contrarium ibi ſtatuitur, nempè ęſtimationem tribus deberi, quia ipſa verè erat in legato, & ſic eſt eadem ratio quæ in d. l. mortuo. §. primo. Hæc de Teſſera &

de

de Tribus longè aliter & Accur.& Bar.& ſcrib.omnes intelligunt, Cui hæc non probabuntur,promat meliora vel ſequatur vetera. Sed vt militiæ huius materiam proſequar, ſciendum eſt quòd ab initio non fuit vlla militia in libero commercio,erat enim publica,& quæ nullum haberet quæſtum,ſed ex ſola Principis liberalitate proueniebat,& propterea neque vendebãtur,neque oppignorabãtur,neque fortè ad hæredes transmittebantur,vt habẽtur hæc omnia in d.§.optimum,in auct.de .exhib.reis, ceperunt poſteà & vendi & ad hæredes tranſire,atqueetiam oppignorari,vt in l.vlti. C.de pigno. Diſtinguebatur tamen an creditor pecuniam in hæc ipſum credidiſſet vt militia emeretur, & ipſe erat omnibus creditoribus potior,etiam deterioribus,ita probatur in d.l.vlt. verſic. dum tamen contrarium,iuncta l.licet. C. qui po. in pig hab.Aut ſola generalis hypotheca erat contracta & ſuo loco creditor militiam à debitore vendicabat, quod intellige per hypothecariam, vel ab hærede conſequebatur quantum ex ea redigi poterat, ſiue etiam,cum per mortem extinguebatur,id quod à Principe ex more percipiebatur,vt in ea l.vlt.§.quòd ita,& d.§.imputari. Erat ẽt potior illo creditore generalem hypothecam habente, vxor ſiue etiam eius filii ad dotem agentes, vt in auth. quod obtinet C. de pigno.& in auc.vnde ſumpta eſt,vbi fortius dicitur nihil prodeſſe in ipſam militiæ emptionem eſſe pecuniam creditam niſi hoc expreſſo in ſcriptis actum ſit, Ita vt nihil proſint in hoc teſtimonia. At in d.§.optimum,in auc.de exhi.re.latius hæc omnia leguntur conſtituta, conceſsit enim Imperator vt tam in ſpecie, quàm in genere obligari militię poſsit, & tam ei quę in hoc pecuniam dedit quàm vxori, & filiis atque etiam aliis creditoribus. Et poſſet tex.ille meo iudicio induci,quòd in feudo emptitio, quod tamen emptum fuerit ab ipſo Principe poſsit ſatisfieri vxori pro dote atque ẽt Creditoribus,ſaltem his qui in hoc pecuniam crediderunt,cogita tamẽ quia à nemine ad hoc inducitur lex illa,ſeu cõſtitutio. Aliud etiã ex eo tex.no. poteſt quàm magna eſſet munificentia Imperialis, qui quod donabat ſtabile volebat eſſe atq; perpetuum, Hodie autem ſi quam exercent Reges liberalitatem in ſuos benemeritos,ſi quas penſiones conſtituunt, quæ ſunt proculdubio militiæ,adijciẽt,clauſulam.Dum benefecerit & noſtræ fuerit voluntatis, quaſi nihil ſint profutura præterita ſeruitia,niſi feratur perpetuo iugum.Donant alij ad vitam,etiam ſi donent ſexagenario,qui tota vita ſua militauerit, Atque vtinam data eſſent quæ donant. Militiæ venditor ad nihil aliud emptori

tenebatur

tenebatur,quàm vt actiones extraordinarias emptori cederet aduersus eum qui annuum illum prouentum præstabat,vt dicitur in l.creditor,§.inter venditorem,ff.de ac. emp. Item qui militiam alicui emere erat obligatus,si quid præter eius pretium erogabatur,fortè,vt est moris etiam hodie, in secretarios aliquid pro honorario,etiam illud impendere,vt in l.pe.§.pe.& vlti.ff.de leg.iij.

An verò militia quàm pater emit filio imputetur ei in legitimam,siue etiam conferatur fratribus: tractat latè Bar.in l.j. §. nec castrense,ff.de colla.bo.& sufficeret ad eum remittere, summatim tamen perstringendo eius dicta.distingue, Aut ea est militia quæ neque vendi potest,neque ad hæredem transmitti,vt sunt,inquit, præbendæ, & ecclesiastica beneficia, & quantumcunque pater in eis impenderit,nihil filio imputabitur. Vidi tamen aliquando aliter constitutum in testamentis nobilium, sed malè. Aut ea est militia quæ vendi potest,non tamen transmitti, quales sunt,vt puto, Portiones illæ Ripæ quas dixi, siue etiam officia illa Romanæ Curiæ, quales etiam audio esse dignitates senatorias in tota Gallia, & ista militia imputabitur, & conferetur. Sciendum est tamen quòd non totum ipsum pretiũ quo empta fuit imputatur,sed quanti vendi potest cum pater moritur,ita Bart.ibi, col.ij.quod tamen iterum est subintelligẽdum, vt ex hoc pretio quo in morte patris vendi posset,subducatur illud quòd dignitas ipsa fert secum oneris, Finge enim Iurisconsulto emisse patrem in Curia Parisiensi locum senatorium,qui duobus milibus in morte patris venisset,non tota hæc quantitas imputabitur,aut conferetur,sed habebitur ratio cultus comitatus, sumptus quos affert dignitas, cum non deceat eam omnino vendi & filium ad priuatam redire fortunã. Ita colligitur ex verbis Bar.in d.§.nec castrense,col.iij.dum dixit conferendum quãtum ex vendita militia exactum foret, deducto onere militiæ,quæ verba aliter intellecta nihil operarentur,Cum vendita militia cessent sumptus dignitatis.hoc etiam probat tex.ibi, in ver.sed an id quod.ita etiam intellexit Gl. in d.l.illud, §.j.C.de colla.in ver.lucrum,& in d.l.omnimodo,§.imputari, si verò militia & vendi potest & transmitti, tanto magis imputabitur & conferetur. Quòd si esset dignitas, etiam prophana, siue (vt aiunt) secularis quæ vendi non consueuisset, vt sunt ferè vbiq; terrarum senatorias dignitates, & ferè omnes magistratus, etiã si ad vitam dentur, est quod obtenta fuerint a Principe ministerio vnius ex Curialibus,quod plerunque capiunt pro eis munera non leuia, impensa hæc filio neutiquã imputabitur, vt d.§. nec castren. versi.

sed

sed an id quod. In silentiarijs tamen fallit regula illa imputationis & collationis quantumcunque venalis sit eorum militia, vt l. vlti. C. de silentia. lib. xij.& d.§.imputari. Quod est addendum ad ea quæ dixi inter priuilegia militaria,primo priuilegio, quod ea quę de pater filio ad militiam efficiuntur castrensis peculij, licet enim verum sit,imputabuntur tamẽ ei in legitimam quia aliàs nulla esset specialitas in silentiarijs,quod statuitur de iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non potest à milite hæres instituí.*
2 *Miles meretricem hęredem relinquere non potest.*
3 *Seruus non potest a milite instituí sine libertate.*
4 *Spurium filium non potest pater miles instituere.*
5 *Milites agrum emere non possunt in Prouincia in qua militant.*
6 *Licet per alium quòd non licet per se ipsum.*
7 *Officiales an & qui possint acquirere immobilia.*
8 *Perpetuum dicitur quòd est concessum ad beneplacitum Principis.*
9 *Pretij iniquitas arguit malam fidem in contractu interuenisse.*
Mala fides ex iniquitate pretij vbi supra.
10 *Contractus aliquando claudicat.*
11 *Mutuans pecuniam officiali dicitur eum corrumpere.*
12 *Plus & minus non faciunt diferre specie.*
13 *Collectarij qui dicantur.*
14 *Coactores qui sint.*
15 *Miles potest emere domum in prouincia, & quæ sit ratio cur non itidem agrum.*
16 *Fratres mendicantes pro prædijs quæ possident de facto maximè Sancti Francisci,tenentur ad collectas.*
17 *Milites non debent vxores suas secum ducere in Prouinciam.*
18 *Milites prohibentur agrum conducere.*
19 *Miles concubinę donare non potest.*
20 *Milites animalis sua non possunt immittere in pascua vel prata aliena.*
21 *Milites prohibentur accusare.*
22 *Miles procurator esse non potest.*
23 *Miles tutor esse non potest.*
24 *Miles delator esse non potest.*

Quæ ſint militibus à Iure prohibita.

Titulus VII.



ANTA verò erat Cæſari cura de militibus vt boni patrifamiliàs inſtar in multis eis indulgeret, multis etiam interdiceret, Namque vt à teſtamentis exordiar, non quemlibet poteſt hæredem relinque
1 re, ſed quos lex non in ſpecie prohibet; † Prohibet
2 verò hæreticum, l. fi. C. de hære. † Item & eam in qua cadit turpis ſuſpicio, l. miles ita, §. mulier. ff. de teſtamen. mili.
3 † Neque proprium ſeruum ſine libertate; In quo tamen alia viget
4 ratio, l. neque enim. §. ſi ſeruum, eo. tit. † Item ſpurium ſuum, quod Bal. dixit in l. ſi miles. ff. de iniu. rup. allegans inconſuetiſsimam hodie rationem, quia pudicitiæ, inquit, ratio à militibus exigitur pluſquam ab alijs, quam etiam rationem allegat in d. §. mulier, & ita ex facto conſultus reſpondet Calca. in conſ. lix. requiſitus, nu. 5. Quod eſt ſummè no. maximè cũ ſit ſuprà cõcluſum etiam in mili-
5 tibus noſtri tẽporis vigere hæc iura. Prohibentur etiã † milites agrũ cõparare in prouincia ĩ qua merẽt, l. milites & l. milites agrũ, in prin. ff. de re mil. l. non licet, & l. qui officij. ff. de cont. em. Quod neque poteſt per interpoſitã perſonam facere, vt d. l. non licet, in l. aufertur, §. quòd à præſide, ff. de iure fi. & l. ij. §. j. ff. de ad. re. ad ci-
6 ui. perti. Repugnare tamen videtur quod alibi dicitur † licere per aliũ facere, & nõ licere per ſe, Nobilis enim miniſterio põt vti ſeruorũ ad vilia etiam lucra. Item & honeſta materfamiliàs poteſt cauponam exercere miniſterio, vilioris famuli, citra notam, quod latius Tiraq. proſequitur in tract. de nobil. c. xxviij. nu. 7. vſque in fi. qui ſoluit obiectũ iſtud duobus modis, primo quòd non dicitur propriè facere qui facit per aliũ. ſecundo modo dicit attẽdi an lex inſpiciat factũ ꝑſonę, ego puto verius ſolui ex eo, quod Bal. diſtinguit in l. vni. §. ne autẽ col. j. & ij. C. de cad. tol. maximè in verſ. quidã ſunt actus, Nã in actibus qui conſiderantur reſpectu finis atque effectus, & non reſpectu efficientis, tunc nihil refert, an per ſe fiat, an ſe mãdãte ꝑ aliũ, in his verò actibus qui ſunt formaliter inſerti, & in quibus perſona ipſa eſt pro forma, tũc qui facit alterius miniſterio nõ dicitur facere. At in hac prohibitione finis eſt in cõſideratione, vt nõ deſerãt milites ſigna dulcedine ruſticãdi, vt d. l. milites agrũ, poteſt tamẽ miles recuperare ſua met prædia, ſiue etiam

paterna,si fortè sint fisco,delata;vt d.l.milites,la j.& d.l.qui officij.

Neque minus est interdicta emptio ista præfectis, Præsidibus, siue etiam ipsi Duci,aut cęteris officialibus Dominorum,d.l.aufer tur.§.quod à Præside,l.principalibus,ff.si cer.pet.l.j.C.de contrac. Iu.vbi etiam donata prohibetur accipere. Habet tamen hæc ma
7 teria non minimam dificultatem, vnde est distinguendum , † aut quis est officialis cum iurisdictione,& prohibetur contrahere, l.j. de contrac.iu.d.l.Principalibus, & l.præsidis.ff.si cer. pe. Nisi quis officialis sit in sua patria,vt d.l.præsidis,vel nisi sit perpetuus: si ta
8 men bona fide emat, † Dicitur autem perpetuus etiam is qui est deputatus ad beneplacitum Principis,iuxta Gloss. in cle. ij. de re-scrip.vel nisi emat victui necessaria,Item nisi contrahat cum non subdito,quòd adhuc de mente Cy.restringitur ne emat mercimo-nij gratia,quem ref.& sequitur Bal.in consi.statim allegando;Aut est officialis absque iurisdictione, & si contrahit circa ea quæ re-spiciunt administrationem suam, & ei non licet, etiam si palam contrahat,quod Bal.tenuit in l.quisquis.C.si cer.pet.propter vim dicit ipse,repręsentatiuam;quod est dicere, quòd vis quædam re-uerentialis arguitur;& faciunt iura in d.l.non licet,in d.l.qui offi-cij,in d.l.principalibus,cum l.seq.& d.l.j.de contrac.iu. quæ indi-stinctè loquuntur,siue palam,siue clam fiat;Quod tamen intellige semper in officiali ad tempus. Et quamuis Bar.in d. l. aufertur, §. quod à prędside,aliter dicat,& Fulg.in d.l.non licet,& d.l.principa libus,in vers.mementote,Primum tamẽ dictum est verius, illudq; magis communiter Doc.sequũtur, vt per Ias.in d.l. principalibus, col.iij.Et multum ad hoc facit lex illa,quæ prohibet negotiari,qui tamen non solet esse actus clandestinus; Aut contrahit extra ea quæ administrationem suam concernunt, & valet quod fit, vt per Bar. in d.§. quod à Principe, si tamen fide bona res agatur, vt ibi.

9 Vnum tamen scias † quòd si pretium non inueniatur iustum bo na fides non præsumitur, etiam si sit citra dimidium.Ita Bal.sum-mat d.l. quisquis. Quę omnia habent etiam locum in officialibus Dominorum, et eorum curialibus l. fi. vbi no.C. de rescin. vend.

Hanc verò materiam, præter suprascripta loca, tractat Bald. in consil. cccxxxiij. prędmitto quòd Iacobus But. lib. iij. & ibi mi-rabiliter tenet quòd neque ad ipsius officialis, præiudicium te-net contractus, quod vix auderem iudicando dicere. Hæc enim iura videntur mihi in eorum odium condita, vt eorum rapi-nis, & malitijs obuietur, vnde & pœna est eis adiecta, etiam qua-drupli, vt dicta l. non licet, & dicta l.prima,non igitur debet in

eorum

10 eorum fauorem conuerti, †minus enim est absurdum, quòd clau-
dicet contractus, quàm quod violetur naturalis ratio, de qua in l.
quod fauore, C. de legi. ad quod multa, instituto & more suo, con-
gerit Fel. in c. dilectus, el ij. col. iiij. & v. de rescr. in c. intellexim us,
j. no. de iud. quòd autem fauore prouincialiũ sint hæc iura inducta
probatur in d. l. j. de contrac. iudi. vbi dicitur, quòd est in facultа-
te donantis confirmare donationem finito officio. In mutuo tamẽ
fateor esse inductum in vtriusq; odium, vnde, & vterq; punitur, vt
11 in d. l. quisquis, vbi dicitur, †quòd qui mutuam pecuniam dat offi
ciali dicitur eum corrumpere, quod ibi Bal. no. Idẽ dicitur in col-
lectario, si pecuniam ei ad ambiendum honorem dederit, grauiter
enim vterque punitur: verum quia d. l. quisquis, & d. l. præsidijs, vi
dentur inuicem pugnare, cum altera vetet fenebrẽ pecuniam ac-
cipere, altera permittat, Glo. soluit quòd aliud in perpetuo, quia
potest, vt l. præsidis, aliud in temporali, qui non potest, vt d. l. quis-
quis. Alcia. verò li. parer. j. cap. xxv. aliter soluit, videlicet, quòd d.
l. præsidis, verè loquitur de magistratu maiore. Et qui à Principe
destinatur, alia verò in inferiore, quales sunt municipales, quæ de
12 stinctio neque iure probatur, neque habet concordantem. †Et ma
ius vel minus non facit differre specie, & obstat l. eos, quæ est iij.
C. eod. titu. & d. §. quod à præside, pares facit præsidem ipsum fisci
procuratorem, vel alios quoslibet. non est igitur à Glo. & commu-
ni discedendum, quamuis non parum ob. d. l. eos, ibi tempore sui
officij, quæ verba innuunt eum esse temporalem, sed neque Pro-
consulum, Proprætorum, aut aliorum prouinciarum Rectorum
erant perpetua officia, imò temporalia, atque annalia, quod mul-
tæ Ciceronis epistolæ declarant, quibus ipse, dum esset Cilicię Prę
positus, obnixe amicos regat, ne annum sibi prorogari patiantur,
non parum tamen facit ratio, de qua in l. præsidis, ibi, quia perpe-
tui sunt, quod & dicitur in d. breuiario ad Theodosium, dum lo-
13 quitur de præside. † Qui verò sint collectarij, de quibus loquitur
14 d. l. quisquis. declarat idem Alcia. li. parer. j. c. xxiiij. †quos & coa-
ctores alio nomine dictos credit: Et ij sunt, qui residua illa semirã
cida mercatorum nomina exigenda certa portione sumunt.
15 Conceditur etiam militi, † vt vrbanum prædium emat, cessat
enim ratio digressionis à signis, vt dicta l. milites agrum, si tamen
agrum emat, & dimittatur antequam fisco delatũ sit, parcitur ei:
vt vtraq; l. milites, supra allegat. Sed an ipsi præsidi liceat do-
mum emere? generalitas d. l. j. & d. §. quod à præside, innuit quòd
non. neque etiam in d. l. distinguitur inter vrbana prædia & rusti-

ca,& ęquè viget ratio præſumptæ impreſsionis: Niſi contrarium malis cum ſit perpetuus,per id quod dixi ſupra hoc eo. cap. Na uem quoque onerariam prohibetur Præſes ædificare,vt dicitur in ſępè allegato.§.quod à præſide, & idem in ſenatore ſtatuitur, l.hi qui naues.§.j.ff.de vaca.& excu.mu,vbi etiam dicitur, quòd nō ha bet pro naue ſenator excuſationem, quia eam habet lege prohibē
16 te,† Quod facit ad iſtos ordines mendicātium,& præſentim.S.frā ciſci,qui poſsident immobilia,quòd non excuſentur in collectis, poſtquam illa poſsidēt regula,& iure prohibente, vt in cle. exiui.
17 de ver.ſig.quod & alij prius dixerunt. Prohibentur † etiam mi lites vxorem ſecum ducere in prouinciam inqua militant,niſi id à principe obtineant,vt probatur vtrunque in l.quicunque. C.de re mil.& in l.inter ſocerum.§.conuenit.ff.de pac.do.Non erit tamen idem in ipſo Duce,aut prouinciæ Rectore,vt in l.obſeruare.§.pro ficiſci,de offic.procon.vbi recitatur ſenatus conſultum de hoc factum,non ne comitentur vxores viros in prouinciam,ſed quòd te neantur mariti pro vxorum delictis.ſed de prohibēdo ne ire poſſint diſceptatum quandoque eſt acerrimè in ſenatu,ſed fruſtra,cō trarijs ac repugnantibus melioribus:vt eſt in Annal.Taciti,lib.iii. ſed neq; puto cum militibus dificulter in hoc diſpenſatum, poſtquam multa iura oſtendunt eas in prouinciam ductas, maximè, lex j.& ij.C.de vxo.mili.& l.quicunque.C.de re mil.Et qua ratione prohibetur ducere,eadem & prohibetur in prouincia ſumere, & accipere,l.eos.ff.de ritu nup .et l.ſi quis officium, poteſt tamen ſi iam ante erant contracta ſponſalia,prout,& poteſt ipſa contrahere ſponſalia in prouincia,vt d.iuribus, ſi tamen vxorem ducat, finita militia conualidatur matrimonium, vt l.Et ſi contra, C de nup. Et quòd dixi ſupra eſſe interdictam militibus agrorū em
18 ptionem,†dic idem eſſe ſi velint agrum conducere,vt l.milites.C. loca.vbi etiam duplex ratio adducitur,ne omittant armorum ſtudium,& ne graues vicinis & prouincialibus eſſe incipiant,quæ ratio allegatur etiam,in l.etiam,illo eo.tit.vbi ſunt no.verba,ibi & armorum attrocitatem non contra hoſtes ſed in vicinos, & miſeros colonos oſtendant, quibus debent eſſe ſubſidio, Ibique etiam prohibentur pro alijs ea conducentibus fideiubere,quod etiam di
19 citur in d.l.milites,& l.ſeq.C.de re mil. Prohibetur † etiam miles donare focariæ vel meretrici,vt l.ij.C.de don.inter vi.& vxo.
20 Prohibentur † etiam milites equos ſuos in paſcua immitterre in prata Principis aut prouincialium,vt l.ii.& iij.C.de paſ.pu.lib.xi. Prouideant tamen Curiales vt ſine prouincialium damno paſcui

militarium

militarium animalium consulatur, vt in d. l. ij. dicitur, per quod apparet hunc sumptum non posse fieri de priuato, quod malè ser-
21 uatur. Prohibentur † postremo milites accusare, nisi cum suam aut suorum iniuriam persequuntur, vt l. non prohibentur, C. qui accusa. non pos. excepto in causa criminis lesę maiestatis. C. eo. ti.
22 l. famosi. Item † prohibentur procurare, etiam pro parente vel vxore, l. militem. C. de procur. potest tamen pro se ipso, vt eodem tit. l. qui stipendia. Item pro suo numero, & ordine, l. filius fa. §. vetrani, ff. eo. vel cum causa status agitur sibi coniuncti, l. iii. §. i. ff. de lib. causa, si tamen exceptio hæc non opponatur ante litem contesta. non potest vltra opponi, l. ita demum. C. de procura.

Ratio verò huius prohibitionis, secundum Bart. est duplex ne à suis muneribus auocetur, & ne sit aduersario suo durior, & terribilior quã principalis, potest, & addi. tertia ne occupentur circa ministeria sordida, & prę sertim illi qui sunt sublimioris gradus, cum hoc ministerium sit vilissimum, l. si quis procurationem. C. de decu. lib. x. ibi, infamosissimam suscipiens vtilitatem. Arcentur, & milites ab incestis nuptiis, vt in auct. de incestis nup. in prin. pœna adiecta amissionis cinguli, & bonorum, nisi alia adsit legitima soboles cui reseruentur, imò punitur fustigatione, & exilio si sit vilior, vt discat castè viuere, & intra naturæ fines se continere, vt ibi
23 dicitur, neque excusat hoc casu iuris ignorantia. Item † prohibetur miles tutelam suscipere, etiam si sit. testamentaria, C. qui da. tu. pos. l. militiæ, fallit tamen in tutela pupilli qui sit militis filius
24 quod dixi supra inter priuilegia. Prohibetur † etiam crimina, in fiscum deferre, cum sit hoc flagitios, & turpis viri officium, vetatque id stipendiorum honor, vt in l. deferre. §. item milites, ff. de iu. fi. Prohibentur denique milites, Diuino ipso monitu, prouinciales concutere, aut eis calumniam inferre, Lucæ iij. & Matthęi xxii. & cap. militare, xxiii, quæstio. ii. militare enim per se permittitur, At propter prædam militare non est concessum. At hodie quis est, qui non rapiendi animo, per fas, aut nefas cumulandi, militiam sequatur? Ita vt verè concludi possit. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum; Et si qui adsunt, potest verè dici.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Et aliud.

Et Coruo rarior albo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum reddit militem ad instar pagani,*
2 *Miles renunciando fideicommisso sibi præiudicat.*
3 *Miles mercator subest iudicibus mercatorum.*
4 *Militi non est parcendum,cũ telo ei necesse est occurere tamquã latroni.*
5 *Miles rem communem cum alio recuperat solum pro parte sua,& sic.*
6 *Socius propter socium priuilegiatum non vtitur nec gaudet priuilegio.*
7 *Miles repetit turpiter donata.*
8 *In pari causa melior est conditio possidentis.*
9 *Miles falsum deponens sortitur forum etiam non suum.*
10 *Miles non potest sibi ascribere in testamento commilitonis.*
11 *Miles hęreticus non habet testamenti factionem.*
12 *Miles actor sequitur forum Rei.*

Quando vtantur milites Iure communi cum cęteris. Titulus octauus.



1 EXTRA casus qui sunt à iure notati in prærogatiuã & fauorem militum,potest vno verbo dici iure eos communi vti debere sicut cęteri, libet tamen aliquot leges referre eos exęquantes: vtitur ergo primum communi iure minor, & miles,† si cum iuramento alienationi suę rei consentiat, vt l.j.C.si aduer.ven.quæ cum sit Alexandri ethnici, multo magis id procedit
2 Christianorum Principum iure, vt in auth.post d.l. posita.† Idem si fideicommisso paterno cum fratre paciscendo renunciet, vt C. de transac.l.de fideicommisso, Item in casu.l.si pacto quo pœnam, C.de pac.in casu,l.j.C.in inte.rest.postul.&c. iuncta l.j. C.de reputa,In casu,l.neque Reip.C.de resti.mili.in casu,l.fi.C.iurisdi.om.
3 iu.† vbi si miles negociatur, iubetur Iurisditioni subesse Iudicis illius negociationis: Quod bene facerent iudices ecclesiastici si paterentur in clericis suis negotiantibus,quod etiam statuitur,in l. ij.C. vbi de racioci.Item in casu, l.j.vbi sena. vel cla. vbi statuitur quòd in delictis à clarissimis,& infra non competit fori prærogatiua,quominus ibi de crimine cognoscatur vbi est patratũ, quod facit ad materiam de qua dixi supra inter priuilegia, in priuilegio xxxix.per discursum,Item in casu,l.j.C.quando li.si.iu.se vindi.

4 di. †Ita enim licèt noctu resistere militi inuasori, sicut cuicunque
alij, Neque enim parcendum est militi, cui telo occurere oppor-
tet vti latroni; vt in ea l. dicitur. Item in casu, l. iiii. C. de rei vendi.
vbi non prodest militia aduersus præscriptionem, si iam erat com
5 pleta, cum cepta est militia, † Item in casu, l. ij. C. communi. di. vbi
6 rei distractę communis, partem tantum auocat miles, † Et sic so-
cius propter socium priuilegiatum non fruitur priuilegio, nisi cū
nō patitur commodam diuisionem, quod etiam statuitur, in l. iiij.
C. de re. commu. alie. Item in casu, l. iiij. C. de condi. ob cau. vbi da-
7 tum militi ob causam repetitur ea non sequuta. † In casu, l. iij. C. de
condi. ob tur. causam, iuncta Glo. vbi dicitur quòd datum ob tur-
pem causam per militem repetitur, ex eo quia, vt dicit Gloss. erat
inhabilis militiæ, vnde erat solum turpitudo ex parte dantis, se-
quitur ergo, quod si fuisset ex parte vtriusque non repetiisset, ad
quod facit etiam quod dicit Glo. in l. cum te. C. quod me. cau. quæ
iura videntur contraria, potest tamen solui aliter quàm faciat Gl.
& Doc. nam dicere, quòd in casu d. l. iii. ille miles, vt dixi, erat in-
habilis militiæ, est mera diuinatio, imò aduersatur inscriptio le-
gis, quę vocat eum militem, planius igitur dici potest quòd mi-
les repetit, etiam si turpiter dedit, quando etiam alius turpiter ac
cipit, & hoc fauore militiæ, quod est addendum ad alia supra reci
tata, quod erat in casu d. l. aderat enim ibi concussio accipientis à
milite, & peccantis sub clypeo officij, delectui enim præpositus, ac
ceperat ne tirocinio ascriberet, Cum tamen ille fuerit, vt dixi, as-
sumptus: Regula est igitur secundum d. l. cū te, quæ est lex ij. quòd
8 † in pari causa melior est conditio possidentis, licèt secus sit fauo-
re militiæ. Obstat tamen d. legi, secundæ alia lex, secūda, & ipsa, C.
de dona. inter vi. & vxo. quæ dicit mancipia data focariæ militi re
stitui, additurque ratio, quia milites meos, inquit, Imperator An-
toninus, à focariis suis hac ratione, fictisque adulationibus spolia
ri nolo, potest solui, quod in d. l. ij. C. de dona. non erat donatum,
sed fuerat color quæsitus emendo simulatè mancipia illa nomine
focariæ, neque tamen potest inficiari quin donandi animo quæsi-
tus esset color ille: obstat tamen d. l. ii. de cond. ob tur. causam, nā
supra inter priuilegia dixi reuocari donatū à milite turpi ex cau-
sa, vt d. l. ii. C. de dona. inter vir. & vxo. cum tamen ècontra dica-
tur in d. l. ij. de cond. ob tur. causam, non reuocari donata. vera sol.
est quòd in d. l. ij. de do. ob tur. causam ille donator non erat miles
& in hoc versatur priuilegium. Itē vtitur miles iure communi in
9 casu, l. nullum. C. de testi. † nam si falsum testimonium dixit subij-

citur

citur illi iudici ſicut paganus,Item in caſu.l. ſicut. C.de fide inſtr. Item in materia vectigalium,quia ęqua conditione cum cęteris in ſoluendo eſſe debent,l.ex præſtatione.C.de vectigal.licet ſecus ſit in pœna commiſsi,ſi non profiteantur, neque ſoluant, vt dixi inter priui legia,in caſu. l. fina. C. de commer. & merca.In quo non minus quàm cœteri prohibetur ire ad loca barbarica, & infida tranſcendendo mercimonii gratia, Imperii limites. Item cum ea facit, quæ citra ius, & nomen hæredis nequeunt fieri, cenſetur enim adiiſſe ſicut paganus,vt l.ii. C. de iur. deliber.Item cum hominem caſu occidit & non ex propoſito.l.i.C.ad l. Corne.
10 de ſicca.† Item cum ſibi aſcribit in comilitonis teſtamento, l.pe. C.de his qui ſibi aſcrib. amittit enim relictum licet priuilegietur vt pœna ei remittatur,licet ſecus in patre militis, filio aſcribente
11 vt eo.tit.l.ſi pater,Item in caſu,l.vlt.C.de hære.† nam & miles hæreticus amittit teſtamenti factionem paſsiuam,vt ibi dicitur, Ité
12 in caſu, l.penul.de offic. præfect.prætor. † vbi pro iniu ria facta militi neceſſe habet adire Iudicem iniuriantis. Item in caſu, d. l. de fideicommiſſo,de tranſac.dum filii natiuitas non magis ei prodeſt quàm aliis in redeundo ad fideicommiſſum de quo tranſegit.Remanent etiam in parentum potęſtate,l.iii.C.de caſtren.pecu. Item ſuperueniens militia non eximit eum à foro quod iam erat ſortitus, l. ſi quis poſtea, ff. de iudi.Cœteros caſus inueniet diligentior inueſtiga-
tor.

9 citur

HIC INCIPIT OCTAVA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Militiam detrectans grauiter offendit.*
2 *Pater filium pœnę offerens leuat eum pœna.*
3 *Emanſor quis dicatur.*
4 *Deſertor quis dicatur.*
5 *Deſertor grauius punitur pro temporis qualitate, & alijs circunſtantijs.*
6 *Tiro mitius punitur.*
7 *Recidiuans magis punitur.*
8 *Lex iij. §. ſi præſidis, ff. de re mil. aliter intellecta, quàm per Docto. alios.*
9 *Transfuga proditori ſimilis.*
10 *Lex iij. §. is qui ad hoſtes, aliter intellecta quàm à cæteris.*
11 *Affectus punitur etiam non ſequuto effectu.*
12 *Numerum militum fraudare ſurreptis ſtipendijs graue eſt crimen.*
13 *Furcæ pœna grauior, quàm gladij.*
14 *Emanſoris pœna.*
15 *Dormiens inſtatione qualiter puniatur.*
16 *Transfugæ eſt ſimilis, qui cum poteſt ad ſuos non reuertitur.*
17 *Capto ab hoſtibus an & quando liceat aufugere.*
18 *Captus in præſidio æqua eſt conditione cum transfuga.*
19 *Dedens ſe hoſtibus non habet ius poſtliminij.*
20 *Accurſius malè intellexit l. non omnis, §. qui, captus ff. de re mil.*
21 *Præſidium quid.*
22 *Coniecturis datur intelligi caſu, an ex præpoſito quid factum ſit.*
23 *Vita anteacta demonſtrat de animo.*
24 *Credendum non eſt facilè multa policentibus.*
25 *An aliqua ex cã liceat trãsfugere ab vnis ad alteros exiſtimatione ſalua.*
26 *Perfugę paciuntur maximam capitis diminutionem.*
27 *Subdito nulla ex cauſa licet transfugere.*

28 *Militia intẽpestiue deseri non debet, etiam ab eo qui non sit subditus.*
29 *Princeps caueat ne in exercitu plus habeat externarũ viriũ quàm suarũ.*
30 *Stipẽdiorũ retẽtio aut dilatio nõ est iusta cã deserẽdi, minusq; trãsfugiẽdi.*
31 *Transitio ab vnis Castris ad altera vt sit in cæteris excusata, inexcusabilis, est tamen inconstantiæ.*
32 *Concessa non vtilia debent attendi.*
33 *Honos habitus sæpè transfugis, & data illis præmia.*
34 *Transitio vt excusata sit maxima ex causa & omnibus probata fiat.*
35 *Perfugas non expedit principibus contemnere.*
36 *Homines perfidi animum cum fortuna sumunt & deponunt.*
37 *Transeundum si sit, semel tantum est.*
38 *Oppida quæ se hostibus dedunt, si sponte, proditionis tenentur.*
39 *Hostem prodere licitum est.*
40 *Prima fides potior quàm secunda.*
41 *Fides quę hosti seruatur non fides est, sed perfidia.*
42 *Oppida quæ se hostibus dedunt propter magnum metum excusantur.*
43 *Transfuga crimen læsæ Maiestatis committit.*
44 *Exploratorum pœna.*
45 *Nobili viro an liceat simulata transitione hostilia explorare consilia.*
46 *Honor, & turpitudo ex moribus ciuitatis estimantur.*
47 *Intentio & propositum distingunt maleficia.*
48 *Exploratores studio sisitandi aliena, non occultant sua.*
49 *Seditionis concitator capite puniendus.*
50 *Seditiosi milites qualiter puniendi.*
51 *Lex iij. §. qui seditionem. ff. de re mil. declarata aliter quàm ab alijs.*
52 *Arma amittere noxe est militi.*
53 *Quę de nouo emergunt non subsunt prioribus decretis.*
54 *Disciplina militari contempta corruunt omnia.*
55 *Contumacia militis digna morte.*
56 *Agmine excedentes noxam committunt.*
57 *Necessitas tollit, aut saltem differt priuilegium.*
58 *Miles resistens suo preposito noxam committit.*
59 *Milites absque dedecore castigantur à suo præposito.*
60 *Miles suam salutem debet periculo obijcere pro salute sui præpositi.*
61 *Saluti propriæ licet consulere quando vis est cui resisti non potest.*
62 *Fugam incipiens morte est dignus.*
63 *Segnities militis est in crimine.*
64 *Miles languorem simulans grauiter punitur, etiam morte.*
65 *Præfectus dedens præsidium, etiam metu vis, vix excusatur.*
66 *Præsidium dedens hostibus, læsæ maiestatis crimine tenetur.*

67 *Læsæ maiestatis capita quæ sint.*
68 *Arcem muniens, & tenens, inuito Principe læsę maiestatis pęna tenetur.*
69 *Ingredi per transuersum in præsidium vel castrum, capitale est.*
70 *Commilitonem feriens grauem noxam committit.*
71 *Vinum excusat delictum.*
72 *Carcere effracto aufugiens mortem meretur, secus si sine fractura.*
73 *Custos carceris sinens fugere vinctum tenetur eius pœna.*
74 *Miles in parentem irreuerens militia reiicitur.*
75 *Miles à signis discedens grauiter puniendus.*
76 *Pœnæ militares.*
77 *Pœnæ pro ducum seueritate, & natura imponuntur.*
78 *Decimatio militaris ob fugam.*
79 *Milites stantes manducare iussi quandiu militarent.*
80 *Corbulo inexorabilis Dux, & etiam in leuioribus delictis seuerus.*
81 *Seueritas in re militari misericordia est melior.*
82 *Milites damnati ob pullum surreptum.*
83 *Buccelatum lardum, & acetum largus militum commeatus & prouisio.*
84 *Facilitas veniæ fomentum est ad delicta.*
85 *Crimine grauia fugiunt qui sciunt non ignosci leuibus.*
86 *Peccari quàm minimum opportet in re militari.*
87 *Pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ.*
88 *Caporalis siue decumanus tenetur de facto sui manipuli.*
89 *Ignominia missus non potest morari in loco vbi sit Princeps.*
90 *Stipendia intercipiens qua pœna puniatur.*

De delictis militaribus & eorum pœnis.

Titulus Vnicus.



VLTA dixi supra de militum priuilegijs eorumque prerogatiuis & præmijs, verum quia quos non inuitat ad bene, fortiterque agendum virtus ipsa, honorque & merces quæ ei est multis modis parata, Continet sæpè intra concessi limites criminum pœna, iuxta illud.

Oderunt peccare mali formidine pœnę.

Manca enim esset res ipsa publica itidemque & militaris & velut altero

crure debilitata,vel altero oculo orbata fi,vt habet conſtituta bonis præmia, non deſtinaſſet & ſontibus pęnam, iam igitur ad ipſa militaria crimina, non quæ habent cum cœteris communia, ſed quæ eorum ſunt propria,deuenio, & ad eorum pęnam. Peccat igitur quicunque nomen militiæ dedit,cùm ei non liceret, neque enim paſsim,vt iam alio loco dixi, licebat per Romanas leges nomen dare militiæ text.eſt in l.ij.ff.de re milit.& quanto is dignio
1 rem ſuſcipit gradum,tanto grauius,& committit,& plectitur,vt ea l.dicitur, in fi. Grauius† multo offendit qui electus ſe militiæ ſubtrahit,l.qui cum vno.§.grauius,eo.tit. vnde & pater qui filium ſubtrahit, exilio punitur, & parte bonorum, ſi tamen id faciat
2 cum bellum ingruit,nam in pace fuſtibus cęditur,† parcitur tamẽ filio ſi à patre poſteà offeratur,d.l.qui cum vno, §.qui filium, qui tex.ſolet paſsim per Doct. allegari ad hoc quòd parcitur filio, vt mitius puniatur,cum pater eum præſentat curiæ,quòd etiam probatur in l.milites agrum.§.deſertorem,eo.tit.Et hoc not.Saly. in l. propter inſidias, C.qui accuſa.non poſſunt,Fely. in c.accuſaſti,de accuſa.Alcia.in tra.de præſump.Reg.j.præſump.iiii.Grauius multo,peccat,& plectitur pater ſi filium propter hoc etiam debilitet, vt minus ſit aptus militiæ,d.l.qui cum vno.§. eum qui. Peccant
3 grauius emanſores,ac Deſertores,† Eſt autem emanſor quod & nomen ipſum indicat,quòd manet extra caſtra,& lungè à ſignis, ani
4 mo tamen reuertendi,† Deſertor verò qui ita abeſt vt animum reuertendi non habeat,Prout in ſimili difert in ſeruis, erro à fugitiuis:ita probatur,in l.iij.§.Emanſor,& §.Deſertorem, ff.de re mili. quod etiam probatur in d.l.qui cum vno,§.edictum, licet Gloſ.in d.§.deſertorem,differentiã faciat inter diu abeſſe, & prolixo tempore abeſſe,quaſi plus ſit prolixum quàm diu,probatur tamen con
5 trarium,in d.§.edictum.† Non tamen eadem pœna caſtigantur deſertores omnes,ſed ad multa reſpicitur, Bello an pace quis deſerat,l.non omnes.§.qui in pace,eo.tit.militiæ etiam ordo,& ſtipendiorum numerus,vita etiam ante acta,ſiue ad dignoſcendum quo animo abfuerit. ſiue etiam vt mitius, vel acrius pro anteacta vita caſtiges,locus etiam,tempus,effectus denique ipſe conſideratur,ſolus ne,an multis comitatus abierit,eosque forſan exemplo ſuo tra
6 xerit, † Tiro ne ſit,an veteranus, † Tiroque ipſe an aliàs deſeruerit
7 an non,quæ vt ſunt alia alijs leuiora, aut grauiora, ita, & augent pœnam atque diminuunt, aliquando enim in deteriorem militiam dantur,aliquando deportantur, quandoque etiam capite puniuntur, vt ſunt iura in d.§.qui in pace, in d. §. qui in deſertione,

in d.

in d.l.milites agrum §. fina. & d.§. desertor, & d.l. iij.§.si plures, vbi etiam probatur quòd grauius punitur recidiuans. Emansoris verò vt culpa est leuior, ita & pœna remissior, examinantut,& in eo causę, cur, & vbi fuerit,& quid egerit, Daturque venia valetudini,Affectioni parentum,aut etiam affinium, Aut si equum vel seruum fugientem est persequutus, forte etiam si amicam cucurrerit visere, quod non raro faciunt nostri milites, Quando & in exemplo est parci posse huic culpæ Imperator quidam ex Romanis,qui cum audisset militem quendam,forte m aliàs virum amore scorti sepè extra castra pernoctare, scortum adduci iuscit, & militi offerens,Iam te, inquit,diligentiorem habebo, ne cures tamen militem illum in culpa emulari, sed in fortitudine, quando non omnium Ducum eadem est mansuetudo. fit etiam vtrisque copia sui defendendi, ac docendi se ita abfuisse vt sint digni venia,vel minore pœna,vt d.l.iiij.§.si ad diem,& vide infra carta secunda, verficulo quod verò de emansore. Instar est etiam Desertoris qui à propositi,vel præsidis exequutione desistit, d.l.iij.§.

8 si præsidis, † quod ego ad sequelam refero, quasi à sequendo desumptum, cœteri vt volent intelligant, Parum enim à desertore abest qui Præpositum non sequitur,& malè congruit quòd de exe

9 quutore Gloss. ibi intelligit. Grauissimè peccat † Transfuga, Crimenque est proditioni haud absimile, isque, pro hoste non pro milite est habendus,l.proditores.ff.de re milita.l.postliminiū §.transfugæ,ff.de cap.& postli.re.nimirum si & torqueri possunt, & ad bestias dari,siue etiam furca suspendi,quæ sunt indigna milite,prout inter priuilegia est dictum,vt d.l.iii.§.is qui ad hostes,

10† Imò,& qui cepit transfugere,& qui, (vt dicam cum Comico) qui exornat fugam,pro transfuga habetur, & si apprendatur capite punitur,vt d.§.is qui ad hostes,in fi.Et hic videtur planior sensus quàm dicere, cum Gloss.volens, id est qui voluntariè transfugit, de quo tamen per Gloss. & Docto.in l.fina.ff. de rerum diuisio.Quis enim dicetur apurehensus nisi in ipso facinore? Nimirum si in atrocioribus, & cum iam ceptum est fieri, & patrari

11 scelus,† punitur affectus ipse pœna consumati criminis, de quo per Bald.C.de episcop. & cleri. l. si quis non dicam rapere, colum secunda,in vj.oppo.Quis enim non voluntariè transfugit, & est arg.tex.in l.quis sit fugitiuus.§. idem Cęlius ait si seruus, ff. de ędili. edict. Neque est dubium quin si transfuga aliud crimen huic adiungat grauiori sit dignus pœna, quandoetiam exacerbantur,& mortes,Exemplo sunt duo illi Allobroges partium

Cęsaris

Cęſaris qui ab eo reprehenſi quòd de numero equitum fraudarẽt, & mentirentur, quòd ve eorum interciperent ſtipendia, cum ſtatuiſſent ad Pompeium transfugere, cogitauerũt de occidẽdo equitum Prętecto, quod quia nõ ſucceſsit, magno ęre in Cęſaris caſtris mutuo ſumpto transfugerunt, prout Cęſar ipſe refert in ſuis comẽtariis belli ciuilis. Atque vt id obiter dicam, non tamen a propoſito inſtituto & tractatu alienum, † non leue eſt crimen de militum numero mentiri, & ſtipendia eorum intercipere, neque modica eſt ei adiecta pęna quod in l.fi.§.hoc autẽ, C.de offi.præf.præto. Affr. imperator ſtatuit, cuius viſum eſt verba ipſa recitare, magis enim debent Duces & Tribuni, inquit, ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores ſuos de noſtra liberalitate remunerationem ſperare, & non de commeatis militum, vel de eorum ſtipẽdiis ſibi lucrum acquirere, Nam ad hoc, inquit, ordinati ſunt milites, vt per eos prouincia defendatur, & eſt eis prouiſum de emolumentis, & ſtipendiis, qui & ſperare debẽt ſecũdum eorum labores & merita ad gradus prouei meliores, & maiores conſequi dignitates, abſq; eo quòd hæc turpia lucra ſectentur, ita ibi dicitur. Quod tamen hodie male obſeruant Capitanei noſtri, quos vocant, tam peditum quàm equitum, nullum habent enim magis certum quæſtum, quam quem capiunt ex huiuſmodi aucupio, ſed vt ad perfugarum materiam reuertar legitur, & in Antiquorum annalibus ac cerrimè cum eis vindicatum ſeculis illis, Grauius inquit Liuius, de perfugis quàm de fugitiuis conſultum, nam qui nominis latini erant, ſecuri percuſsi, Romani in crucem ſublati, vnde & comprobatur quod dixi ſupra, mitius agi cum ſeruis quàm cũ liberis, gra-
12 uius etiam cum ciue quàm cum ſocio, aut externo, † grauiorem etiam eſſe furcę pęnam quàm gladij, Alibi etiam dicit Liuius, Recepti perfugę trecenti ſeptuaginta, quos cum Romam miſiſſet cõſul. virgis in comitio cęſi omnes ac de ſaxo præcipitati. Quod
13 verò de † emanſore ſupra dictum eſt nunquam puniri eum morte, fallit niſi emanet hoſtibus inſiſtentibus, aut etiam qui tunc à foſſa recedit, vt l.iij.§.is qui.ff.de re mil. At qui ſtationis munus relinquit plusquam Emanſor eſt, & pro qualitate facti punitur, vt ea l.§.qui ſtationis. Noſtri præpoſiti non ſolum deſertorem ſtationis ſed etiam eum qui in ea obdormiat morte afficiunt quod ego barbarum exiſtimo, niſi cum magna vrget cauſa, vt cum vicini ſunt
14 hoſtes, † Debent igitur, ij citra mortem, regulariter plecti, vt ea l. Deſertor etiam, qui Principis excubias deſerat morte & ipſe afficitur, l.quòd excubias, ff.de re mil. Lauden.in trac.de principe on.

16 clxxxii. Transfugę † est similis qui ab hostibus captus negligit ad
suos redire cum potest,l.non omnis.§.qui captus,ff,eo.nã qui ani-
mo cum hostibus est,iam à suis desciſit,& transfugit, vt dicitur in
l.postliminii.§.captiuus.ff.de capti.& postli.re.& l.in bello.§.ma-
numittendo.Et propterea dubium redditur quod dixit Pet.de An
cha.in reg.peccatum de reg.iur.quem refert.& sequitur Aret.in l.
qui à latronibus.ff.de testa.Et vtrunque allegat,& sequitur.Natta
in consi.cclxxxiiii.nu.6.quod cum adhuc hodie in bello, quod ha
bent Christiani cum Turcis obseruentur iura captiuitatis,& serui
tutis, non licebit captis ab eorum Dominis aufugere, hoc enim
ego non puto indistincte verum, Quinimo hoc semper debent in
animo gerere, & exequi cum primum possunt,ne incipiãt pro trã
sfugis haberi,Et istud optime perpendit ibi Are. qui dicit non li-
cere eis aufugere vt se pro liberis gerant inter hostes atque exte-
17 ros illos,quia furtum sui faciunt, † licebit tamen si hoc faciant vt
ad suos reuertantur, quod multi. Hyspani fecerunt ex his qui ca-
pti fuerunt in castro nouo in Illyrico, Hoc tamen vltimum fortè
non erit absonum restringere, vt liceat quàm diu viget bellum,at
pace facta,& sequuto fędere,nisi aliud conuenit de captiuis,fortè
non licebit fugere,Cum enim cesset bellum,cessat,& belli ac gen-
tium ius,vt alteris contra alteros acquirere liceat,& hoc mihi cõ
cludit tex.in l.Postliminii,in princ. ff. de capti.Ibi,nam si eodem
bello,quis reuersus fuit,quæ verba,eodem bello,essent superuacua
si quocunque tempore liceret reuerti.Hac tamen conscientia ne-
mo(vt puto)vteretur Ego verò ius recito,non facta seu etiam fien-
da. Item & pro transfuga habetur etiam qui induciarum tempo
re perfugit,aut etiam qui ad exteros vadit cum quibus neque bel-
lum sit neque fędera vlla aut amicitia,d.l.postliminii.§. transfuga
18 fortius dicitur in l. non omnes.§. † Item cum.quod qui captus est
in præsidio ęqua est conditione cum transfuga, quod valde est du
rum,vt metus ex vi hostili ita sit noxę sicut ipse maculatus animus
suos deserendi Ita tamen illam,l.intelligit ibi Accur.quod aper-
tius etiam probatur in l. postliminio carent iuncta d. l. postlimi-
19 nium.§.transfugę.ff.de capti. † vtrobique enim dicitur quod &
qui armis victis se dedidit,& qui transfugit, ius amittit postlimi-
20 nii,† Perperam vero exponit Accur.in d.§.qui captus Præsidio,id
21 est exploratione vel spia,quasi à præsciendo, † Cum sit præsidium
locus septus,& munitus,cui est militaris custodia & defensio adie-
cta,Arceram inquit Liuius, primo statim aduentu eiectis qui in
præsidio erant recepit:Prædatores per negligentiam ex præsidio
dilapsi

dilapsi occasionem præbuerant ad inuadendum, sed & præsidium dicitur manus ipsa militaris loci defensioni apposita; Regiũ etiam nuncium, inquit idem Liuius, mittit ad præsidij præfectum quod ibi à consule locatum erat, Item & alio loco, Hirpini, & Lucani traditis præsidijs Hannibalis, quæ in vrbibus erant, se dediderunt. Alia longe significatione in l. si chorus. §. j. ff. de leg. iij. metaphoricè prę̃sidium, dicitur pecunia illa quam in extremos casus habet prudens paterfa. sepositam. hinc illud Celsi pecuniam sine peculio fragilem esse, vt in l. si chorus, ff. de leg. iij. sed vt ad rem redeam durum id quidem vt extrema passi, & armis victi, ac dediti postliminium amittant, Imò & plectantur si casu reuertantur ad suos, potest tamen dici cum Iurisco. in l. prospexit, ff. qui & à qui. Durum id quidem, sed ferendum postquam ita constitutum est; Contigit hoc prisco illo seculo post cannensem cladem, aliquot enim Romanorum millia quæ in castris erant, Hannibali se dediderunt, poterantque paruo redimi, tantũ verò egebat Respub. milite vt octo seruorum milia emerit, & in militiam ascripserit, neque tamen deditios illos redimi de publico consensit. Quod si de proprio redimerentur noluit tamen eos in Italia manere, aut in ea militare. Neque si alibi militarent præmia vlla, aut honores capere, Neque quandiu esset Hannibal in Italia, Domum eos reuerti posse; si tamen miles dum iter facit in hostes incidat, qui eum capiant, hoc comperto, parcitur ei, d. l. iij. §. sed si ex improuiso, de re mil. & d. l. non omnes, §. item eum, in fi. & §. qui ab hostibus. In dubio ve
22 rò, † & cùm ignoratur captus ne quis sit an verò transfugerit itur
23 ad coniecturas, † Et ante acta vita inquiritur; si bonus miles antea fuerit, stabitur tunc eius dicto: si emansor, aut segnis, aut negligẽs, non stabitur, maximè si longo post tempore reuersus sit, vt d. Iuribus. Quod multum est considerandum in nostris militibus, præsertim in istis gregarijs Italis, qui solent facillimè ab vno exercitu transfugere in alterum, nam si inquisiti velint se excusare quòd fuerint capti & non perfugerint, vix eis credetur, nisi secundum distinctionem de qua supra, facile tamen hodie contemnitur hæc pę̃na, & hoc crimen, propter fœdera quæ solent fieri tam bello quàm pace, vt ea sint conditione perfugæ, si capiantur, qua omnes alij milites, sed, & in culpa sunt quos vocant Capitaneos, & Collonellos, qui dum nouos, delectus faciunt, & nouas cohortes conscribunt nullo discrimine id faciunt, nihilque curant aliud nisi, vt numeros expleant; & quàm minimo possunt milites tamquam pecora conducunt, & coemũt, Neque est qui ad disciplinam reuocet; Imò

neque

que fortè id expediret his, qui hodie de miſera Italia decertant; Parcitur tamen vno caſu transfugis, cùm latrones & alios transfu
24 gas demonſtrant, aut alio inſigni beneficio demerentur; † Neque tamen facile multa policentibus credi debet, vt d.l.non omnes.§. fi. Libet autem priuſquam ad alia progrediar pauliſper circa hanc perfugarũ materiam immorari, cum ea ſit frequens hoc noſtro infelici & corrupto ſeculo, Cum paſsim videamus Gallos non nullos, Italos, multo plures, ex Francorum exercitu tranſire ad Cęſareum, atque Hiſpanum, viciſsimque Hiſpanos, Germanos hoſque ipſos Italos ab hoc exercitu, ad illum perfugere, Et quod multo eſt fœdius, multos, præſertim Italos, loquor de gregarijs, & vilibus, quando nobiles hoc crimine abſtinent, ab vno ad alium conuolare ſępius ſoleant & frequentius, quàm apes à floribus ad ſuos
25 alueos, † videndum eſt igitur tam de more antiquorum quàm de iure, an &quando hęc ſint conceſſa: In primis igitur diſtinguendum puto inter ſubditos, & non ſubditos, ſubditos autem hic generaliter intelligo etiam vaſallos, & alios quoſcunque origine aut domicilio ſuppoſitos; Et ſubditis omninò interdictum volo hoc perfugio, Ita vt nulla eos excuſet ratio, vel cauſa, non ſi ſtipendijs defraudentur, non ſi militia mittantur, non denique ſi etiam carcere effugiant, & ſolum vertant; qui poteſt enim citra perfidiæ crimen ad hoſtes ire, arma contra Principem, & patriam ferre; cum etiam qui contra eius proſperitatem machinatur rebellionis crimen, ſeu perduellionis incurrat? vt in extrauagan. qui ſint rebel. in verſiculo machinari, quod verborum tantum offenſam importat; vt per Gloſſ. ibi; & cùm vel inobediens, crimen illud committat, vt ibi in verſicu. rebellando, & in
26 verſicu. tenore, † vnde, & meritò huiuſmodi perfugæ maximam patiuntur capitis diminutionem, l. ammiſsione .§. deficere .ff. de capi. diminution. Quæ autem poteſt eſſe excuſatio ob retenta ſtipendia: Cum videamus de facto prouinciales ſupplere ad victum, & cum præſtet deſerere quàm transfugere, Et cum denique apud Xenophontem legas lib. ij. Græca rerum, Spartanos qui in Chio Inſula ſub Eteonico militabant, durante æſtate, ex his quę de agris ſumebant, volentibus dominis. Item & mercede operam ſuam locantes, victitaſſe, cum deeſſent ſtipendia, ne iniunctum munus deſererent? Quæ etiam poteſt eſſe excuſatio ſolum ex crimine vertentibus, Cum crimen addatur crimini, Cum neque ipſe Socrates, vir optimus, & magna iniuria damnatus, credíderit licere vim afferre legibus, neque è carcere effuge-

re vt in dialogo qui Crito inſcribitur dixit plato? † ſubditis igi-
27 tur omnino interdictum ſit perfugium. Non ſubditi verò lũ
ge alia eſt ratio, is enim ſola fide tenetur, eius igitur in primis eſt
28 habenda ratio. † Non licebit ergo ei intempeſtiue militiam deſe
rere, ſicuti neque in contractibus licet ſocio intempeſtiue renun-
ciare ſocietati, l. ſi conuenerit. ff. pro ſoc. & faciunt quæ dixi ſupra
in operis initio de vaſallo deſerente dominum in bello, etiam ſi
non in Prælio, Quis enim non merito damnet factum Celtibero-
rum, qui cum P. Scipione patre militabant in Hiſpania, perſuaſi
enim ab Hasdrubale, pecunia accepta, in ipſo belli ardore, Ingruẽ
tibus hoſtibus, Romanos deſeruerunt, Cum atrox non videretur fa
cinus quod non in eos arma verterent etiam ſi eos trucidandos ho
ſti relinquerent, quod & factum fuit. Hi ſunt Celtiberi quos pri-
mos mercennarios milites habuiſſe Romanos ſcribit Liuius libro
29 iiij. terciæ Dec. Qui, & addit, † Perpetuo exemplo, & æterno docu
mento habendum ne tantum fidat Principes externo militi, vt nõ
longe plus habeat ſui roboris, & ſuarum virium, quòd Romanos
perpetuo obſeruaſſe, ſcribit Vegetius, lib. iii. cap. j. in fi. Hoc etiam
exemplo Ludouicus Sfortia, quem Maurum adhuc vocant, proden
tibus Heluetijs, noſtra pęnę ętate, & Mediolano excidit, & in ma-
num venit Ludouici xij. francorum Regis. Improbè igitur facient
mercennarij milites, & auxiliares ita diſcedentes, Hoc in vaſallo
perfidiæ aſcribit Bal. in c. j. in prin. verſi. ij. quærit Gloſſ. quib. mo.
feu. amit. etiam in caſu cum dominum iuuare non tenebatur, & ibi
etiam Affli&. col. v. vbi etiam in non vaſallo dicit hoc facientem
30 teneri ad intereſſe. Sed neque † eis pro legitima cauſa conceſſe
rim ſi abeant propter dilata ſtipendia, quòd ſępè contingit in bel
lo, ſi tamen aliunde poſſint alimoniæ conſulere, vel ſi Principes ip
ſe de victu interim prouideat, maximè cum hoc fieri poſſit, ſi cura
adhibeatur per prouinciales, etiam abſque eorum impenſa, & dã-
no vt cum habetur Ratio impenſorum, in ſtipendijs, cum aduenit
commoditas, & de eis ſatisfit quod eſt habitum. Quod tamen non
eſt in vſu. Optimi tamẽ eſſet principis ita inducere. Si verò cau
ſa legitima adſit abeundi, neque id fit intempeſtiue, & petitur cõ-
meatus, ſeu licentia abeundi, puto id licere abſque nota infamiæ,
31 Præſertim ſi domum eatur, & non ad hoſtes, † vix enim poſſet etiã
hoc caſu, ab vnis caſtris tranſiri ad alia, ſine labe ſaltem inconſtã-
32 tiæ, & præſertim inter Chriſtianos, † quos decet res metiri ex con
ceſſo, & non ex ſuo commodo, cum iam dixerim ſupra non licere
33 mercennario militi auxiliari iniuſtè bellanti, † legimus tamen

in

in annalibus multis perfugis,& qui ab vnis ad alios transierunt, & honorem habitum & prȩmia data. Nam & Arpis. ij.bello punico Hispani paulò minus mille,qui pro chartaginensibus ibi erant in prȩsidio, pacti cum Romanis,vt cartaginensibus qui cum eis erāt liceret sine fraude abire,ad eos transierunt.Eorumque forti, & fideli opera Romani posteà vsi sunt, Ita Liuius, ob irā credo aliquā inquit, alio loco Liuius,aut spe liberalioris militiæ,mille ducen ti septuaginta duo equites,mixti.Numide,& Hispani,ad Marcelum transfugerunt,eorum fideli opera in eo bello vsi sunt Romani.Ager.Hispanis in Hispania Numidis in affrica post bellum,virtutis causa,latus datus est.Refert idem Liuius Soz.siracusanū, quo Duce siracusæ noctu captæ sunt,& Mericum Hispanum, qui nassum siracusanam arcem prodiderat,ampla dona consecutos,Sosin quingenta agri iugera,& domum siracusis,Merico & suis Hispanis vrbs Murgantia,& prædia data in Hispania,Imò. & ei qui Mericū persuaserat,data sunt quadringēta agri Iugera in Sicilia, Mutines etiam Affer ciuitate ipsa est donatus. Et ante illam ætatem, Qui vcientum,Capenatum,& Falisscorem,inquit Liuius, ad Romanos transfugerant in Ciues sunt assumpti,& agris donati, Tanta erat accepti beneficij,& referendæ gratiæ,cura,& memoria. Non decet Masinissam tantum Regem,tam constantem Po.Ro.amicum, numerare inter perfugas,quamuis,& ipsi diu pro Cartaginensibus dimicauerit,magno tamen suo,& honore,& dignitate ac amplitudine, ad Romanos transijt, Potentissimus enim Regum omnium suæ ætatis illa amicitia euasit, eamque in extremam senectam tenuit semper,& coluit.Possent alij non pauci referri & priorum seculorum,& nostri æui,quibus hæ transitiones Decori fuerunt, &
34 commodo,sed huic Regi non est addendus Comes, † Et vt conciu dam felicius, atque honestius puto si quis vni tantum adhereat, Quod si transeundum est,id tam graui ex causa,tam aperta fiat,tā omnibus probata,vt honori & famæ præ cunctis omnibus consula
35 tur.† Caueant etiam Principes ne perfugas cōtemnant, neque eorum commoda,& dignitatem negligant, Cum enim neque decori, neque munificentiæ satisfaciant, Tum neque suo prospiciunt commodo,cùm exemplo eorum qui spreti sunt.Cœteri consultius suis consulant rebus,scio tamen quibus promissi sunt montes aurei,qui post transitionem pane indigebant,& si Diis placet, indigent,sed descendere ad particularia,vt est in prouerbio,vetat pla
36 to, Sunt, † et qui tam diu fideles sunt partium quam diu fortunam pro suis stantem vident, at cùm inclinat fortuna tum & ipsi

cum ea fidem muttant,hos ego vnico exemplo admonebo quid fa
cto opus sit, si rebus suis consultum velint. Altinius Arpos vrbem
suam curauerat, post Cannensem Cladem, deficere ad Hannibalem,subinde, cum rem Romanam vidit subleuari,& attolli pœnitentia ductus, clam noctu venit in castra Romana, Consuli promittens,vt sibi præmio foret,Arpos dediturum, Res est in consilium perducta,consul crædi ei oportere non censebat, verberari potius,insuperque & necari virum animum & fidem cum fortuna, incipientem & mutantem,Contra verò pater, & legatus Consulis Fabius,tempori dicebat seruiendum, & occasioni,tandem est conclusum Altinium retineri, & clam in amicam ciuitatem custodiendum transmitti, vt finito bello de eo consilium ferretur, hic
37 est horum finis atque exitus, † Rursumque moneo ne quis facile transeat,neue ex leui causa,ne ue sępius,etiam si causa subsit.Indibilis Hispanus regulus,cum à Penis ad Scipionem defeciſſet cum fratre Mandonio,Scio,inquit,transfugæ nomen esse veteribus socijs execrabile, nouis verò suspectum, Causam tamen non ipsum nomen esse intuendam,Hæc igitur versent in animo qui transitio
38 nes concipiunt. Instar etiam,† & perfugij,& proditiones comittunt oppida,quæ ad hostes sua voluntate transeunt,quod qua pœna sit dignum ex effectu, & ęstimatione domini offensi accipitur, quod vno exemplo in omne æuum memorabili ostenditur, Defecit,post iam supra relatam Cannensem cladem,à Romanis Capua, Cuius exemplum sunt secutæ multæ,& vrbes, & populi, Ea posteà per vim est à Romanis recuperata,Consules qui obsederant, senatores omnes viuos captos securi percuti iusserunt,aliorum qui ęua serant bona publicauerunt, liberi atque vxores pro seruis venditi exceptis filiabus ante expugnationem nuptis,alij in vincula conijcti,vt de eis posteà deliberaretur: quæ latius videbis apud Liuiũ libr. vj.terciæ Dec. sed Capuanorum, fraudem auxit quòd ciuitas potens,socia atque amica,quæ nullam vim hostilem timebat,prima deffecerat, exemploque etiam offenderat, Mitius tamen eadẽ illa tempestate,Cum Hirpini,Lucani,& Volscentes,traditis Hannibalis pręsidijs,Q.Fuluio consuli se dedidissent,verbis ab eo castigati ob præteritum errorem,Defecerant enim, & ipsi cum Capuanis,, clementer fuere recepti,tantum refert volentes an coacti re-
39 uertantur ad priorem Principem.† Atque vt id obiter dicam,laude ego dignos censeo illos populos,qui Hannibalem ita prodide-
40 runt,† quando prior fides debet secunda esse potior,† Cùm neque
41 hæc fides sit,sed perfidia,vel saltem vis, atque metus, Cuius purgandi

gandi, cum primum ſe offert occaſio, ea non poteſt citra noxam omitti, quod iam ſupra in capto milite eſt dictum, qui ſi ſtatim cum poteit ad ſuos non reuertitur pro transfuga eſſe incipit, vt l. non omnes.§.qui captus.ff.de re mili. Et propterea à noxa, & crimine non libero multa oppida in hac noſtra Pedemõtana patria,quę proximè actis bellis,hoſtilibus tenta præſidiis,cũ ſępè eſſet occaſio oblata,& pauci intus remanſiſſet milites, ad priorem dominũ reuerti vel timuerunt vel neglexerunt,tantum abeſt, vt hoc faciẽ tem perfidie arguam. Lungè tamen refert ad hoſtes Ciuitas de
42 ficiat, † an per vim ab eis inuadatur, atque occupetur, peccant quidem illi grauiſsimè, poſſuntque caſtigari acerrimè, ſed vim paſsi quid meruere?aut quo ſunt minore amore quàm prius habẽ di ſi recipiantur?SutriumRomanorum vrbem ſociam obſidebant, inquit Liuius,Equi,cum vltra non valerent Sutrij reſiſtere, vrbem dediderunt, eam vrbem Romani per vim receptam inuiolatam, atque integram tam à ſe ipſis quàm ab hoſtibus, qui neque ipſi eam diripuerant, quòd eam per deditionem ceperant, oppidanis reſtituerunt. A Suſtrio Nepete exercitus eſt ductus, quòd per deditionem acceptum hoſtes detinebant,parte Nepeſinorum prodente ciuitatem, ea tamen & ipſa per vim recuperata, deditionis auctores ſunt ſecuri percuſsi, innoxiæ multitudini ſuæ res redditę. vtinam hæc exempla ſibi ante oculos, ponerent Duces, Præfecti, Capitanei, militesque noſtri, qui hæc infelicia loca, citra omnem noxam ſuam ad hoſtes obuenta, Imò, ſi dijs placet, etiam quædam militum incuria,fortè etiam aliquorum ex eis proditione,ſi recuperent,ſiue vi,ſiue etiam per deditionem,non minus diripiunt, nihiloque minus cędibus, ſtupris, rapinis, abſtinent, quàm ſi Turcarum vrbem magno labore, & ſanguine quæſiuiſſent. Neque mirum quòd ſeculo illo parceretur coactis atque inſontibus, quando ea erant modeſtia, & æquitate Ciuitates illæ vt quos populos non poterant ſuis tutari ab hoſtibus viribus, paterentur,hortarentur etiam, ſuis vt rebus conſulerent, & adhærerent hoſtibus. Implorabant Petelini ſecundò illo bello Punico ſenatus auxilium aduerſus Pœnos, fateri Romani coacti ſunt, circunſpectis Imperij viribus, nihil iam ſupereſſe in ſe præſidij longinquis ſocijs conſulerent igitur ipſi ſuę Ciuitati quando fidem ad vltimum expleuerant. Hæc Liuius.

Ingenuè etiam Lacedemonij, vt inter Græcas res ſcribit, Xenophon, Nam cum Polidamas, Pharſalius opem aduerſus Iaſonem, Theſallum imploraturus Spartam veniſſet, viribus

ipſi

ipſi ſuis penſatis,auxilium ferrè ſe non poſſe faſsi ſunt, iret igitur & ſibi ſuęque ciuitati conſuleret,Mitiora hæc atque æquiora,hoc multo grauius,obſidebant Athenienſes Bizantinm, quæ eſt hodie Conſtantinopolis, Lacedemonius, Præfectus Clearcus,qui intus erat,frumentum omne in ciuitate inuentum ſuis diuiſit militibus, Oppidani verò vrbem hoſtibus prodiderunt,& cum ſparte proditionis auctores accuſarentur,venerunt, & hac defenſione vſi ſunt, Nos non tam prodendæ vrbis,quàm ſeruandæ conſilium cepimus cum omnes cerneremus famæ,atque inedia perire,hac ratione abſoluti, & dimiſsi ſunt. Nugæ verò atque aniles fabulæ hæc omnia reputarentur apud Duces noſtros,& quod gentes illiæ naturali ſola ratione ductæ faciebant,ipſi qui neque domo exeunt niſi ſacro Celebrato,& re diuina curata,æquitatis & iuſtitiæ, populorũque ſalutis obliuiſcuntur. Quod vero excuſentur loca quæ iuſto impellente metu dedunt ſe hoſti, tenet Imo. in conſi.xxxiiij.in ij. du.Soz.conſi. xxxix.nu.8.li.iij.Deci.conſi.dcxc.nu. 14.& declarat Fely.in c.cum contingat,col.vlt.de fo. compe. Pudet immorari circa hæc Leuia,& à propoſito inſtituto deuia,atque extranea, tẽperare tamen nequeo cum Capuanorum pœnam retulerim, quin etiam retributam,& relatam gratiam recitem in ea ipſa vrbe capua ijs,qui inuenti ſunt bene de Romanis meriti, compertum eſt, inquit Liuius,duas mulieres Beſtiam Appiam, & fanculam Cluniam,meretricem hanc egentibus captiuis Romanorum clam ſuppeditaſſe alimenta, illam verò quotidie ſacrificaſſe pro ſalute, & victoria Romanorum,capta, & directa Capua, ex ſenatuſconſulto & plebiſcito libertas eis reſtituta eſt & bona,ipſe verò Romam venire ſunt iuſſæ,vt quæ præmia vellent à ſenatu peterent:Benemeritam vrbem quæ imperaret,cui omnes affecti eſſent,atque adhuc

43 ſint. Nedum † verò crimine,& pęnis prædictis tenentur transfugæ ſed etiam lęſę maieſtatis,vt l.ij.ff.ad l.ſul.ma. & in l.ſi quis ali-

44 quid.§.j.ff.de pę. vbi dicitur † quòd tam iſti,quàm exploratores, id eſt conſiliorum noſtrorum renunciatores, viui exuruntur, aut furca ſuſpenduntur,in l.etiam.iij.§.vlt.ff.ad l.Corne.de ſicca.dici tur quod vbicunque inuenti transfugæ tanquam publici hoſtes poſſunt interfici. Incidit autem hic quæſtio de qua inter no-

45 biles milites ſępè audiui diſputari, † liceat ne nobili viro, Ducis aut Principis ſui iuſſu, ad hoſtes transfugere, vt eorum res videat, & renunciet, Multis viſum eſt hoc factum bono, & no-

46 bili viro indecens, nam & factum, & pœna ſunt viliſsima. † Illud eſt etiam vile quod boni omnes cenſent vile, quando etiam

honeſta vel ex legibus vel ex moribus cenſentur, vt l. prima. §. primo, & l. vlti. §. ſed ea quæ, ff. de mune. & ho. Item non eſt honori quod ſalua dignitate non poteſt fieri, l. honor, in prin. eo. tit. & d. l. vlti. §. j. hinc etiã dixit Tiraq. in d. trac. de nobil. quod conſue tudo nobilitatem tribuit atque adimit, erit igitur dedecori quæ vtentium moribus, imputari ſolet dedecori, vt ipſe latius ibi proſequitur, vnde eo. trac. c. xxxiiij. in princi. dicitur quod vſus, & communis exiſtimatio, facit actum honeſtum aut turpem; Contra riam tenentes partem dicebant hoc factum, ita vt proponitur, non eſſe turpe, neque cenſendum tale, licet aliud ſit in iſtis miſerrimis & viliſsimis hominibus qui hanc artem profitentur mercedis gra-
47 tia, non, vt iſte, pro ſalute publica; Propoſitum † enim, & intentio diſtinguunt maleficia, l. qui iniurie, in princi. ff. de fur. & ff. de iniu. l. qui Reipublicæ. Obijcere autem ſe pro ſalute populi & ſeruitio Principis magno eſt honori, vnde & extollit hoc factum Poeta antiquus cum dicit.

Dulce & decorum eſt pro Patria mori.

Exemplo etiam ſunt, non eſſe hoc factum dedecori, inter Romanos ſextus Tarquinius, qui ſimulata patris ſæuitia & odio, Gabios transfugit, vt eſt apud Liuium lib. j. Et Araſpa nobiliſs. Medus ex Cyri Comitibus inter externos, qui Cyri iuſſu ad Aſſyrium Regem perfugit, & exploratis hoſtilibus copijs, & conſilijs, ad Cyrum eſt reuerſus, & ab eo in publica conc̃ione laudatus, vt eſt apud Xenofontem in Pædia Cyri lib. vj. fuit & nuper Mediolani captus Nobilis vir ex hoſtibus Gallis, qui ignotus & pagano habitu, ſine conſueto militari ſigno, occupationem Arcis tentabat, neque id ei aut noxæ fuit aut pœnæ. Neque quid referat video tranſeas vt arcem capias, vel vt conſilia explores. Item innoteſcas publicę, an omnes lateas. Exemplo ſunt & Romani illi quos ex primoribus ordinibus ſeruorum loco cum legatis ſuis miſit Scipio ad Syphacẽ & Asdrubalem, vt dum pacem legati tractarent, ipſi per hoſtium caſtra vagarentur, & cuncta inſpicerent, que cum arundine facta, & palea vidiſſent, noctu igne immiſſo Scipio victoriam ex eis retulit. Quod ego in Cęſaris caſtris non ſemel timui, cum ad eum modum Germani omnes caſas ſibi in caſtris conſtruant. Ego factũ huius trãsfugæ, & audax, & fidele, æquè ac periculoſum exiſtimo, non tamen turpe, vulgus tamen horum exploratorum, ex flamma, vt Comicus dixit, cibum capiunt; & deprehenſi capitis pœnas luunt, l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milit. loquitur autem lex illa de his qui ſuorum ſecreta enunciant, nõ hoſtilium, qui deprehendũ-

tur

48 tur,horum tamen vidi pœnam non abſimilem†Sed & eorum qui fi-
delem impendunt operam,periculoſam dixit Tacitus,fidem eſſe,
atque intutam,Cura enim,inquit,diuerſa atque hoſtilia ſiſcitādi,
ſua non occultant,& vt ſunt viles, atque ignobiles , pauci ſunt qui
49 non vtrique parti inſe ruiant,quò ſint tutiores.Capite † etiam ple
ctitur qui atrocem ſeditionem concitauerit,l.iij.§.qui ſeditionē,
50 de re mil.† ſi verò leuis ſit,& quæ intra vociferationem , aut que-
relam contineatur,punitur deteriore gradu militiæ, aut etiā miſ-
ſione,vt ibi,pro ſcueritate,etiam aut manſuetudine Ducis , & ſe-
uerius, & mitius vindicatur tam hoc crimen quàm cętera milita-
ria omnia , Scipio in Hiſpania in auctores ſeditionis vindicauit
triginta quinque ex eis,virgis ceſsis & ſecuri percuſsis,ſenatus ip-
ſe lungè acerbius,legionem enim,quæ Regium, interfectis ciuita
tis primoribus,occupauerat,ad vnum iuſsit occidi,cum eſſent ho-
minum quattuor milia.Acerbiſsimè etiam compreſſa fuit ſeditio
illa Pannonica de qua ſupra facta eſt mentio ex Tacito , ſub filio
Tiberij Druſo,is enim Vibulenum,& Pecennium,ſeditionis capi-
ta,ad ſe acitos interfici iuſsit,atque in ſuo tabernaculo obrui , Cæ
teri turbatores conquiſiti , & à centurionibus ac militibus cœſi.
Atrocius etiam multo vindicatum eſt eo tempore in ſeditione
Germanica,Boni enim,re inter ſe cōmunicata.Prius tamen à Du-
ce ſubmoniti de improuiſo in alios ignaros,& nihil tale ſuſpican-
tes ferrum ſtringunt , & trucidant,factaque eſt ſtrages non parua.
Alia etiam illius exercitus pars, omnes enim quaſi fatalis labes in
uaſerat,ad hunc modum eſt ſeditione liberata,ſtabant pro concio
ne legiones diſtrictis gladijs,milites ſigillatim in ſuggeſtu oſten-
debantur,ſi nocentem acclamauerant , præceps datus trucidaba-
tur,ſi comprobabatur innocens , deſcendebat ſecurus ,ita Tacitus,
lib.i.At noſtra hæc tempeſtate ſingulis ferè annis ſeditiones,& pe
ne defectiones vidimus militum,etiam in ſingulis præſidiis , nulla
tamen viſa vnquam eſt caſtigatio, nulla pœna , nimirum igitur ſi
nulla diſciplina,nulla Ducum reuerentia,& quod dixi de legione
51 quæ Regium occupauerat,eò pertinet,quod Iuriſcon.† dixit in d.
l.iij.§.qui ſeditionem,de re mil.quod ſi legio deficiat,auocari mi-
litia ſolet,Deficere enim eſt legato,aut Duci rebellare, neque di-
cto eius parere,licèt lungè aliter Accur. ibi intelligat & declaret.
52 Arma † etiam amittere in bello militem graue eſt crimen , &
morte dignum , Idemque ſi ea alienet , vt d.l.iij.§.miles, humane
tamen regradatur,vt ibi.Refert etiam quæ arma alienauerit,nam
ſi tibiale aut humerale,verberibus caſtigatur , ſi verò gladium aut
loricam,

loricam,ſcutum,vel galeam,deſertori eſt ſimilis,vt eo.tit.l. antepenul.§. arma; In his tamen omnibus mitius agitur cum tirone,vt ea l. in fi. ſed & qui aliena arma ſurripit gradu militiæ deteriore locatur,d.l.iij.§.qui aliena. Qui mandata Ducis in bello non ſeruat,aut contra ea facit,capite caſtigatur,etiam ſi res bene ceſſerit, vt d.l.iij.§.in bello,quod infeliciſsimè contigit Torquati filio, qui iniuſſu patris cum hoſte conflixit, & vicit & capite pœnas dedit, vnde in exemplo, & prouerbio fuerunt Manliana Imperia. Dictum verò .§. in bello, pro ſing. ad hoc adnotauit Fran. Cremen.
53 nota. cl. mandatum fuit; † limitat tamen niſi aliqua emergat occulta cauſa,vel vetus ſubſit & detegatur quæ erat Duci ignota,allegat l.ſi hominem in fi.ff.manda.vbi dicitur quòd ex magna cauſa,quæ ſuperueniat,receditur à iuris diſpoſitione,& etiam hominis:quam materiam,more ſuo,latò proſequitur Felyn. in c.j.col. xiiii.de conſti.& ibi inducit ad multas quæſtiones, & ad aliam in c.quod ſuper,col.iij.de maio.& obe.Quã limitationẽ vereor vera ne ſit;legiturque contrarium ſeruatum apud Liuium,lib.viij.primæ Dec.Q.enim Fabius Rutilianus aduerſus Samnites dimicauit felici certamine,debellauit enim hoſtes,idque non ob aliam rem niſi quia abſente L.Papirio Dictatore diſſolutiores ac negligentiores erant hoſtes effecti,imò & inſolẽtiores,quę erat vtriq; noua exorta cauſa,in ius tamẽ corã ſe vocauit Dictator Magiſtrũ militũ Fabium, quòd ſuo iniuſſu certaſſet cum hoſte,vixque euaſit quin pœnas daret contemptæ diſciplinæ,ſtabant,inquit Liuius,pro Fabio ſenatus maieſtas,fauor populi,Tribunicium auxilium,memoria abſentis exercitus,Ex altera parte Imperium inuictum Populi Romani,diſciplina rei militaris,Dictatoris edictum,& Manlia
54 na Imperia.Et poſt paulo addit,† cum poluta ſemel diſciplina,non miles Centuriones,non Centurio Tribuni,non Tribunus legati, non legatus cõſulis,non Magiſter equitum Dictatoris pareat Imperio,ſine commeatu vagi milites in pacato, in hoſtico errent,in frequentia ſigna deſerant latrocinij,modo, cęca fortuna pro ſacrata ſit militia:hæc Liuius.Quę vtinã non eſſet noſtra hodierna militia,vix tandẽ à Fabio eſt obtentũ,vt populus Ro.ad preces verſus, veniam ei impetraret,vt non eximeretur noxę reus, ſed noxę dãnatus donaretur Populo Ro.d.verò lex ſi hominem, poteſt locum habere in re non adeo graui,& à qua ſalus etiam publica pendeat. Poteſt & exemplum Fabij confirmari auctoritate Cæſ.is enim lib. iij.de bello ci.ita ſcribit, At plerique exiſtimant ſi acrius inſequi voluiſſet bellũ eo die potuiſſe finiri,is de Silla legato ſuo loquitur,

Cuius consilium reprehendendum non videtur, Aliç enim, inquit, sunt legati partes, Atque Imperatoris, alter omnia agere ad præscriptum, alter liberè ad summam rerum consulere debet.

55 Omnis † etiam militis contumacia erga Ducem mortis est me
rita, d.l.omne delictum.§.contumacia, de re mil. Castigantur &
56 milites, sed mitius.† qui agmine excedunt, fustibus enim cędun-
tur, vel militiam muttant Hodie verò hoc ad eius offitium spectat
quem sargentum maiorem vocant, qui tamen vix efficit vt ordine
iter faciant, & non circumquaque per agros deuiaque, atque inuia
vagentur, quærentes si quid est quod infelicibus agricolis, siue suæ
partis siue alienæ, furentur & rapiant. Grauiter etiam animad-
nertebatur in eos qui militiæ nomen dare recusabant, datiq; sunt
aliquando in seruitutem, ceu proditores publicæ libertatis, vt l.
qui cum vno. §. grauius. de re mil. aliquando autem sunt cęsi qui
ad nomina non respondissent, & in vincula ducti, Ita Liuius, li. vij.
aliquando etiam neci dati. Cum paucis (de Valerio consule inquit
Liuius, lib. iiij.) Tribunum appellantibus collum torsisset, Cœteri
57 ob metum, sacramentum dixerunt. † In tantum verò curæ erat de
lectus, vt si vrgeret necessitas, etiam qui vacationem militiæ præ-
tendebant, sacramento adigerẽtur, cognitione immunitatis post
bellum dilata, cum esset tamen præiudicialis exceptio, quòd di-
ctator Posthumius feciisse legitur apud Liu. lib. etiam iiij. Morti
54 † etiam datur qui manus intulit suo Præposito, Augeturque hoc
crimen dignitate præpositi, d.l.omne.§.qui manus, Imò & si ceden
ti se præposito resistat eadem pœna est dignus, d.l.milites agrum.
59 §.irreuerens, de re mil. Et licet noxæ sit quæuis resistentia, solet ta
men distingui qualis sit, vt ibi dicitur. Atque (vt id obiter dicam)
non solum à Tribuno, vel centurione suo coercetur miles, sed
etiam à principali, qui est vtroque gradu inferior, quorum Prin-
cipalium frequenter fit mentio in legibus, et præsertim, in d.§.ir-
reuerens, vbi tamen corrupta lectio habet à Principe, Sed repu-
gnat implicatiua etiam, quæ est in text. erant enim Principes, vt
dixi supra ti. de mili. arma. mil. militaris gradus, propter quod in
fero licere etiam hodie, inferioris gradus Præposito coerere irre-
uerentem gregarium militem, vt puta sergento, aut decumano,
quem caporalem vocant, Neque mirum videri debet quod dixi
si cędenti resistat, cœdebantur enim fustibus siue etiam vite mili-
59 tes,† neque erat eis ignominiæ aut infamiæ, magis quàm sit pue-
ro si eum flagris cędat ludi magister, quod scio Puerile visum iri
& ridiculum glorioſis militibus nostri ęui, iura tamen militaria

ita ſunt conſcripta cun non cederent illi dignitate, & uirtute no ſtris vt d.l.iij.§.i.& §.in bello, Hinc apud Tacitum legitur Plagoſo cuidam Centurioni,qui facta vite in militis tergo alteram poſce
60 bat,Inditum cognomen,Cedo alteram. Tanta † verò eſſe debet militis erga ſuum præpoſitum obſeruantia vt debeat ſe periculo offerre pro ſalute eius,& ſi non protegat eum cum poteſt, ſimilis eſt inuaſori,vt l.omne delictum,§.fin.quòd ſi moriatur præpoſitus
61 milites qui eum deſeruerunt morti addicuntur, d.l.iij.in fi.† Si tamen ea erat vis cui reſiſti non poterat,licebat militi ſaluti conſulere,& vitę,vt d.§.fin.ſecundum quam diſtinctionem fortè debent intelligi iura feudorum in vaſallo,qui dominũ dereliquit in prælio,de quo in c.j.§.qui dominum,quæ ſit prima cauſa bene, amitte, in c.j.quib.mo.feu. amit.in c. ſi quis miles,quib.mo.feu.amit.el ij. Quam tamen diſtinctionem Doc.ibi nõ ita explicitè faciunt, vbi enim non poteſt ei prodeſſe meum auxilium, quid proderit mors vel captiuitas ? Caueat tamen vaſallus ne occaſionem capiat pro cauſa , quia præter quod notam ſubibit dedecoris , & infamiæ , ipſum inſuper Dominum eſt habiturus in iudicem, vel ſaltem eius ſucceſſorem,à quo ſeuerè iudicabitur. Hinc etiam cor
62 relariè ſequitur,† vt qui prior fugã in acie facit morte ſit dignus, d.l.omne delictum.§.qui in acie,in qua l.etiam dicitur quòd ſegni
63 ties ipſa militis,& deſidia fraudi eſt . Ea † verò poſſet eſſe ſegni
64 ties militis adeòque intẽpeſtiua vt morte ſit digna, † Quid enim ſimiles , etiam caligatus ſimulato languore militiam detrectet, certè fugienti eſt ſimilis,ita eſt tex.in l.omne delictum.§. exploratores,verſi.ſed & caligatus,de re mil.Quod crimen vidi obiectũ Capitaneo cuidam ex parte Cœſarea , qui cum noctu iter faceret auxilium laturus ſuo Præſidio,quod hoſtes obſidebant,contorto vt dicebat,talo,non eſt ingreſſus præſidium, & cum dedito,eodem ferè momento,præſidio ipſo,viſus fuerit rectus ambulare creditum fuit quod languorem ſimulaſſet,neque defuit qui dixit Duci,dignum eum eſſe morte,& dictum §.exploratores adno. ad hoc, Ang.in l.j.§.non autem.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius fue. qui dat exẽplum de Brunaldo Bononienſi qui ſic fecit. Admonet † factum huius Capitaneij vt aliud referam non multũ abſimile, Præfectus præſidio,Cùm verè eum non haberet militum numerum vt poſſet hoſtibus reſiſtere,inſuperque Oppidanorũ magnus numerus ad eũ veniſſet proteſtarenturque,niſi ipſe ſibi conſilium caperet,ſeſe ſibi,& Oppido conſulturos,neque paſſuros vt diriperetur,his anguſtijs tẽtus vrbem dedidit,quod ei fraudi & ſegnitiei poſtea daba-

tur, neque sine magna & impensa,& cura fuit absolutus. Contigit similis ferè casus.Etnę,vrbi Siculę, Lu.Pinarius ei erat Præfectus cum præsidio Romano,fauebant autem Etnenses Pęnis,petierunt igitur à prefecto, vt portarũ claues ipsamq; arcẽ eis cõmitteret,vt volentes magisquã coacti Romanarũ partiũ cõprobarẽtur, pfectus excusabat,Capitale Romanis esse,aut claues dare,aut præsidio decedere,vrgentibus verò ciuibus,& ad vim paratis, rẽ ipsę in alterã diẽ distulit,Interim cõuocatis militibus quid facto opus sit & quid fieri velit admonet, Altera aũt die,cùm eadem de Arce, & clauibus peterentur,Præfectus verò eisdem ex causis excusaret, iamq; minę intentarentur,ipse signo militibus dato,vt iam conuenerat,illi inermes,& imparati à præparatis atq; armatis militibus sunt trucidati,Ciuitas aut malo aut necessario facinore retenta. Hoc tamen non adeò tuto, aut consulto facere licuisset superiore casu,cùm & minor esset præsidij numerus,& foris pro muris iá staret hostes,propter quod & ego eũ absoluendum censui,quod è sententia ipsius Cęsaris factum fuit,Caueant igitur præfecti ab huiusmodi deditionibus,Cum & honoris, & vitæ afferant discrimen,&
66 mortem præferant ambiguo,& fortè etiam turpi facto,† quando, & crimine & pęna.l.Iuliæ maiestatis damnetur qui arcem non tenuerit,& qui hostibus castra concesserit,vt dicitur in l.iii.in prin. ff.ad l.Iul. maie.quod tamen referendum puto ad dolo malo factũ
67 vel signitie manifesta. Sunt & alia pleraque huius† legis capita ad materiam hanc nostram pertinentia,nam,& qui sua auctoritate & iniussu Principis delectum habuerit, exercitum comparauerit,bellum gesserit,in eam legem committit,vt d.l.iij.eo.tit.Exercitum verò intellige non multos milites, sed multos numeros, id est cohortes,siue,vt vulgo dicunt,compagnias,vt ff.de his, qui no.
68 infa.l.lj.§.exercitum. Alias verò in d.l.iij.dicitur,† Arcemue tenuerit,quod ad eos refertur qui Ducis iniussu suaq; auctoritate arces seu castella firmant,& muniunt ac retinent,quod vno ex antea ctis bellis fecit Salzedus Hispanus in arce Curtismilij. Eiusdem l.pœna tenetur qui successorem non admiserit eique prouinciam non remiserit,Quod Antonius Leiua fecit anteactis bellis,cũ Cęsar successorẽ misit cũ Germano exercitu Ducẽ de Brandenburg. siue de Bransnich,quem tamen non admisit,neque id ei propterea fraudi fuit,fortè tamen secretiora interceserant mãdata. Item & qui exercitum in insidias deduxerit,& qui hostes commeatu,armis,equis,pecunia,aut alia reuiuerit,cùm neque ipsis hostium legatis arma vendi liceat,vt l.ij. C. quæ res expor.non de. imò neq;

materia

materia vnde ipsa possint arma confici, vt ea l. Item & qui in necem officialis Principis, qui cum Imperio sit, proruperit, vt eodem titu. l. prima. Qui Regem amicum abalienauerit, qui commisit quominus hostes in potestatem venerint, qui hostes ex amicis fecerit: Qui nuncium, literas, signum hostibus miserit aut dederit, dolo tamen malo, d. l. prima, & l. iiii. hinc dixit Bartol. quòd etiam delatores literarum proditiones tractan-
tium, in hoc crimen incidunt, vt eodem titu. l. j. in fin. vbi Alexand. in add. & in add. in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. quod & dixit Bald. C. de cadu. toll. l. vnica. §. ne autem, versicu. extra quæro. Qui seditionem militarem concitauerit contra principem, vt d. l. prima. in fin. Cuius etiam consilio, dolo malo, Ciuitas vel Prouincia hostibus est prodita, vt eodem titu. l. penul. Cœtera verò capita illius legis fermè hanc nostram materiam non contin
guunt, Præter casum si cuius opera, aut conniuentia, hostes prædam egerunt ex amico territorio, is enim igne comburitur vt l. si
69 quis à barbaris. C. de re mil. Capitale † est etiam militi si per transuersum præsidiũ ingreditur, sed si solam transgrediatur fossam, mitius punitur, d. l. iii. §. in bello, in fi. de re milit. Quod etiam ipsi vrbis conditori Remo noxæ fuit, vt in l. sanctum, in fi. ff. de re.
70 diui. Capitale † quoque est si commilitonem quis gladio feriat, d. l. omne delictum. §. si quis commilitonem, quod grauius puto cõ stitutum vt obuiam eatur seditioni militari, quæ facile inde pos-
71 set exoriri, dum accurrit quisque ad defendendum suos: † Mitius tamen agitur si id per vinum aut lasciuiam contingat, vt ea l. §. vinum, quod excusat frequentissimas rixas Germanorum, & Heluetiorum, qui tamen de criminibus suis vsu, & moribus suis iudicant, & non Romanis legibus. Seruo etiam est capita-
le si se in militiam dare ausus sit l. ab omni militia, ff. de re mili
72 ta. Item † & militi qui est in carcere, si eo effracto effugerit, non si astu, fortè per fenestram, vel hostio aperto, neque tunc pro desertore habebitur. Carcerem enim non militiam deseruit, vt dicitur in d. l. milites agrum. §. eius fugam. in l. autem si quis aliquid. §. penult. ff. de pœn. dicitur quòd si dato sibi gladio erumpat ęquè erit capitale. Miles etiam turbator pacis morte est dignus. l. vl-
73 ti. ff. de re milita. Pari † etiam pœna plectitur miles custos carceris, si militem passus sit aufugere, qua ipse fugiens, d. l. si quis aliquid. §. si miles, de pœn. latius tamen atque æquius distinguitur in l. milites. C. de custo. & exhi. re. Casu an ob nimiam custodis negligentiam effugerit, solus an cum multis.

Est

74 Est † & crimini militi in parentes impietas,etiam verbotenus, vt si eos maledictis, & conuicio incesserit,vt si matrem maleficam vocauerit, militia enim reijcitur, l. j. in fin. de obse. à li.pa.prę.

75 Miles † denique à signis abscedens,etiam visendorum prędiorum gratia, grauiter punitur, l. tribuni. C. de re mil. In suprascriptis tamen casibus, cęterisque omnibus, cum de pœna agitur, locus omninò sit distinctioni l.absentem,§. vlt. ff. de pœnis, Consultò ne quis admisserit an casu, vt iusta pęna exigatur vel mitior.

76 Cæterorum † verò criminum communiter hę sunt pœnæ, castigatio,pecuniaria mulcta,munerum interdictio,eorum vt arbitror quę honorem habent,l. rescripto.§.sciendum, & l.honor, in prin. ff.de mune.& hono.non autem aliorum;ne esse incipiat pœna præmio,l.relegatorum.§.vlti.ff. de inter. & releg. Item militiè mutatio,gradus deiectio,ignominiosa missio. vt sæpè allegata l. iij.§.j. de re mil. Cætera verò,& militum crimina,& ipsa pœnarum genera, tum pro reliquis delictis,tum & pro relatis, & tam priuatim in singulos,quàm generaliter in vniuersos impossibile arbitror re-

77 ferre,† Cum ab ipsius imperatoris arbitrio,& quandoq; moribus, pendeant,pro facti qualitate,& temporis,pro temeritate, pro exẽ-

78 plo,pro euẽtu,& alijs quæ nimis esset dificile inuestigare;† Apius Consul Exercitum suum omnem,pro fœda fuga,castigauit, signiferos qui signa amiserant, Centuriones & dupliciarios qui ordines reliquerant,virgis cæsos,securi percussit;Cæteram multitudinem sorte lectam, & decimum quemque supplicio affecit. Asperrimè quidem ob fugam, etiam si consulto, vt erat, & voluntate factam, Ita Liuius lib.ij.Cohortes alibi quę signa amiserant,extra vallum, sine tentorijs destitutas,& hosti penè obiectas dixit libro .x. Mitissimè omnium Gracchus,vt lib.iij.tertiæ Dec. Is enim quatuor milia volonum,qui pugnauerant segnius,neque in hostium castra irruperant cum cæteris victoribus,& colem castris vicinum,metu pœnæ,cęperant,vocatos increpuit quòd pugnam detrectassent,&

79 quòd se cessissent † Iure igitur iurando eos adegit ne aliter quàm stantes cibum aut potum sumerent quandiu militarent, excepto cùm morbo impedirentur,ij sunt volones quos supra retuli seruos emptos,& milites factos post Cãnensem pugnam.grauissimè è cõtra Senatus militibus illis,qui se se, vt dixi supra, dediderunt, neque commilitones suos noctu erumpentes sequi ausi fuerant, & quos redimi publica impensa vetuerat, Rempublicam vltra non committendam proconsuli Marcello scripsit,si aliud ei videretur, faceret, Dum nemo ex eis munere vacaret, ne ve dono militari,

etiam

etiam virtutis gratia,donaretur,neque in Italiam,vnde erant eiecti, reportarentur donec hostis in ea esset. Lenius etiam hic idem M.Marcellus,Cohortibus quæ signa amiserant dum cùm Hanniba le dimicasset hordeum pro tritico dari in cibum iussit, Centuriones manipulorum qui signa amiserant gladijs discinctos destituit, alia pœna non exacta E contra,antiquum rarumque ea tempestate exemplum, vt Taciti vtar verbis,Lu.Apronius,Dux in Affrica con
tra Tacfarinatem perfugam, Decumum quemque cohortis quæ
80 prior in acie fugam fecerat,forte electum fuste necari iussit;† legi
tur & apud eundem Tacitum,cùm fluxos legionum,que in Germa nia erant, mores ad veterem modum quæreret Corbulo Dux redu cere,iussisse ne quis agmine excederet,ne iniussus pugnaret, vt sta tiones,viglias, diurna ac nocturna munia quæcunque armati obirent,peccata verò ita seuerè corripuit, vt militem quia vallum nõ accinctus foderet,aliumque quia solo pugione, & non etiam gladio esset accinctus,morte affecerit; Inexorabilem eum, inquit, ad magna delicta sciebant milites,cum tanta esset asperitate in leuio ribus.Idem quoque Corbulo, cum esset in Armenia bellum cum partis pro Tiberio,seu fortè Nerone faciens,Romanos milites,inter quos ne veterani quidem stationes aut vigilias inibant, multique ex eis neque vallum neque fossam viderant,sine galleis,sine loricis,nitidos,per oppida ocio marcentes,cum ad militiæ duritiem reuocaret, omnem exercitum asperrima hyeme sub pelibus habuit,vbi ambusti multorum artus vi frigoris,exanimati aliqui in ter excubias,miles etiam visus qui cũm fascem lignorum ferret ita ei manus priguerunt vt trũcis brachijs deciderent. Ipse verò Dux leui cultu,capite in tecto,in labore,in agmine,cũctis exẽplo erat. Hæc mala refugientibus,& signa deserentibus,remedium à seueri
81 tate Dux accepit,nam qui signa linquebat statim capite pœnas da bat,Compertum est,inquit Tacitus,† seueritatem illam multo misericordia salubriorem, nam pauciores ea castra relinquebant, quàm alia in quibus facile parcebatur. Eandem vim frigoris passus est Caroli Exercitus tempestate hac nostra,dum Metensem ciuitatem obsideret, magnaque pars exercitus vi frigoris perijt, & quod de seueritate dixi,confirmant hæc Vegetij verba,libro iij.c. x.Autoritatem, inquit, maximam à seueritate Dux sumat, culpas militares legibus vindicet, nulli errantium credatur ignoscere; Sed vt ad Corbulonem redeam, Præfectos ac milites qui hosti in acie cesserant increpitos tendere omnes extra vallum iussit,& diu
82 ita tentis vix,vniuersi exercitus precibus, pepercit; † At Pescennius,

nius Niger, vt in eius vita Fla. Vopiſcus refert, decẽ milites qui gallinaceum pullum ſurripuerant iuſsit occidi, vixque ab omni exercitu, etiam tumultuãte eſt impetratũ vt eis parceretur, voluit tamen vt ſingulos quiſque pullos reſtituerent Domino, & tota illa expeditione nemo ex illis focum accenderet, neque recens coctũ cibum ſumeret, adiectis etiam ſpeculatoribus qui eos obſeruarẽt
83 † Tantæ verò idem hic Peſcennius fuiſſe ſeueritatis dicitur, vt in expeditione vinum bibere prohibuerit milites, ſed aceto eſſe contentos. Piſtores etiam caſtra ſequi noluerit, iubens milites bucellato viuere, quod hodie, biſcoctum dicunt. Dum etiam quererentur in Aegipto milites quòd deeſſet vinum, Nilum inquit habetis & vinum quęritis? Auidium etiam Caſsium ſcribit idem Vopiſcus, ſtatuiſſe ne quicquam in expeditione milites ferrent præter lardum, bucellatum atque acetum, & de bucellato, ne videantur hæc ſomnia, habetur in quam plurimis legibus, Codicis, & præſertim in l.j.de errog.mil.anno.& in l.ij.de exac.& tranſla.mil. anno. lib. xij.& multis alijs in locis. Qui mores vtinam obſeruarentur hodie, lunge enim minor turba lixarum & cæteræ inutilis plebis ſequeretur caſtra. Quamuis etiam multa ex ſupraſcriptis pœnis ſciam viſa iri, & leuia, & ridicula Ducibus noſtris, ſi in eorum vnquam manum hæc noſtra qualiacunque ſcripta inciderint; vnum tamen velim vt cogitent, procliues eſſe omnes homines ad malum, & præ-
84 ſertim milites, † Facilitalem verò venię fomentum eſſe peccati
85 & criminis; † Ad illud denique Corbulonis conſiderent, pertinuiſſe milites ſub eo grauia committere crimina quem ſcirent inexorabilem ad leuia.
86 † Oportet etiam in re militari quàm minimè peccari, quando & minima ſcintilla magna poſsit conflare incendia; Neque alia poteſt certior doctrina tradi in hac pœnarum
87 materia, † quando in Principe omnes pœnæ ſint arbitrariæ. quod dixit Bal. in l.j.col.vj.in vlt.opp.per illum tex.C.de ſum. Trin. Ex cæleſti enim motu ſumitur eius arbitrium, vt ibi dicitur: Caueant igitur qui ſub eis agunt ea committere quæ pœnam mereantur, poſtquam ignorant qualis ea futura ſit. Vnum tamen obmitten
88 dum non putaui, † quòd neque à pœna eſt abſimile, quòd ſi Tribunus Centurio, vel alius quiuis Prefectus cum manipularibus ſuis damnum iniuria intulit, tenetur ipſe de facto omnium, Ita Bal. C. de ſer.fug.l.j.col.iiij.verſ.ſed quæro qui dicantur Caporales, quod etiam dixit Marti.de Laude in trac.de mil.q.vlti. Imò neque exactus poteſt à manipularibus, & commilitonibus ſuis aliquid repetere, l.j.§ ſi plures, vbi Ang.poſt Bar.no.ff.de eo per quem fac.erit.

Prout

Prout neque milites ipsi, eo in casu, possunt contra eũ agere si quo damno in expeditione illa fuerunt affecti, quod voluit Barto. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iu. de vi in vlt. verbis vbi hoc dicit esse perpetuo notan. Graue est etiam militi si ludicram artem exerceat aut si se in seruitutem det, quòd intellige de vera ser-
89 uitute, non de famulatu, vt l. quædam. ff. de pe. Est † & inter pœnas quod in l. ij. §. ignominiè. ff. de his qui no. infa. statuitur, & in l. ij. C. de re mil. quod ignominia missus neque in vrbe Roma. neque in alia potest consistere vbi Princeps sit. Castigatur postremo miles, sui honoris prodigus, si enim pecunia transigat. Cum mecho propriæ vxoris, sacramẽto soluitur, & deportatur, l. miles, in princip. ff. de adul. Et ne solis militibus timendam pœnam arbitremur, etiam Duces ipsos, si quid commisserint, manet, Nam & ipsum custoditum vna cum ministris suis remitti ad Prouinciam, quam nudauit: & in quadruplum rapta restituere iubetur, vt l. j. C. ad l. Iul. repe. quod tamen hodie non
90 est in vsu. Idem † & si falsum referat numerum militum, stipendia intercipiens, vt l. vlt. §. sicut. C. de offic. præfec. prẽto. Affr. quod iam alio loco est dictum supra. Alia quædam de flagitijs seu delictis mliitaribus tra
ctat Paris de pu. in trac. de
findica. sub titu. de ex
ces. mil. quem vi-
debis cum
voles.

HIC INCIPIT NONA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus cur ita dictus.*
2 *Saluumconductum dare cui ſpectet & late diſtinguitur.*
3 *Dominus Caſtri, Prætor, Præſes, dat ſaluũ cõductu, ſed intra ſuos limites.*
4 *Commeatus militi à quo dari poſſit.*
5 *Dux ipſe aliquando prohibetur commeatum dare militi.*
5 *Limitaneis militibus neque Dux commeatum dare poteſt.*
6 *Milites non poſſunt ex commeatu caſtris abeſſe vltra triginta.*
7 *Saluusconductus datus non obſtantibus criminibus, & condemnatione facta, ac alijs contra honorẽ patratis comprehendit ẽt crimina occulta.*
8 *Saluumconductum Impetrans bene conſideret verba, & bene ſibi conſulat & nu. 10. in fi.*
9 *Saluus conductus eſt fragilis cautio.*
10 *Saluumconductus Iudex an poſſit concedere.*
11 *Saluusconductus non publicatus non prodeſt bannito qu'n licitè occidatur ſi id liceat per ſtatuta, vide etiam in tit. pacis fed. ad quos exten. numer. 35. verſi. an uerò liceat.*
12 *Saluusconductus datus pro uehendis lignis extenditur ad ea inueſtigandũ & perquirendum.*
13 *Saluusconductus datus marito cum rebus ſuis prodeſt vxori venienti cùm rebus mariti abſque eo.*
14 *Saluusconductus datus pro eundo ex Piſis Parmam comprehendit etiam territorium ipſum Piſarum, eſto quòd ſit hoſtile.*
15 *Saluusconductus datus Petro, & eius ſocijs non prodeſt quin inter ſeipſos agant, & ſe conueniat eo non obſtante.*
16 *Saluusconductus uerba debent ſtrictè interpretari.*
17 *Saluumconductum dat ſolus Princeps.*
18 *A, & Ab, an incluſiue accipiantur an uerò excluſiue.*

Saluuscon-

19 *Saluusconductus datus pro eundo à Taurino Romam non comprehendit ipsum locum à quo.*
20 *Verba declarantur à proferente.*
21 *Saluusconductus datus pro eundo non semper censetur datus pro redeundo, sed distinguitur ut ibi per discursum.*
22 *Saluusconductus Titio, & iij. sociis comitet etiam socium Iudeum.*
23 *Socij in materia saluiconductus qui dicantur.*
24 *Saluusconductus an expiret per primum actum Distingue ut ibi.*
25 *Beneplacitum quando expiret.*
26 *Prohibita delatione omnis generis armorum ad hostes an liceat deferre uaginas ensium.*
27 *In penalibus non recedimus à uerborum proprietate.*
28 *Pena adiecta matrimonio non extenditur ad sponsalia.*
29 *Saluusconductus tacite extenditur ad familiam necessariam impetranti.*
30 *Saluusconductus concessus tempore induciarum an extendatur ad tempus belli interim superuenti.*
31 *Saluumconductum Iudex delinquenti an dare possit.*
32 *Saluusconductus non prodest nouum committenti delictum.*
33 *Offendi timens licitè potest petere à Iudice ut cogat inimicum ad sibi cauendum de non offendendo.*
34 *Iudex potest dare licentiam ei qui timet offendi ut secum ducat amicos & socios.*
35 *Saluusconductus debitori potest dari per creditores.*
36 *Creditorum maior pars potest dare securitatem debitori alijs inuitis.*
37 *Maior pars intelligitur pro quantitate debita non pro numero creditorẽ.*
38 *Electio est debitoris an cedat bonis an uerò habeat inducias quinquẽnales*
39 *Quinquennio lapso debitor cogitur præcisè etiam per carcerem.*
40 *Cessio bonorum est miserabile refugium.*
41 *Statutum quòd cessio fiat cum dedecore an ualeat.*
42 *Cedens bonis an pœnitere possit, ita ut bona recuperet & satisfaciat.*
43 *Cedens bonis debent agnoscere & fateri debitum ac condemnari.*
44 *Cedens bonis si superueniant bona tenetur integrum soluere, in quantum tamen facere potest, non ultra.*
45 *Alimenta debent præstari ex fructu prædiorũ non ex alienatione bonorũ.*
46 *Quantitas, & qualitas quomodo intelligantur.*
47 *Cedens bonis cum ignominia liberatur penitus.*
48 *Cedere bonis quilibet potest, etiam collegium.*
49 *Soluendo qui est potest bonis cedere.*
50 *Personæ quæ sint quę habent priuilegium ne exigantur nisi in quantum facere possunt.*

51 *Muneri publico obnoxius tenetur in quantum facere potest.*
52 *Verba deducto ne egeat qualiter intelligantur.*
53 *Par ratio si viget vtrinque, tunc insolidum fit exactio priuilegio non obstante, quia prafertur qui tractat de damno vitando.*
54 *Debitores aliquando iure Ro. dabantur creditoribus nexu seu ligati.*
55 *Cessioni bonorum renunciari an possit.*
56 *Cessioni renunciãs tenetur insolidum, non autem deducto ne egeat.*
57 *Cessio non admittitur in obligato pro delicto, etiam si pecuniam debeat.*
58 *Cessio cum fit debent vocari omnes creditores.*
59 *Saluusconductus generalis non extenditur ad crimina.*
60 *Neque ad fiscalia debita.*
61 *Neque datus furi prodest si de nouo contrect et.*
62 *Inducias quinquennales Impetrans cauere debet de soluendo aduenien-te tempore.*
63 *Saluusconductus non extenditur ad debitum uratum.*
64 *Saluumconductum concedens tenetur damna illata Impetranti sua culpa, & in sui iniuriam, sarcire,*

De saluis conductibus. Titulus Vnicus.



1
2

ONSVEVERVNT vigentibus bellis, impetrari Diplomata† quos saluosco ductos appellant, nomine à re ipsa de sumpto quòd Impetrantes seruent, saluosque plerunque deducant atque reducant, non est igitur hæc pars silentio prætereunda. Quæro igitur primò, † Cui hæc concessio spectet, & distinguendum puto. Aut enim suis dantur hæc displomata, & securitates, aut alicui ex hostibus, rursumque suis, aut eundi ad loca hostilia, aut per suorum fines, suis intra suos fines dabit qui in illum Iurisdictionem habet,
3 Puta, † Prouinciali, Dominus Castri, Prętor vrbis, Pręses, aut Rector prouinciæ, non tamen protendetur extra concedentis territorium, extra illud enim impune ei non paretur, l. vltima, cum sua materia, ff. de iurisdic. omnium iud. frustra tamen precibus postulatur quòd crimini iure est concessus, elisi sit per-
4 sona suspecta, Cui sit interdictum exire vrbe† Militi autem nemo commeatum dabit nisi tribunus, Magister militum, Præfectus

&tus caſtrorum, aut etiam quandoque ſolus ipſe Dux exercitus, l.officium de re milita. Imò neque Dux ipſe: ſi enim magna in-
gruat vis Barbarorum atque incurſus, aut ſi expeditionis tem-
pus immineat, neque Dux commeatum dabit: Capitale eſt enim
ſi dederit, l. prima. C. de commea. lib. xii. vbi Ioan. à Pla. dicit
5 etiam ipſi Capitaneo exercitus eſſe illam l. poſitam, † Sed ne-
que limitaneis militibus, ij ſunt, qui limites & confinia cuſto-
diunt commeatú, Dux pręſtabit, ſub pœna deiectionis gradu l.ij.
§.hæc autem C.de off. præfec. præto. Aſſr. Imò neque eum omnia
tuta videntur paſsim Duces aut Præfecti commeatum militibus
6 dabunt, neque † vltra triginta militum numerum, ſat multos enim
abeſſe Imperator à ſignis cenſuit, cum triginta abeſſent, l. iube-
mus. §. ſuper his. C.de errog.mil.anno. quod ſi pluribus detur ſtipẽ
dia ſuperextantium in fiſcú referuntur, & iubetur eis de ſuo ſatisfa
cere is qui commeatum dedit, Præter pœnam amiſsionis cinguli,
vt dixi, vt d.l. iubemus. §. ſi verò, & §. ſcientibus, Hodie verò quàm
ſit his legibus abrogatum, quantum ſint deſpectui, imò & irriſui,
nemo ignorat: At vſque ad ſupraſcriptum numerum currunt ſtipẽ
dia, & ſi cõtingat ea perſolui, aſſeruãtur pęnes principia, qui, vt di
xi, eſt ordo militum, donec abſentes illi redierint, vt d.l. iubemus.

Sed vt in ſemitam redeam. Aliquando agitur de commeatu ho-
ſtibus dando, & ad ſolum Ducem belli ſpectat arg.l.relegati in fi.
ff.de pœn. Idemque cenſeo ſi agatur de ſecuritate danda prouin-
cialibus, ſiue noſtris eundi ad hoſtilem terram, ſiue alteris venien-
di in noſtram. Quod etiam pacis aut induciarum tempore eſt in-
terdictum, vt l.mercatores C.de commer. & merca. vbi no. reddi-
tur ratio, ne videlicet alieni regni ſcrutentur arcana. vidimus ta-
men ſeuiente bello Pręſidiorum præfectos paſsim ſaluos cõductus.
Prouincialibus tam ſuis quàm externis concedere & vagãdi & mer
ces circumferendi, quod erat ipſis Præfectis in magno aucupio, &
quamuis non ignorarent ſua hæc diplomata fines ſibi commiſſos
egredi, rogabant tamẽ ex eis cæteros Prętectos ne illa violari ſine
rent: erãtq; illi morigeri, neque ab re, nã vt eſt in prouerbio, ma-
nus manú lauat. Vtinãque nó ipſi Duces magnũ hinc ſumpſiſsẽt
mercimoniũ: Paſsim enim permittebant mercatores ſub generali
diplomate, de quo inuicẽ pepigerant, loca hoſtilia adire, merces-
que omnis ferè generis, circumferre: datis Præpoſitis qui eos ad al
teros deducerẽt. Qui Paulo erãt fideliores quàm ipſi quos deduce-
bãt. Nemo dabit igitur cõmeatũ hoſti aut ad hoſtẽ niſi Dux ipſe,
quod Bar.dixit, & omnes cõprobãt in l.cõuẽtionũ.ff. de pac in l.j.

.§.non

§. non fuit vbi etiã Alex.in add. ff. de dolo. Incidunt huic mate-
7 riæ quæſtiones & dubitationes non paucæ; † quæſiuit Bal.in conſi. ccccxc.incipiente ponitur quod quidam Nicodemus, lib.j. de hac quæſtione,Dux Mediolani Nicodemo illi ſecuritatem fecit in hęc verba, Concedimus fidantiam Nicodemo, vt de quacunque parte venire poſsit ad nos, & ſuper territorio noſtro ire & redire, ac ſtare ſecure, non obſtantibus aliquibus hinc retro per eum contra nos eſt ſtatum noſtrum ac honorem factis, & non obſtante aliqua condemnatione,& banno dato occaſione homicidij, vel alia quauis condemnatione pro quocunque crimine facta; Iſte autem Nicodemus fecerat quædam furta, neque de eis fuerat vnquam cognitum,Hic caſus non videbatur comprehenſus in diplomate,primum enim eius caput dat ſecuritatem pro geſtis aduerſus honorem, & ſtatum Principis, & furta non videntur comprehenſa his verbis;minusque continebantur alio ſecũdo capite,loquitur enim de criminibus pro quibus factæ erant condemnationes, Bal.contrarium reſpondet,tum quia crimina quæcunque offendunt honorem Principis,tum,& quia qui tutus eſt ex criminibus quibuſcunque de quibus eſt ſecuta condemnatio,multo magis debet eſſe tutus pro leuioribus,Et de quibus non eſt condemnatus. Caueant
8 † tamen Impetrantes, & rectè conſiderent verba horum diplomatum:ſæpè enim contingit, vt qui cadit à ſillaba cadat à toto : contingitque plerunque de eis diſceptari,& de verborum interpretatione tractare, & hi ſunt aliquando Iudices qui ſeruiunt commodo,ſeruiunt amicitię,quandoque etiam ambitioni:& ſi credunt ſe placere Domino, extendunt leges, vt Cerdones corium ſuum :
9 † Nimirum ſi dicitur quod ſaluus conductus eſt fragilis cautio, & quod non cogitur quis ei ſe committere:quod habetur & no. in c. accedens,el ij.extra vt lit.non conteſt.& in c.ex tranſmiſſa, de reſti.ſpol.recitaturque pro vafro, & falſo, dictum cuiusdam magni viri, qui cum rebellem ſuum magnis policitationibus & ſecuritatibus adductum decreuiſſet tollere, fidesque data obiceretur, reſpondet, Non fuit leue etiam ſic eum huc perducere. Et poſtquã huc ſermo deuenit,non erit impertinens etiam aliqua tractare de ſaluoconductu,criminoſo & delinquenti aut exuli ſeu bannito, vt
10 noſtri dicunt, concedendo : † Quęro igitur an Iudex illud poſsit concedere,Glo.in auct.de manda.prin.§.ſed neque in verſi.neque cuſtodias,vno verbo ſe expedit,neque dabit eum,inquit,neque datum ſeruabit,Iac.de bel.& de Rauen.ſequuntur ibi Gl ſed Bar.ſequitur Petrum à bella per. qui dixit male feciſſe Iudicem qui de-

dit,

dit, fidem tamen præstabit: Alij distinguunt inter iudicem cuius est iurisdictio propria, & eum cui est concessa, latiores enim habentur habenę in re propria, Ita Fely. in d.c. accedens, in ij. col. Saly. in l. cum indulgentia C. de sen. paſ. dicit quod nemo magistratus de crimine de quo iam est pronunciatum dabit saluum conductum, propter d.l. relegati: Imò in l. is qui reus, vbi hanc materiam, post Bar. plenè tractat, distinguit sic, Aut datur hosti, & ex legis auctoritate, Et seruare debet, aut datur absque auctoritate, legis, & tunc aut concedens reuocat propter vindictam, & bonum publicum, & bene facit, aut reuocat ex sua libidine, & male facit. Aut datur, inquit subdito, & distingue vt superiore casu, an lex assistat vel resistat; aut conceditur non subdito, etiam si non hosti, & tunc aut solemnis est promissio, tam ex fide quàm ex modo obligandi, & seruari debet, graue est enim fidem fallere, Idem erit si sit obligatoria, non tamen solemnis, vt cùm verè est data, sed non extat scriptura, vel est male concepta, seruanda enim est. aut ècontra legitimè probatur sed nuda fuit pollicitatio, & de iuris rigore non cogitur seruare, sed secus de ęquitate canonica, Ita Imo. Bart. verò in d.l. is qui reus, in pen. col. dicit quòd si bannitus ex vno delicto inculpatur de altero de quo velit se purgare, potest iudex ei securitatem concedere, debetque eam seruare, Puto tamen quòd de crimine illo de quo se purgatum venit, non erit securus: vnde, si hoc ferat qualitas causæ poterit torqueri, siue etiam damnari, & plecti cùm exceptio nō sit de regula; Dicunt etiam Saly. & Imo. in supra scriptis locis, quòd existenti intra territorium non debet saluus conductus concedi, existenti extra eum, & sic in loco tuto. data ei fides seruanda est, hæc sunt ferme Doc. verba, & sententiæ in hac re, At Pau. de Ca. in consi. ccccxxiij. quòd incipit quia scio; col. vij. eademque pen. lib. j. dicit quod quilibet Iudex, ex causa legitima, potest securitatem concedere, sed in Principe est pro ratione voluntas, Imò qui contra faceret, cùm Princeps, dedit læsę Maiestatis crimen committeret, vt ibi per eum, quod probatur, in d.l. j. vbi Bar. ff. ad l. Iul. ma. vbi etiam dicit quòd quando securitas est data ab eo qui dare potuit, etiam si dare non debuit, debet tamen seruari, Dixit etiam Io. de Imo. in consi. lij. quod electi super bono, & pacifico statu Ciuitatis non habent potestatem concedendi saluum-conductum, si priuatum concernat commodum, Ego, vt me interponam tam multis, & tam grauibus viris, censeo prudentis, & circumspecti esse iudicis fines suæ potestatis diligenter inspicere, vt nihil supra eas attemptet, & si quid promiserit, seruet, cum nō de-

ceat

ceat fidem ſuam eſſe cuique pro laqueo: Sed & caueant Impetrantes cui fidant, & poſtquam de grauiſsimo eorum intereſſe tractatur, inueſtigent diligenter, & verba diplomatis & poteſtatem con
11 cedentis, ne ſera ſit pœnitentia.† Dixit etiam Nellus in trac. Banni. in ij. parte ij. temporis, q. xv. & Paul. de Ca. in conſi. cxcix. quod incipit licet iſta ſit quæſtio. lib. j. prout vtrunque refert & ſequitur Goza. in conſi. lxj. nu. 10. quod ſi bannitus impetrauit ſaluumconductum, & non fuit publicatus, licebatque ex forma ſtatutorũ bannitum occidere, iſte occiſus non facit reum legis corneliæ occiſſorem, ſed excuſabitur. Occurrunt & circa diplomata bellica, dubia nõ pauca, vt in caſu de quo per Io. de Imo. in conſ. xxxiij.
12 quod incipit, in caſu præmiſſo,† data fuit per Ducem quendam armorũ cuidã Ioanni magno ſecuritas tranſmittendi quatuor equos duos currus, cum duobus bubulcis, & quatuor famulis captum ligna, fenum, & ſtipulam per territoriũ Imolæ, inuenti ſunt quidam famuli, & bubulci huius Ioannis in dicto territorio, vna cum alijs multis extraneis cum vno tantum equo, & ſine vllo curru, & capti fuerunt omnes, Io. de Imo. reſpõdet famulos & Bubulcos eſſe tutos, & ſub fide data comprehendi, quamuis multi alii eſſent cum eis, & quamuis eſſent extra actum deferendi ligna, & alia conceſſa, Dicebant enim ſe iuiſſe perquiſitum vbi illa eſſent, vnde cui eſt conceſſa delatio, conceſſa ſunt, & eius præambula, quę eſt ipſa perquiſitio, & inueſtigatio. Bal. etiam in conſi. ccccxiiij. cuius eſt initium
13 conceſſus fuit ſaluusconductus, lib. v. dixit,† cùm eſſet data ſecuritas cuidam M. veniendi ad Ciuitatem Aſtenſem cum decẽ equis, cum armis, bonis, arneſijs, & perſonis quod licuit dicto M. trãſmittere vxorem ſuam loco ſui, & æquè erunt comprenſa arma equi & aliæ res ſupranominate, ac ſi ipſe veniſſet, & quia diſputabatur principaliter de rebus & non de perſona vxoris, & res ipſæ vtique erant verbis expreſsis in diplomate contentæ, res erat clarior, ſed & de perſona vxoris poſſet idem dici, propter vnitatem vigentem inter coniugatos, qui ſunt eadem caro, maius exoriretur dubium ſi & ipſa eſſet rebellis atque hoſtis, quod vltra non proſequor.

Ang. in conſi. ccclxiii. cuius initium eſt, quid dolo malo quę-
14 rit,† cum eſſet lucenſibus bellum, cum Piſanis data fuit per lucenſes ſecuritas Chriſtophoro Parmenſi militi Piſanorum, tuto eundi ex piſis Parmam tranſeundo per agrum lucenſem, cũ ſex equis, & totidem equitibus cum eorum armis, &c. excurrentes autem lucenſes milites per agrum Piſanum obuium hunc Chriſtophorum euntem Parmam cum dicto ſaluoconductu captiuum fecerũt. Di-

xit

xit Ang.eum iniuria captum;legati enim hoſtium,inquit,ita ſunt tuti cum adhuc ſunt intra præſidia tranſmittẽtium ſicut cum iam ad hoſtes peruenerunt,l.vlti.ff.de legatio.in qua tamen l. hoc non dicitur. Item quia aliquo conceſſo, conceſſum etiam cenſetur eius neceſſarium præambulum , & ſine quo inefficax eſſet conceſsio, vnde auſtu aquæ,aut ſepulchri iure conceſſo , conceſſum cenſetur & iter ad vtrunque,& variè in caſu ſuo verba ipſa conceſsionis de ſeruiebant: Ibi , Recedendo Piſis , & eundo in Lombardiam, quę ſunt verba clara. Commune Anconæ conceſsit ſaluumconductum Berengario de Barchinona pro ſe & rebus ſuis ac ſociorum eius in lata forma, etiam vt eſſet tutus à ſuis creditoribus, erat Ancconæ Conſul qui ius reddebat inter Aragonenſes mandato Regis Aragonun conſentiente Populo & communi Anconæ, Hic Conſul retinuit merces dicti Berengarij requiſitione eius ſocij Hiſpani. Reſpondet Paul. de Caſtr. iure id fieri licuiſſe , quia d. Conſul erat Iudex competens ratione originis, ratione rei de qua agebatur , item & ratione contractus. Dicebatur etiam quòd res ei captæ non erant eius propriæ quòd ſaluusconductus non extendatur etiam ad poſſeſſa per eum , ſi probetur quòd ad alium pertineant. Neque †etiam proderit ſaluusconductus ita impetranti , ſi inter eũ,& ſocios in eo comprehenſos contingat de rebus ipſis diſceptari: Ita ſuper his omnibus reſpondet Paul.de Caſt. in conſil.cciij.viſo quodam ſaluoconductu,col.penul. & vlti. lib.j.

Valde proximè ad caſum in quo conſuluit Ang. in dict. conſil. cccIxiij. contigit diſceptari non ſunt multi menſes, nam Illuſtriſsimus Ioannes de Figueroa, Dux armorum exercitus Sereniſsimi , atque optimi Regis Philippi Regis Hiſpaniarum , conceſsit ſaluumconductum Marchioni Meſſerani eundi à caſtro ſuo candelli Venetias , contigit, durante tempore conceſsionis, quòd prædictus Dux cum ſuo exercitu inuaſit terras dicti Marchionis. qui erat factionis Gallicæ , & ipſe Marchio fuit factus captiuus, & compoſuit in magna talea ,quam pro parte perſoluit , pro quadam parte dedit fideiuſſores , & pro reſiduo fuit ei habita fides, etiam iuramento ab eo exacto de ſoluendo in termino conuento, Die verò ſolutionis iam præterita , conuentus ſe defendebat quòd non fuerat iure captus,& quòd non tenebatur ad ſolutionem conuentam,Imò poterat,vt obijcicbat,condicere ea quæ perſoluerat: fundamẽta eius hæc fermè erãt,quòd ipſe cũ captus fuit ſe prępara bat ad ſuũ iter,& quòd propterea haberi debuit pro iã itinerante,

l.legatio.ff.de legatio.l.qui mittuntur,§.similiter,in Gloss.in ver. agere,ff.ex qui.cau.ma.Barto.ff.de mil.test.l. pen.Item quòd si licebat ei quod est plus,quod est transire per territorium hostile,licebat & multo magis quod erat minus, videlicet morari tuto in suo castro donec se præparasset, Item dicebatur quòd lata erat fiẽ da interpretatio quod in hac materia dixit Deci.in consi.lj. col.ij. allegando, d.consi.Bal.ccccxc.li.j.Item dicebatur pro eo quòd paria sunt retinere eum domi suæ ne discederet,vel retinere cum iã discessisset l.nec eximendi,ver.sed & si eo loco,ff.ne quis eum &c. Postremoque dicebatur non decere cauillari verba,& concessionẽ Principis,quod etiam dixit Deci.in d.consi.lj. allegando l.j. C.de his qui ve.cta.impe.Michi,eum essem vnus ex cognitoribus,& iu-
16 dicibus huius causæ,valde dubia visa est captiui iustitia, † Primò quidem quia non pro claro apud me erat quòd concessio illa esset latè interpretanda, Imò ècontra strictè & propriè videbatur intelligenda, ita vt vltra non extenderetur quàm verba patiebantur, concessio enim illa est contra ius,tum quia est concessa hosti,tum
17 quia per illum qui supremam non habet potestatem,† Solus enim Princeps potest commeatum aut remeatum dare, vt d. l. relegati, de pęnis.& priuilegia Principis intelliguntur strictè, & propriè,l. vlt.vbi omnes,no.ff.de consti.prin. latè prosequitur Fely. in c.causam quæ,col.vij.versi.interprætatio priuilegij, de rescrip. Et cùm in hac materia dicat Bal.in d. consi. cccccxiiij.quòd mens concedentis ea fuisse præsumitur quæ fuisset in animo viri prudentis & boni,profecto nemo prudens verisimiliter credet eam fuisse mentem concedentis vt hostem,dum est in terra hostili,in qua & consilio & opibus,& totis viribus potest hostibus fauere,velit frui cõmodo securitatis,& cõfirmantur ista ex dictis Bal.in cõsi.ccccl vij. incipiente Reuer.pater,lib.j.quod est repe.truncato capite,in cõ-
18 si.ccccxij.F.locauit. T.lib.v.† vbi dicit quòd ne sequatur absurdũ monosillaba à vel ab,capitur exclusiuè,quod etiam dixit Barto.in l.patronus.§.j.col.ij.versi.Item quandoque,ff.de leg. iij. Imò verisimiliter neque impetrans neque concedens de hoc casu cogitauit, sed solum quæsiuit Impetrans vt tuto posset iter facere,non etiam domi securè morari,Barto.in d.l.patronus,§.j.versi.Item ex verisi-
19 militudine. Præterea † idem est iudicandum de termino à quo quod de termino ad quem, neque enim subest ratio cur magis intra vnumque intra alterum facta fuerit cõcessio, sed in termino ad quẽ non opportuit saluumconductum impetrare,ergo neque in

alio

alio, verba etiam designant securitatem dum res est in motu & actu eundi, non igitur extendi debent ad quietem, facit in argumentum tex. in l. iij. §. Item qui hoc interdicto. ff. de itine. ac. que pri. dum ibi dicitur posse eo interdicto agi, vt ire liceat, neque tamen agi aliquando posse vt liceat reficere. Præterea † cum est difficultas in verbis stamus declarationi, siue precedat siue sequatur, Bald. in d. consi. cccclvij. Ibi, dicendum est ergo, quòd aut constat ex verbis &c. sed hic secuta præponitur declaratio ipsius concedē tis, qui declarauit eum iustè captum, Certum est autem, quòd verè borum declaratio spectat proferenti, l. si quis intētione ambigua, ff. de iud. cum vulg. Prętereà iurauit soluere, & lapsum est tempus, & iuramentum obligat præcisse, debuit igitur soluere, & posteà re petere, iuxta ea quę no. in c. ad nostrā, el j. de iureiu. Ad allegata contrarium videbatur posse respōderi, & primò ad d. Iura ff. de le gatio quòd vigebat diuersa ratio, quia illa est materia fauorabilis hic odiosa; & lex ibi vltra processit declarando, & statuendo; Prętereà illa iura loquuntur de tempore, nos loquimur de loco; In casu autem in quo Ang. cōsuluit, quod consi. allegabatur pro Marchione pro casu inter. respondebatur, quòd illi milites iam erant in actu eundi, & verba saluiconductus erant clara, dicebant enim, eūdi Pisis vsque Parmam, & inuenti sunt in actu eundi, Res tamen non fuit decisa, quia Don. Ioannes de Gueuara, cui debebatur talea, litem non est prosecutus, lectoris erit iudicium facere vtra partium iustitia foueat, Ego enim motiuando loquor, & nihil determino, quia lis adhuc est indecisa. In hac materia dicunt
21 Doc. † quòd securitas data pro eundo censetur etiam data pro redeundo, Ita Bar. & Ang. in l. vtimur. ff. de sepul. vio. idem Bart. vbi etiam alij, in l. j. C. de nauicu. libr. xj. ratio est secundum eos, quia non dicetur securè venisse cui non licet tuto recedere, propter quam rationem dixit Abb. in cap. quia diuersitatem, nu. 6. de præben. quòd tempus accessus, mansionis, & regressus à pari iudicantur, & qui vult consequens, vult & suum necessarium antecedens, Gemi. in c. vlti. de treu. & pa. & in c. disciplina xlv. dist. contrariū tenuit & pro eo videtur tex. in d. l. j. de nauicu. vbi venientes, & recedentes priuilegiantur. quod motiuum tangit ibi Barto. & est consi. Alex. xlvi. quod incipit ponderatis verbis, libr. ii. vbi dicit, quòd priuilegium datum venientibus ad mercatum Lugi, non censetur datum recedentibus ab eo, Ego puto variè posse responderi ex subiecta materia & mente concedentis. Quid enim si hosti concedat Dux Belli securitatem veniendi in suum præsiduum. &

ibi commorandi per triduum, an nó licebit lapso triduo tutò abire? At si concedet vt eas Romam, vt eas in Galliam, ex ipsa itione consumatur actus, & nihil sequitur impertinens, non igitur erit à verbis recedendum, & hoc in valde proximo casu dixit Felyn. in d. cap. vlti. de treu. & pac. colum. iii. versicu. crederem dictum Cald. facit textus, in capi. statutum. §. penul. de rescrip. in vi. vbi & Gem. not. quòd frustra esset ibi adiectum de reuersione, si ius ita intelligi vellet, licet Fran. ibi contra notet. Quòd si subiecta materia sit & ipsa dubia ita vt nescias, an & ipsam reuersionem contineat cum simus in materia odiosa, in priuilegijs quæ debent propriè, & strictè intelligi, fortè non erit absonum interpretari contra eum qui se fundat ex scriptura, argumento l. Labeo. ff. de contrahen. emptio. & l. veteribus. ff. de pact. & ita Alexand. respondet in consi. ii. numer. 6. & in consi. cvi. numero 6. libro iiii. ac consi. cxxviij. circa fin. libro v. Cogita tamen quia Doctor. communiter sine aliqua distinctione videntur concludere quòd datus pro eundo extendatur ad reuerten. neque facile est à via in semitam transeundum.

22 Quæri etiam solet† an securitas Titio data cum decẽ socijs extendatur ad Iudæum inter eos existentem, Et Bar. dixit quòd sic, in l. j. ad l. Iul. ma. & Doc. passim sequuntur, vt Ang. in d. l. vtimur, & refert Deci. in d. consi. lj. Non comprehendet tamen, secundum eum hæreticum, aut sarracenum, aut eum qui sit de numero hostium, vt per eum ibi, Quod tamen dixit de hostibus, puto restringendum, nisi impetrans esset de numero hostium & ipse, tùc enim in habentibus symbolum facilior est transitus. Dixit etiam An-

23 gel. in d. l. i. ad l. Iul. ma.† quòd cum data est securitas Titio, & sociis quòd debent tales determinato proposito socialiter venire, non autem incidenter atque ex casu, vnde neque dicentur socij si se simul coniunxerunt quilibet pro suis separatis negociis. Et propterea admonet vt caueant ne seorsum diuersa adeant hospitia, quod tamen nimis mihi videtur angustare & coarctare hanc materiã latamq; ansam præbere militibus cauillandi has concessiones, vnde sat esse existimo si ex proposito omnes vnà veniant, neque quisquam ex eis sit speciali nota dignus vt dictum est de hæretico, de holte, & aliis consimilibus, vt de bannito, qui ex verisimilimente concedentis non continentur in generali concessio-

24 ne. Quęrunt etiam Doc.† an data securitas restringatur ad primum actum, an verò ferat iterationem, & communiter dicunt restringi ad primum actum, Cum distinctione tamen, nam aut præ-

25

cessit

ceſsit determinata petitio,& ſequitur conceſsio,& refertur ad petitionem,ſiue determinata ſiue indeterminata conceſsio ipſa fuerit.Aut indeterminata eſt petitio,& determinata conceſsio, & ſtamus certo,ſed ſi vtrumq; ſit indeterminatũ,reſtringitur,vt dixi,ad primum actum,ita Bar.in d.l.j.ad l.Iu.ma.poſt Old. quemallegat, Et hoc magis placet quàm quod dixit Abb.in d.capi.vit.de treu.& pa.vbi Fely.ſequitur, quòd quando habet tempus determinatum poteſt intra illud quandocunque fieri, & etiam quotienſcunque. Cenſendum eſt enim quòd mens concedentis ea ſit vt ſemel tantum fiat, & cum ſcriptura hunc ſenſum recipiat, etiam ſi recipiat alterum quoque in dubio fiet interpretatio contra eum qui ſe fundat ex ſcriptura,maximè in materia odioſa & ſtricta, per ea quæ dixi ſupra. Hoc tamen fallit ſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, Quid enim ſi arbitris electis ſuper tractanda pace fiat ſecuritas, vt durante menſe certo loco conueniant, Aut quid ſi, vt in caſu Imò data ſit ſecuritas durante menſe deferendi in vrbem ligna, aut aliud quidpiam? Crederem ſæpius licere, Cum tamen periculoſæ eſſe, ſoleant hæ diſceptationes, & dum diſputatur impetrans eſt intra hoſtiles, & Barbaras manus, Cautius eſt tuto negociari, & ſe in diſcrimen non mittere curareque vt verba ſint valde clara, & aperta Credantque impetrantes ſe nunquam nimis claris, & certis verbis impetraturos. Quòd autem reſtringatur in dubio conceſsio ad primum actum concludit per multa ſimilia Alexand. in conſi. xvi. quod incipit breuiter in caſu præmiſſo,lib.iiii. Vſque adeò autem proprietas verborum attenditur,vt ſi ſit data ſecuritas caſtelano qui arcem dedidit vt ei liceat tuto abire cum ſuis ſociis & cum ſuis bonis, non extendatur ad bona ſociorum, ita dixit ſe reſpondiſſe Duci Carmagnolię Floria.in l.loci corpus, in princip.ff.ſi ſer.ven.propter illud poſſeſsiuum ſuis, quod dominium importat, fuit autem, vt ad obiter dicam, Carmagnolia magnus armorum Dux, & aliquando Venetum exercitui Præfectus, eo ſeculo quo magni erant in Italia nominis ſforciadæ, & Picinmi, ab Oppido Pedemontano Carmagnolia oriundus. Cui tamen tandem Veneti caput abſcindi iuſſerunt. Et quamuis Deci. in d. conſi.li. videatur contrarium reſpondiſſe, dic tamen quòd nulla adeſt repugnantia; verba enim in caſu Decij erant apta comprehendere etiam ipſa bona ſociorum, vnde nulla eſſe debet in verbis captio. Quæro
25 etiam † ſi dux belli concedat ſaluumconductum duraturum ad ſui beneplacitum,an eo de medio per mortem ſublato, ſiue etiam re-

moto

moto, duret in tẽpus ſucceſſoris,Can.hoc examinant in c.ſi gratio
ſè,de reſcrip.in vj.& Bar.in l.centeſimis.§.vlt.ff.de verb. ob. Con-
cluſio communis Doc. eſt, quòd paria ſint ſiue moriatur concedẽs
ſiue officio fungatur; & vtroque caſu expirat beneplacitum:cum
enim ſonet in voluntatem,qui moritur iam velle deſinit:& pariter
qui officio eſt perfunctus,eius eſt enim velle,qui poteſt & nolle,&
è contra,l.eius,ff.de reg.iur.niſi verba ad dignitatem ſeu officium
referantur,vt per Iaſ.in d.§.vlt. quod incipit ſi ita ſtipulatus, nu-
me.13.de quo tamen Franchus dubitat in d.c.ſi gratiosè.Quod ta-
men intellige quando conceſsio ſonat, vt dixi in beneplacitum,
ſed ſi loquitur per alia verba illa ſunt conſideranda:Et poteſt da-
ri pro regula, quod quando conceſsio non reuocatur niſi per muta
tionem voluntatis tunc qui moritur non dicitur voluntatem mu-
tare, ſed velle deſinit, ideò non reuocatur conceſsio. Aut conceſ-
ſio exigit voluntatis præſeruantiam,& ea per mortem finitur.huc
videntur mihi reduci poſſe omnia dicta Doc. in d.l.centeſimis, &
in d.c.ſi gratiosè,qui plura volet ſcire videat Iaſ.qui per iij.col.rẽ
tractat in d.l.centeſimis.§. vlt.aliquid per Bal. in l.j. C. de poſtul.

Vidi & nouam quæſtionem in hac materia, quam nolo ſilentio
26 prætermittere:†Duces belli conuenerant vt quædam merces poſ-
ſent vltro,citroque deferri non obſtante bello, prohibita erant ta
men arma omnis generis,euenit vt mercator quidã partis Cęſareę
deferret inter merces conceſſas, fortè quinquaginta aut centum
vaginas ad recondendos enſes, Dicebatur contrauentum eſſe fœ-
deribus,& propterea merces cecidiſſe in commiſsum,quia ſublato
principali, videtur ſublatum & eius acceſſorium,l.quod dictum.ff.
de pac.l.cũ lex.ff. de fideiuſ. l. ij.cũ ſua materia.ff.de iur.om.iu.vbi
dicitur ꝙ aliquo prohibito etiam illud prohibetur ſine quo aliud
eſſe nõ poteſt,de quo eſt tex.in l.oratio.ff.de ſpõſa.no. in c. prętę-
rea de off.del. quod maximè procedit cũ eadẽ in vtroque viget ra
tio,quæ eſt ſol.l.ſi quis officium.ff. de ritu nup. quæ videtur repu-
gnare d.l.oratio,cum hæc prohibito matrimonio, prohibeat etiã
ſponſalia,& contrarium dicitur in d. l. ſi quis officium . no. ſcrib.
omnes in l.j.C. ſi rec. prouin.Porrò nulla alia eſt ratio prohibendi
delationem armorum ad hoſtes quam ne inſtruantur ad rem bel-
licam,quæ ratio conuenit etiam vaginis,ſine quibus enſes non de-
feruntur.facit ad idem reg. connexorum,de quibus idem ſit iudi-
cium,c.tranſlatio,de conſti.c.quanto, de iudi. l. quæ religioſis. ff.
de rei vẽ.facit in ar.l.legatis,ff.de ali. & cib.lega.vbi relictis alimẽ
tis etiam veſtes continentur.ſic hoc caſu vaginæ continentur,quæ

ſunt

27 sunt indumenta ensium. In contrarium videbatur, † nam in odiosis & pœnalibus non recedimus à proprietate verborum, hinc dixit Bal. in l.j.C. de interdic. quòd statutum puniens delinquentem in platea non comprehendet delinquentem in palatio illi annexo, neque puniens ferientem in gula comprehendet ferientem etiam grauius in parte vicina: quod latè Ias. prosequitur in d.l. ij. de iur.om.iu.col.vlt.vbi propterea infert quòd in casu d.l.oratio.

28 † si pœna sit adiecta matrimonio non extẽdetur ad spõsalia, quam uis enim vno prohibito sit, & prohibitum alterum, pœna tamen nõ æquè ad alterum extenditur, quod posset latius comprobari, sed non est prẽsentis loci huc trahere extensionis materiam, quam no uiss. latè tractat D. Craue. in suo trac. de anti. temp. Neque vagina est necessarium connexum aut accessorium ad ensem, quod tamen exigitur. Vt idem in vtroque statuatur, vt l. vlt. §. Lucius. ff. de condi. inde. latè Fely. de rescrip. c. postulasti, col. xij. & seq. Nam neque credi debet statim inuento vsu ensis, inuentas vaginas & Balteos, prout neque statim inuento vsu equi inuenta est sella, & alia in hunc vsum ephippia, sed multa vsus, & dies superaddidit. Præterea licèt in fauorabilibus idem sit de connexis quod de principali, secus tamen in pœnalibus, propter reg. odia restringi &c. quod Iaso. in d.l.ij. in vlti. col. inducit ad tres no. quæsti. Insuper panni, & lanea, ac linea, non minus sunt necessaria indumenta militum, quã vaginæ ensium, quæ tamen non sunt prohibita, etiam caligæ & his similia: Et quòd in odiosis alimentorum appellatio vestimenta nõ contineat, dicitur in l. cum hi. §. qui transigit, ff. de trãs. Quidquid tamen sit mercatori illi malè contigit, omnes enim merces amisit quas sexcentis scutis redemit, eo prętextu, quòd licitum propter illicitum caderet in commissum, de quo tamen vlti. est videndus Bar. in l. cotem. §. dominus. ff. de publica. in l. iij. C. de nauti. fe. Benè igitur sibi consulant impetrantes, & fidentes his saluis conductibus, nam & milites sciunt verba appendere in statera: & iustitia castrorũ sæpè fit absque libris, & non rarò, cũ leui consideratione.

Vnum etiam not. in materia, quod dixit Ang. in l. Papinia-

29 nus. §. si quis mortis. ff. de inoff. test. † quòd saluusconductus datus, extenditur ad familiam necessariam, quod euidentem habet rationem, si enim datus sit nobili, non debet ire pedester, neque solus, sed ducet secum solitam familiam. Cautius est tamen legem aper-

30 tius impetrare. † Subijcio quæstionem aliam, quæ in facto contigit, anno quinquagesimo primo, suprà millesimum quingentesimum. Quum vigeret pax inter Cæsarem, & Gallorum Regem,

Germa-

Germanicus quidam Sauorgnanus Regis miles haud ignobilis, impetrauit à Don Franciſco Eſtenſe, Ferrandi Gonzaghę Imperialis Ducis, & vicarij ſubſtituto, Haſtenſisque præſidij ac totius limitis Pedemontani Prefecto, diploma, & ſaluum, vt vocant, conductū diuertendi ad Aquas Statilienſium in Liguria. Curationis gratia, quo vix deuenerat cum Galli duo preſidia Cæſarea muaſerūt, ſubitoque exarſit bellum. Diffidens igitur, Germanicus diplomati, reuertebatur ad ſuos, retentusque eſt Haſtæ per eundem Præfectum quærebatur an retineri poſſet. Quòd videbatur ex multis, quia cōceſsio, & diſpoſitio omnis intelligitur rebus in eodem ſtatu perſiſtentibus, at hic ſecuta erat maxima rerum nouatio, & perturbatio, facto etiã, & culpa aduerſariorū, quos non decebat gaudere, & frui ſpeciali fędere, & fide, qui publicã violaſsēt. Neq; hic ipſe minus erat in culpa, cū ſpecies & indiuidua ſint ſub genere, & cū ad eos rediret iuuãdos quorum propterea factū cōprobabatur, valde etiã intererat Cęſaris eū retineri, qui Haſtã ipſam viderat, circūſpexerat, caſtrorūque ac munitionum vitia pacis fiducia, vir in ea caſtrorum munitione verſatus, & qui nihil magis profiteretur, ſno arbitratu notauerat. Hanc etiam partem adiuuabat præcedens factum, Quòd Gallicus quidam præfectus, Cæſareæ ditionis hominem nundum moto bello, calliditate, viąue ferè aperta, detinuerat, Dicebatque vices rependi; eoque ille iniquius, vigente adhuc pace: ſi enim ob iniuriam ſubdito illatam, licet ad repręſalias, quas vocant, quę belli eſt ſpecies, confugere, ſi tamen præcedat monitio, quanto id magis notoria iniuria, indicto, atque aperto iam bello? Dixi ego hæc omnia, & plura fortaſis, vtrisque Ducibus, & Ferdinando, & Francisco, qui me hac de re conſulebant. Addidi tamen valde in contrarium fidem Principis vrgere, quam non decebat argumentis, aut cauillis obtegi, aut ſubuerti. Neque id ferre decere eum qui & fidem eſſet pollicitus, & detentionis eſſet ac liberationis arbiter. Qui enim paci publicoque fœderi non confiderat Certusque ac firmus munimentum parauerat, non erat fallendus. Quæ vel vna ratio præualuit, ea eſt fidei religio, & virtus apud bonos; dimiſſusque Germanicus, tamen aliquanto ſeruius, cum debilitate caſtrorum Haſtenſium & præſidij, tum & occultiore ex
31 cauſa quam nihil nunc attinet afferri. ¶ Alia quędam in materia ſaluiconductus tractat Ang. de Are. in trac. ſuo malef. in glo. quod fama pub. in v. q. & poſt eum Aug. ibi, qui multas dat remiſsiones, diſtinguitque & ipſe quando dare poſsit iudex ſecuritatem banni to aut criminoſo, & quando ſeruare datam debeat, dicitque inter

cætera,

cętera,quòd ſi crimen ſit tale quòd cõmittens poteſt de eccleſia ex trahi,poterit ei ſecuritas violari,Aliàs diſtĩguit an datus ſit cũ cau ſa,& cauſæ cognitione,& ſeruabitur,aut inconſulto, & tunc ſecus.

32 † Dicit ẽt ibi quòd ſi Impetrans,nouum crimen cõmittat,poterit tuto violari ſecutitas,allegat Glo.in c.noli ęſtimare,xxiij.q.j.quæ mihi hoc nõ probat,ſed ſolum quòd ſi ſit timor ne captiuus turbet pacem non debet ei parci , ſed poteſt ad mortem damnari, puto tamen dictũ Ang.verũ,quia legis beneficium non meretur , qui in legem committit. Materiam etiam ſecuritatũ tractat Bart.in l.

33 illicitas.§. ne potẽtiores. ff.de offi.præſ.† Et in ea quæ datur à perſona perſonæ,quæ eſt propriè materia noſtra,vt cum quis dubitat de priuato inimico ſuo ne eũ offendat , & dicit quòd ex cauſa põt ab eo ſecuritatem & cautionem petere,quòd non offendetur,& da bitur tam per ſe ipſum quàm etiam per familiares ſuos ac compli ces,atque etiam pro familiaribus petentis, dicitque quòd data ſecuritas proderit etiã in alieno territorio,vnde ſi mihi cauiſti Haſtæ & offendas Mediolani , pęna committitur, & dicitur aduerſus ſecuritatem factum,ita vt etiam agi poſsit Mediolani ad conuentionalem pęnam; ſi enim intelligas Bar.loqui,agi poſſe ad pęnam pro crimine & offenſa ibi facta quæ eſſet dubitatio? cùm ſemper ſortiatur quis forum vbi delinquit , iuxta no. in auth. qua in pro-

34 uincia.C.vbi de crim.agi.oppor. Item dicit † quòd ſi videbitur Iudici dare licentiam timenti vt ſecum ducat amicos , & familiares qui eum protegant,ſua tamẽ impenſa,id facere poterit, vt per eum in l.ſanctum.ff.de re diu. Effectus verò huius ſecuritatis exactæ ab inimico eſt,vt ſi contrafaciat acrius puniatur,quã ſi non eſſet exacta,quod videtur indubitatũ : grauius enim peccat qui poſitũ ſub iudicis cautela,& ſecuritate offendit,quã qui aliter & abſq; ea,ita Bart.ibi, ego hoc inſtar proditionis exiſtimo & grauiſsima dignum animaduerſione . Præter ſecuritatẽ,quæ datur hoſtibus, & alterã quę datur criminoſis,eſt & tertia ſpecies quæ datur debitoribus vt ſint à ſuis creditoribus tuti,de qua pauca quedam ſubii

35 ciã † Dare autem eam poſſunt ipſimet creditores , vt dicitur in

36 l.vltima.C.de his qui bo.ced.poſſ. † Quod ſi non conueniant , ſtabitur dicto maioris partis , habito reſpectu ad maius intereſ-

37 ſe , † ſi enim vni debentur mille , & decem aliis debeantur quingenta in totum , ille ſolus faciet maiorem partem poſtque res ipſa inſpicitur non perſona ,ita ſtatuitur in d.l.vlti . Et datur dilatio quinquennalis,Ita vt ſit ſecundum aliquos in electione creditorum dicere nos volumus bona ſtatim , & ex nunc vendere , non

expectato quinquennio, neque audietur debitor volens eis inuitis
vti dilatione, vt per Albe. in d. l. vlt. quod probatur in tex. ibi & ele
ctio detur creditoribus &c. vnde mirum est quòd ibi dicat Alb. de
bitorem, si statim velit bonis cedere, debere audiri, & quòd eius
38 erit electio, repugnant enim dicta verba tex. † Nisi dicas quòd di-
cta verba sũt verba debitoris relata ab Imperatore, petierat enim
vt ad cessionis miserabile admitteretur auxilium, data creditori-
39 bus electione &c. † valde enim esset iniquum, si fortè eligerent
creditores dare quinquennium vt eo elapso damnaretur in carce-
rem sine vlla spe cęssionis, quod Bal. ibi dixit fieri debere, si malit
ipse statim bonis cędere, vnde verior est hæc pars. In illa autem
l. vlt. dixit Bal. quòd isti decoctores, & foro cessi, quorum magna
hodie habetur copia, qui non ex aduersa fortuna, sed per dolum,
& in fraudem creditorum foro cedunt, deberent capti tradi dila-
niandoribus: Contra hoc tamen ipsi sibi prospiciunt, priùs enim
deligunt sibi locum tuti refugij, Impetrantque latas securitates à
Principibus, quos, si liceret, dicerem malefacere ita passim conce-
dendo, meliusquàm facturos vel non dando vel datam reuocando,
monito priùs impetrante, vt sibi consulat, multò enim pauciores
hac fraude vterentur, & multum consuleretur bono publico. Di-
40 xit etiam Bal. in d. l. vlt. quòd † remedium illud cessionis bonorũ
est valde miserabile, cùm vix pannicularia cedens retineat, præter
quòd etiam in multis locis sunt statuta quę ad dedecus cogunt, vt
41 quòd cedens percutiat lapidem cum natibus. † Quod statutum di
cit ipse nõ valere, allegat, l. cum supra virentis. C. de re mil. li. xii.
melius videtur probari in d. l. vlt. ibi, salua eorum existimatione,
quæ verba gl. exponit, quia non efficitur infamis, quis enim dicet
hominis ad eum actum compulsi existimationem saluam? facit
etiam tex. in l. vlti. ff. de ces. bo. vbi dicitur posse bonis cedi per nũ
cium vel per Epistolam, contrarium tamen innuitur ex no. per Al
cia. li. parergon. ii. c. xlvii. suntque rationabiles cõstitutiones quas
ibi allegat in C. Theodosiano. in l. j. qui bo. ce. pos. & in nouella con
sti. Iustiniani. cxxxv. vt qui non luxu, sed fato labuntur, ad id dede
coris non compellantur. Adrianus tamen imperator vt in eius vi-
ta Spartianus refert, sanxerat vt huiusmodi decoctores catamidia
ti in foro ostenderentur, cuius loci Alcia. ibi non meminit, tracta
tur etiam materia hæc per Can. in c. Odoardus, de solu. & nihil ho
rum allegat Ias. in §. cum quæstio. nu. 19. Inst. de ac. vbi hanc mate
riam tractat, sed simpliciter dicit statutum non valere. Dixit
42 etiam Bal. in d. l. vlt. quòd † post cessionem non est licita ceden-

ti

ti pęnitentia si facta sit coram Iudice, & consentientibus creditoribus,allegat.l.pęn. ff.eo.titu. quæ hoc non dicit,sed in ea dicitur
43 quòd † oportet cedentem bonis debitum prius agnoscere, ac condemnari,aut confiteri, Cuius dicti potest duplex esse ratio, vel vt cautum sit creditori ad cuius instantiam fit cessio, ne iterato cogatur cum alijs fortè creditoribus,de suo iure ostendere, quod Bart. dixit in d.l.pen. siue etiam vt ipsi creditori cautum sit pro residuo
44 vbi ex bonis cessis integrum non capiat suum es, † debitore ad meliorem fortunam perueniente, quando, & in eum casum ius ei
45 saluum manet,vt ff.de ces.bo.l.iii. intellige tamen † vt ex posteà quæsitis conueniatur debitor ciuilius,atque vrbanius,& videlicet in quantum facere potest,vt ea l.in prin.Et contra Bald.in eo quod dixit non esse concessam pœnitentiam, tenuit Barto. in d.l. pen. versi.quæro vtrum post cessionem,& est tex.in eo.tit.l.quem pœnitet,& in l.iij.fallit tamen si iam bona sint distracta. vt l.ii. C.eo. titu. Quod verò dixi conueniri debitorem post cessionem superuenientis ei bonis, intellige non insolidum vt prius,sed in quantum facere potest. Et in bonis superuentis consideratur quantitas non qualitas,iuxta l.qui bonis.ff.de cess.bo. per quæ verba dicit ibi Bar.quòd debet inspici quis sit fructus rei, non quæ sit eius qualitas;& sic,secundum eum,si esset vnum magnum palatium vel aliquid simile,satisfieret creditori inspecto fructu locationis,hinc dixit Ang.in l.diuus,in prin,ff.de pe.hę.se consuluisse cum Bal.fra
45 tre suo apud Ariminum,†quòd quando alimenta debentur secundum vires patrimonij, debent præstari pro quantitate redituum, neque vendentur fundi, etiam si reditus non sufficiant,secus verò quando alimenta debentur simpliciter, allegat pro casu singu. & quem dicit non esse alibi in iure,d.l.qui bonis,secundum Bar.ibi, & quòd non vendantur fundi in alimenta dixit Bar. in l.pęn.ff.de ali.& cib.lega.sequitur Imo.in l. Imperator,prima col. ff. ad Treb. Alexan.in consi. c.li.j.quod incipit super primo casu,in vlt.verbis, quod posset latius comprobari, verùm Alex. in l.maritum,in vlti. verbis,ff. sol. mat.dicit quòd quando alimenta debentur titulo lucratiuo,procedit dictum Barto. secus si sint debita ex titulo oneroso, Bald. tamen in l. secunda. C.quod cum eo, verba illa vtrum ex quantitate eius quod acquisitum est, an verò ex qualitate,
46 de quibus in d.l. qui bonis, aliter intelligit, † dicit enim quòd quantitas inspicitur idest communis valor, non autem qualitas, id est pretium affectionis, vt in d.l.secunda versic. iuxta prædicta quod etiam dixit in l.quod nomine,in vlti,verbis,ff.de condi.in-

de. quem ſenſum lex illa non recipit, quę ſolam conſtituit differen
tiam inter quantum & quale, Neque poteſt eſſe quale, quin adſit,
& quantum; neque enim poteſt eſſe qualitas ſine ſubiecto l. eius qui
in prouincia. §. quid ſi ſtipulatus, ff. ſi cer. pet. verùm cùm dictum
ſit in l. illa, quod ſi is qui ceſsit bonis modicum quid acquirat, ite-
rum eius bona non veneunt, quęritur quis erit modus, vt ſcilicet
ſciamus modicum ſit, an multum, & dicitur quantitatem non qua
litatem intuendam, Quid enim ſi magnum familiæ ſuæ palatium
legitima ad eum ſucceſsione peruenerit quod vendi non deceat,
arg. l. ſi in emptionem, ff. de mino. & l. lex quæ tutores, §. nec domũ
C. de admi. tu. Certè eius quantitas æſtimabitur quanti eſt in fru-
ctu, non quanti in venditione, & quamuis ſecundum hunc ſenſum
videantur confundi proprietates illarum vocum, quantitas & qua
litas, Dixit tamen Tiraq. in trac. ſuo retrac. in Glo. xxj. nume. 2. al-
legando hanc eandem l. qui bonis, quòd quantitas, & qualitas idẽ
propemodum ſubiectum reſpiciunt, Dico etiam quòd tam de quã
to, quàm & de quali iudicabit Prætor quid hoc caſu fieri debeat,
vt probatur in l. ſi debitoris, d. tit. de ceſſ. bo. Ibi. ſi tales tamen fa-
cultates &c. dictio enim tales, proculdubio qualitatem reſpicit,
Bal. tamen in l. vlti. verſi. quęro quidam, C. qui bo. ce. poſſ. dicit eſ-
ſe arbitrarium Iudicis, pro qualitate perſonæ an domus pretioſa
vel turris vendi debeat, Ad d. l. qui bonis, reſpondet quòd non con
ſideratur qualitas, id eſt, vtrum ſit pretioſa, bene tamen inſpici-
tur quanti ſit valoris, Cur autem ex primis bonis ſatisfiat diuen-
ditis omnibus, ſecus verò in poſtea quæſitis ratio redditur in. §. vl
ti. inſti. de act. quia inhumatum eſt ſpoliatum omnibus fortunis
47 ſuis, inſolidum damnari. Puto † etiam in caſu cum ad turpem il
lam ceſsionem debitor compellitur omninò eum liberari, ita vt
ſuperuentis etiam bonis ad nihil vltra erga creditorem tenea-
tur qui eum ad talem perduxit ignominiam, argu. l. interdum. §.
qui furem. ff. de fur. quod recolo me alibi legiſſe licet nunc oblitus
ſim loci. Et poſtque huc ſermo eſt delapſus non erit fortè inuti-
lis labor ſi aliqua ſubijciam, vt clarius hæc materia inoteſcat.
48 Eſt igitur regula quòd † cuilibet debitori licet bonis cedere ſi-
ue is ſit paterfamilias, ſiue filius, fœmina, aut maſculus, l. pen. C. qui
bo. ced. poſſ. vbi Bar. & alij no. Imò etiam vniuerſitas, puta colle-
gium, aut eccleſia, in auc. vt deter. ſit. nu. cle. §. ſi quis aũt, quã Reg.
duodecim modis limitat Iaſ. inſt. de ac. §. eũ quoq;, col. iij. & iiij. ve
rum ſuper ipſa xij. lim. hæret Iaſ. quia Bal. quem allegat, in l. j. col.
49 ij. ver. † quęro nunquid ille. C. qui bo. ce. poſ. dicit eum qui habet

vnde

vnde ſatisfaciat non poſſe bonis cedere, quem ſequitur Nicol. de Neap.in d.§.eum quoque,contra quem eſt tex.in l.illud, ver.quid tamen.ff.de tribu.cui tex.reſpondit Iaſ.ibi ſed non fuit recordatus de eo quod dicit Bal.in d.l.vlt.verſi. quęrò cum nemini, qui dicit quòd etiam is qui verè nihil debet, vt vitet indebitas vexationes, & litium execrationes, poteſt bonis cedere, quod Glo. ibi tenuit, quòd procedit ad eius pacem, licet non ad creditorum commodum: Et hęc pars videtur verior. Aliud etiam no. quòd non ſolum is qui ſemel ceſsit bonis exigitur in quantum facere poteſt de
50 ducto ne egeat, † ſed & multæ aliæ ſunt perſonæ quæ hoc gaudent priuilegio quas enumeratas videbis in l. ſunt qui, cum multis ll. ſeq. ff. de re iud. quæ ſunt infraſcriptæ ſocius omnium bonorum, Parentes,Patronus.Patrona,Parenteſque eorum,& liberi,maritus, vterque ſocer,tam mariti quàm nurus,cum diſtinctione tamen vt vt in l.ſicut &l.ſeq.eod.tit.Miles,quod & ad cæleſtes milites exten
51 dit Glo.in l.miles,in princ.eod.tit. † Item conueniuntnr in quantum facere poſſunt ij qui honori, aut muneri publico ſunt obnoxij, neque enim coguntur bonis cædere, ita videtur mihi intelligenda lex,propter honorem,C.qui bon.ced.poſſ.Doc.tamen omnes aliter intelligunt,vertunt enim illius l.ſenſum, quòd quis non poſsit bonis cedere vt euitet publicas functiones, cum tamen repugnent verba l.ibi.inuidioſam ceſsionem admitti,& tex.eod.tit. l.iij.vbi dicitur quòd pater bonis ceſsit propter onera ciuilia,Gl. ibi dat alium ſenſum præter hunc meum,& communem, vt loquatur in eo qui vocatus ad munus cui eſt inhabilis cogitur bonis cedere;ſed non congruit verbum,Admitti, de quo in illo tex. Item liberalis donator eodem fruitur priuilegio, ſolusque ipſæ æs alienum deducit atque etiam id quod ei eſt neceſſarium ad condignumvictum,& de reſiduo ſatisfacit donatario,ſed alij ęs alienum
52 non deducunt l.inter eos.§.is quoque,ff.de re iu. † fortè etiam videretur dici poſſe vt ſolus ipſę exigatur deducto ne egeat prout innuitur in d. §. quoque,ibi Imò nec totum, ſi enim eſt hoc regulare in omnibus qui ita obligantur, quid neceſſe erat verba illa in d. text. apponere? repugnat tamen text. in l. in condemnatione,in princi.ff.de reg.iur. dixi l.illam reſtringas ad certas perſonas prout Glo.j. ibi tangit Cogita tamen quia omnes aliter intelligunt. Verba autem illa deducto ne egeat referunt Doc.ad honeſtum & commodum,ita Glo.in d.l.in condemnatione, & declarat Dec.in l.diuus,in fi.eo.tit.Et inſpicietur perſonę qualitas. Aliud
53 † eſt etiam in hac materia notabile quòd cum hoc priuilegium

Ne quis exigatur vltra quã facere poteſt detur miſerationis gratia, ſi vtrinque par & æqualis ſit ratio miſerationis in debitore videlicet & creditore potior erit creditor ſi de damno vitando tractet, Ita Bar. in l. maritum, verſi. quæro quid ſi maritus, ff. ſolu. ma. quod latius ibi Alex. tractat, & in l. ſi maritus, illo eo. tit. Scien-
54 dum † eſt poſtremo ceſsionis remedium non ſtatim per leges Romanas fuiſſe adinuentum, Imò vſque adeò fuerunt quandoque debitores creditoribus obnoxij vt neque corpora eorum eſſent tuta, quod comprobatur ex Liuio, Is enim libro ſecundo, dicit, fremebant Plebei & propter æs alienum nexe foris ſe ſe pro libertate dimicantes, domi à ciuibus captos & oppreſſos eſſe, Ac poſt paulo, Nexu vincti ſolutique ſe vndique in publicum proripiunt. Tandem edictum eſt per Conſulem ne quis ciuem Romanum vinctum aut clauſum teneret non quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſsideret aut venderet, liberos nepotesue eius moraretur, Quibus verbis oſtẽditur etiam genus & familiam creditoribus patuiſſe obnoxiam, Eòque eſt res deducta vt ſe ceſſerit plebes in ſacrum montem, cõceſsi ei Tribuni qui plebem contra patres atque omnem patriciorum iniuriam tutarentur, quod anno decimo ſeptimo ab expulſis regibus dixit Pomponius vt in l. ij. §. ijſdem temporibus, ff. de origi. iu. Quod verò ad bonorum ceſsionem attinet lata eſt poſteà lex Iulia quæ Romanis & fortè etiam cunctis Italis hoc ceſsionis remedium adinuenit, Conſtitutionibus poſtremo Imperialibus etiam ad prouinciales eſt exporrectum, l. legis Iulię ff. qui bon. ce. poſſ. fortè tamen hoc ab Imperatore precibus impetrabatur, vt innuit lex vlt. in prin. eo. tit. in C. licet Glo. ibi, verbis illis. (A noſtra Maieſtate) ſubaudiat, vel alio Iudice, At ho-
55 die paſsim licet ad funeſtum hoc remedium confugere. † An verò ei renunciari poſsit latè explicat Fely. in c. ſi diligenti. col. j. de ſo.
56 compe. & in c. ex reſcripto, col. iiij. de iureiuran. † ſcias tamẽ quòd quamuis ei renunciari non poſsit in hoc tamen nocet renuntiatio vt amittat quis propter eam auxilium illud aliàs ſibi fortè competens, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt. ita Ro. deciſ. DLxvij.
57 Nota quòd ſecundum aliquos in antiquis, † Sed neque hoc beneficium habet qui conuenitur ex delicto, etiam ſi ad pecuniam, & ſi ciuiliter actum ſit. Ita Bal. in conſi. cccr. quod incipit Iacobus, lib.
58 j. in vltimis verbis. Dic tandem quòd dũ vult † quis bonis cedere vt carcere educatur citari debent omnes eius creditores, Neque habet hoc caſu locum regula Iuris Quod poteſt inuitis, ita Bal. conſi. cccj. ad euidentiam lib. j. Niſi ad vnius tantum inſtantiã

captus

captus esset,tũc enim sufficit illum solũ citari .ita Bal. ibi. Reassumo nũc saluiconductus materiã,in qua Bal.in d. consi. cccc. mul
59 ta dicit non obliuiscenda.† primò quòd securitas ista non extenditur ad maleficia,quòd intellige de præteritis,nam de committẽ
60 dis non est dubitandum † Item neque extenditur ad fiscalia debita,& loquitur de fisco externo,& non concedentis, Item & tercio non prodest fugitiuis,nisi sit apertè dictum,Item & quartò restringitur ne quis contra alium concedat quod nollet concedi contra
61 se,Et concessum propter debita non extenditur ad crimina † Neque data furi prodest ei si veniat cum re furtiua , propter nouã contrectationem,& consequenter nouum crimen , Neque concessum pro rebus suis includit alienas,Et consi.illud est contra officialem cuiusdam magni Domini qui aufugerat cum pecuniis Domini, caueant igitur impetrantes . Adde etiam ad materiam d. l.vlti.C. qui bo.ce.pos.dixit Alex.in consi.ccv. visis,ver.secundo casu,li. ij.
62 † quòd volens vti quinquennalibus illis inducijs cauere debet de soluendo finita dilatione.allegat l.vniuersa.C.de preci.Imp.offer. sed Albe.in d.l.vlt.dicit cõtrarium,& respondet, d.l.quod vniuersa,quòd loquitur in dilatione data à Principe,secus in data à creditoribus.Quòd si quæras quomodo cautum erit creditoribus,dic quòd per capturam personæ,vt dictũ est supra,& istud magis pla-
63 cet.Dixit etiam Alex. in d.cons.† quòd saluusconductus non extẽditur ad debitum iuratum,nisi aliud in eo expressum sit,quod etiã dixit in consi.xxxviii.col.ii.lib.iij.latè tractat Fely. in c.constitutus,col.iiii.de rescrip.Idemque Alex.consi.cxxxvij.col.ii. versicu. circa secundam dubitationem.lib.vj. An verò saluusconductus comprehendat personas maiores expresis , & an ipsummet concedentem vide eundem Alex.in consi.ccxxxv.incip.post reditum
94 consi.col.ix. & vl.lib.vj.Quòd si † dominus castri dederit securitatem mercatoribus in suo castro & propter inimicitias ipsius Domini inuadant hostes castrum & deprædentur mercatores illos dixit Ancha. obligari concedentẽ sarcire eis quod deperiit, vt in consi.cxxii. quod incipit visis pactis , Cætera in hac materia requirat diligentior inuestiga-- tor. .

*

HIC INCIPIT DECIMA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Contraria ſunt natura coniuncta.*
2 *Extrema gaudij luctus occupat.*
3 *Belli finis eſt pax.*
4 *Bellum propter pacem dumtaxat fieri debet.*
5 *Pax eſt quęrenda & amplectenda.*
6 *Pacis encomium.*
7 *Pax à vitijs.*
8 *Pacem ſi vis para bellum.*
9 *Bellum tutius eſt quàm pax inſidioſa.*
10 *Pax quid, & tit. ſeq. nu. 26. verſi. imò etiam ſi eſſet.*
11 *Fœderum tria genera.*
12 *Bello ſublato tollitur omnis eius effectus.*
13 *Banniti ante bellum non reſtituuntur propter ſecutam pacem.*
14 *Prædia amiſſa propter bellum in pace debent reſtitui.*
15 *Mobilia & immobilia ſecuta pace debent reſtitui.*
16 *Pax eſt ad inſtar reſtitutionis in integrum..*
17 *Capitula pacis ſunt præcæteris pro lege ſeruanda.*
18 *Bona an & quando in pace debeant rebellibus reſtitui.*
19 *Bona in crimine læſæ maieſtatis an ſint ipſo iure confiſcata.*
20 *Indulgentia & Abolitio criminis an comprehendat bona.*
21 *Reſtitutio principis an comprehendat bona in tercium tranſlata.*
22 *Nomina debitorum ſi ſit exacta in bello, quod ſtatuetur de eis in pace.*
23 *Bella an ſint ex iure Romano.*
24 *Exteri lunge aliud quàm hoſtes.*
25 *Exteri qui ſint.*

De

De Pace. Titulus Primus.



1 T VERO iam tandē Placidiora & po-
tiora tractemus, illud sciēdū est natura
ita cōparatū & constitutū esse † vt con
traria contrarijs cohæreant & quæ vi
dentur hominibus pugnātissima ea ta
men sint inter se coniuncta, Et huc tē
3 dit quod omnium hominū sapientissi
mus ille Salomon dixit † quòd extre-
ma gaudij luctus occupat, sic vitam
mors nullo intersticio consequitur,
propter quod in l. qui duos ff. de man.
testa. dicitur, quod viuens moritur, sic incipit calescere quod fri-
gescere desinit. Hocq; est quod plato in Phædone dicit ita omnia
fieri, Nempè contraria ex contrarijs, generationemque esse vici-
sim alterius in alterum. Quod & latinus vates quidam ita cecinit.

Tamen omnia fiunt.
Ex ipsis, & in ipsa cadunt, resoluta que tellus.
In liquidas rarescit aquas tenuatur in auras.
Aeraque humor habet, Dempto quoque pondere rursus.
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt idemque retexitur ordo.

3 Nimirum si & nos, sequentes naturam, † bello pacem coniūgemus;
4 eique affinem eam & cognatam dabimus. † Nam neque alia debet
esse bellantis populi aut regis intentio quā vt pacē consequatur, c.
noli. §. pacem. xxiij. q. j. Et bella nō cupiditate aut crudelitate, sed
pacis studio sunt gerenda, c. apud verōs, ea causa, & q. vnde & dixit
Calde. in consi. primo. de treu. & pa. quòd bellamus vt absque iniu
ria in pace viuamus. Quæ fuit Ciceronis sententia, is enim sic di-
5 xit, † Bellum ita suscipiatur vt nihil aliud nisi pax quęsita videatur.
Hanc diuina eloquia iubent inquiri, amplecti, teneri, Inquire pacē
6 dicitur psalmo xxxiij. & sequere eā, In alio ēt psalmo dicitur, † iu
stitia & pax osculatę sunt, Et Esæ dixit erit opus iusticiæ pax. Hāc
Dominus & seruator noster in terra descendens nunciari & præci
ui iussit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax ijs qui bona sunt
voluntate, hanc rursum cœlum repetens pro maximo munere ami
cis suis reliquit, Dicens, Pacem relinquo vobis, pacem meam
do vobis. Hanc iubet nos Paulus amplecti cum dicit, Ad
pacem vocati sumus, & rursum cum ait, Pacis autor Deus,

vnde & iubet nos cum omnibus hominibus(quãtum eſt in nobis) Pacem habeamus;Nimirum igitur ſi & beatus Tho. ſecunda ſecun dæ articulo tertio,& quarto,hanc virtutem affectumque caritatis nuncupat.Eamque dicit appetere cuncta creata. Fateor tamen,ſu
7 pradictas ferè omnes auctoritates referri † ad pacem ſpiritus, pro pter quod & ſubiungitur in vna ex eis.Non quomodo mundus dat ego do vobis: prout & de hac ipſa intelligit Propheta cum dicit. Non eſt pax impio. prout eſt enim ſpiritale bellum de quo in epi ſtola Iacobi,c.iiij.bella,inquit,in nobis ex noſtris cõcupiſcentijs, de qua pariter ſenſit Iob cum dixit,militia eſt vita hominis ſuper terra,quod & dixi in initio operis,ita & habetur ſpiritalis Pax,vt cùm parent rationi affectus noſtri,neque repugnant inferiora ſu- perioribus,ſed & vulgaris illa mundi Pax ſolet eſſe optatiſsima & gratiſsima,hanc cecinit egregius Poeta cum dixit.

Aurea condet.
Secula quæ rurſus latro regnata per arua.
Saturno quondam.

Hęc eſt pax quam ſex de cauſis dixit Gl.lunge fieri à nobis in c.ij.
8 in ver.Pacem,de re iud.in vj.† Cuſtoditur autem Pax & conſerua- tur ſi ſit Princeps paratus ad bellum, Quod & confirmat Dominus noſter cùm dicit, ſi fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum in pace ſunt omniaque poſsidet.Eſtque in ore omnium,ſi vis Pacem, para bel- lum,quod & Vegetius in proęmio tertij libri de re mil.expreſsit
9 his verbis,Qui deſiderat Pacem præparet bellum,† ſuſpecta tamẽ pace tutius eſſe bellũ dixit Cornelius Tacitus, quod & Cicero di- xit verbis ſupra citatis,Pacis quæ nihil ſit habitura inſidiarum,cui & congruit Priuernatis liberum in ſenatu Romano reſponſum,ſi bonam,reſpondit Pacem dederitis,Perpetuam ſeruabimus,ſi malã non diuturnam.Dixit etiam Bal.in tit.de pa.iur.fir.in prin.in vlt. verbis,quòd Pax debet eſſe vera & perpetua,quod ſi in ea latent in ſidiæ non eſt Pax ſed dolus. Quòd verò ſubdit ex diuo Auguſtino quòd quandiu pugnatur nõ habetur vera Pax ad pacem animæ per tinet.Nihil igitur mirum ſi Principes noſtri toties renouant fœde ra,totiens,Treugas,Inducias,Paces,bella. Ipſa nanque impellente neceſsitate,& præſertim ærarij exinanitione,confugiunt ad Pacẽ, non ex animi tranquilitate,non populorum miſeratione,non de- nique Dei timore & reuerentia,nimirum igitur ſi repleto ærario tanquã ceſſante cauſa,ceſſat effectus & Pax:Pacis etiã encomiũ ce cinit Bal.in tit. de pa.conſtan.in fi.operis, in §. hæc ſunt nomina nu. 3. Vt igitur aliqua ad Pacis materiam ſpectantia tractemus

quæro

quæro,primò quid ſit Pax,† Eam,reprobata diſinitione Goffredi, dixit Bar.nihil eſſe aliud quàm pactum per quod bello introducto finis in ponitur,ita ipſe dixit in conſi.lxvj.quod incipit,ad declationem,Alibi dixit Bal.nihil eſſe aliud pacem quàm ipſa pacis capitula, vt in conſi. cxcv. incipiente laudare vos,& cõmendare,in ij.col.verſi.prætereà dato,li.ij.fortè tamẽ melior eſt diſinitio Goffre. Poteſt enim eſſe Pax abſque pactis & capitulis, vt cũ Princeps, deuictis hoſtibus,ſublato quandoque omni regio genere Patẽ dat Prouinciæ,quod Alexander Macedo fecit deuicto Dario,& Turca capta Conſtantinopoli,Multa etiã de pace dixit Roma. in cõſi.vl. col.v.& Io.de Ligna. in trac.de pace per totum. Aliò tamen reſpicit quod Auguſtinus dixit in lib.xij.de ciui.Dei,quòd nihil aliud
11 eſt pax quàm ordinata concordia. Omnia † autem fœderum genera recenſet Liuius,quibus reges & populi in amicitiam coeant, vnum cum victis leges dicuntur,vbi enim ei qui armis plus potuit omnia dedita ſunt, quibus victos mulctari velit quæve eos habere eius eſt ius atque poteſtas; Alterũ eſt cũ pares bello ęquo fędere in pacẽ & amicitiã veniunt, tunc enim repeti reddique per conuentionẽ res,& ſi quarũ eſt bello turbata poſſeſsio, eas aut ex ęquo ſimul,aut ex iuris antiqui,aut partis vtriuſque cõmodo cõponi,tercium verò eſt genus cũ qui hoſtes nunquam fuerint ad iungendã amicitiam ſociali fędere conueniunt, quo caſu neutri leges dant vel accipiunt cũ id victoris ſit ac victi. Ita Liuius. Primò illi generi nõ fuit ea pax abſimilis quam Carolus Imperator dedit Duci Saxonię & cæteris Germanis qui Ducem ſequebantur. Secundo autem generi conueniunt toties repetita fędera eiuſdem Caroli cum Franciſco Francorum rege, atque etiam cum Henrico ab anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto vſque in quinquageſimũ octauum quo hæc ſcribimus, & quo facta eſt pax inter Philippum Hiſpaniæ regem & Henricum antedictum,regem Francię,reſtitutis Duci Sabaudiæ . Em. Philiberto vrbibus & Prouincijs quas bello amiſſerat,retentis tamen per Gallos quinque Oppidis in Pedemontana Prouincia,quæ ſunt Taurinum, Cherium , Villanoua,Pinerolium,& Clauaſium,reſtituenda lapſo triennio, & diſcuſsis interea ac dilucidatis iuribus & actionibus quæ contra ipſum Ducem atque vrbes quas tenet prætendit dictus rex Franciæ,
12 quam pacem Deus perpetuam ſeruet. Subſequenter quæro † ſicut per pacem tollitur bellum an ita & tollatur omnis effectus belli,Bal.in tit.de pace conſtan.in §.priuilegia omnia,nume.38.dicit quod idem quoque innuit in eod.tit.in §.ſententiæ quoque,nu.82

dũ vult quòd ſententiæ cõtra rebelles prolatæ rebellionis & belli prætextu ſecuta pace cenſentur reuocatæ, ſecus aliò reſpiciant .puta quia ex cauſa mutui aut alia ciuili. Et †propterea inferò quòd exititij Mediolanenſes qui ante bellum verterant ſolum, & erant vt vulgo dicitur banniti,propter crimẽ,quãuis ſit in genere parcitum rebellibus in fœdere & pace, non tamen cenſebantur patrię
14 reſtituti,niſi amplitudo fœderis aliud ſuadeat. † Infert etiam Bal. in d.tit.de pa.conſtan.in §.poſſeſsiones,nu.85.quòd prædia amiſſa propter bellum,& quæ quis ante eum poſsidebant debent, eo finito,reſtitui prioribus poſſeſſoribus, Et ſi ipſimet ea fortè interint occupauerint debent in ſua poſſeſsione defendi,& obſtabit aduerſario de ſpolio agẽti,exceptio dolo petis, quod & repetit Bal.in §.
15 omnes,nu.92.eo.tit. Dixit † etiam Ang.in l.ſi quos.C.de poſtli.re.quòd ſecuta pace fieri debet reſtitutio antiquis dominis nõ ſolum immobilium raptorum in bello ſed etiam mobilium, loquitur tamen in caſu cum ita cautum fuit in fœderibus.Et cũ eo quod dixit Bal.in d.§.priuilegia,concordat Afflic.in c.j.col.xj.de vaſal.
16 decre.ęta.dum vult † quòd pax nedum eſt loco ſimplicis indulgentiæ,ſed etiam reſtitutionis in integrum,etiam ad præiudiciũ tertij in quẽ fortè bona erant trãslata,allegat ad hoc Ful. conſ.cxliij.
17 & Alexan.conſi.cxc. & conſi.ccxvj.li.ij. † Ego ſuper omnia inſpicienda cenſeo capitula & verba fœderis, habent enim inſtar legis. Aut ſunt igitur ita latè concepta vt poſsint omnia continere & continebunt omnia, etiam mobilia, vt Angel. dixit, conuentis enim parendum eſt,l.j.§.ſi conuenerit,ff.depo.l.contractus, ff.
18 reg.iur. Aut fuit ſimplex pax & parcitur rebellibus, † nihil dictũ de bonis reſtituendis, & hoc caſu non puto eos recuperare bona, præſertim quæ ſint ad tertios translata, quia Princeps qui ea tranſtulit ſubeſt legi cõtractus,l.digna vox,cum ſua materia,C.de legi.ita Bal. in l.Gallus. §.& quid ſi tantum, ff.de lib.& poſthu.qui refert Cy.dicentem fuiſſe ita iudicatum Bononiæ, faciunt ea quæ in valde proximis terminis dixit Bart.in l.vl.col.iij.verſicu.& pro huius. C.de ſen. paſ. dum diſtinguit inter ſimplicem indulgẽtia & eam quæ fit cum adiectione,Item & inter limitatã reſtitutionẽ & abſolutã,ſeu ſimplicem,limitata enim continetur ſuis limitibus, at ſimplex continet omnia.Differentiã verò inter Indulgentiã & reſtitutionẽ intelliges ex Glo.inſtit.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.cũ autem.Ang.tamen in d.§.& quid ſi tantum,col.vl.ver.ij.no. abſolutè & indiſtinctè dicit quòd reſtitutio à Principe facta nunquã trahitur ad alienata,imò neq; ad fructus alienatorũ quos prius percepit

fiſcus

fiſcus, Et propterea monet exules vt ſint cauti & curent apponi in capitulis fęderis clauſulam quæ ēt alienata contineat, quod dicit ſeruatū fuiſſe in pace facta per Peruſinos cum ſede Apoſtolica, latius tamen complectendo hanc materiā diſtinguendū puto de mente doctorum: quia aut loquimur in ſententia iudicis abſolutoria, poſito quòd quis verè deliquerit, & nihil prodeſt abſolutio, ita Afflic. in tit. quæ ſit prima cauſa be. amit. c. j. §. præterea, in Glo. iij. num. 90. qui allegat Iſer. ibi, qui quidem Iſer. ibi, n §. item qui donum, col. v. verſi. Itē quid ſi Princeps, dicit quòd ſi Princeps indulſit Primogenito vaſalli qui felloniam commiſſerat, perinde eſt ac ſi non commiſiſſet, propterea quę ſuccedet in feudo excluſo fratre ſuo, ſecus, dicit ipſe, ſi abſolutus fuiſſet à Iudice, allegat l. palā. §. quæ in adulterio, ff. de ri. nup. ibi, quia factū lex non ſententiam notauit, & l. qui cum vno. §. ignominia, ff. de re milit. & quia diferentia eſt inter Principem & Iudicem, arg. l. j. C. qui pro ſua iuriſd.

Ego, quidquid ipſi dicant, crederē quòd ſi iudex cauſa cognita inter fiſcū & vaſallum reū ipſum abſoluat, tutus erit non ſecus quā ſi eſſet à Principe abſolutus, quia ſentētia facit ius, l. ingenuū, de ſta. ho. cū ſi. quod maximè procedit in criminalibus, vt per Bald. ibi in ij. col. Neq; obſtant iura in d. l. palam. §. quæ in adulterio, lungè eſt enim diſſimilis caſus, Ipſa enim deprehenſio infamat ſicut adulteriū, nimirū ſi abſolutio nihil prodeſt. Idē eſt ēt in d. §. ignominia, nā miſsio ipſa infamat nulla expectata ſententia, nimirum ſi nihil prodeſt abſolutio, Idē ēt dicerem in quolibet alio caſu in quo lex ſtatim & ipſo iure pęnā pro crimine irrogaret, prout in crimine lę ſę maieſtatis, vt l. vlt. C. ad l. Iu. ma. his enim caſibus iudicis ſententia abſolutoria non immutaret legis diſpoſitionē, quod tamen dixi de crimine lęſę maieſtatis videbis infra latius diſcuſſum, in ſe-
19 quenti, tit. nu. 76. verſi. quæro nunc de alia. Aut † loquimur de indulgentia, & per eā dico quòd reatus & culpa remittitur, & conſequēter eius pœna, ſed bona non reſtituuntur, Gl. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. cum aūt, in Glo. vl. faciunt ēt iura in l. ij. in l. tutor cum trib. legib. ſequentibus; & l. ſi pater. C. de ſen. paſ. fallit ſi plenius aliquid in indulgentia adijciatur, illud enim ſequēdum eſt, vt eo.
20 tit. l. pe. † Aut eſt reſtitutio, & ſic aliquid plus quàm ſimplex indul-
21 gentia, & cōprehenduntur bona, ſi nundū ſit in aliū translata, † ſed ſi ſint translata & tunc ſecus, ita Bar. in eo. tit. l. vl. col. iij. & hæc eſt cōis omnium ſententia, vt per omnes, in d. §. & quid ſi tantū, Limitatur tamen vt locū non habeat d. regula in eo in quo fiſcus reperitur factus locupletior, vt ſi bona vendidit, reſtituet enim pretiū, vt

ibi

ibi no.Bar.Quod ẽt no.contra id quod dixi ſupra de fructibus per ceptis per fiſcũ antequã alienaret bona,allegãdo Ang.in d.§.& q̨d ſi tãtũ qui tamẽ loquitur de ipſa reſtitutiõe,vnde fortè male loquitur . Limitatur ſecundo niſi tertius ille in quẽ ſunt tranſlata cõſecutus eſt ea Iuris miniſterio quod proceſſerit à ſententia cõdemnatoria prolata ſuper iſto met crimine,omnis enim alienatio quę immediatè prouenit à ſententia reuocatur , reuocata ipſa ſententia, etiam ſi per reſtitutionem reuocetur,ita Ang.dixit in l.ſi pater filium,ff.de adop.& fuit originale dictum Cyn. in d.§.& quid ſi tantum, vt refert ibi Alex.ſub nume.19.verſi.quod intellige,& optimè probatur in l.ſi libertus,aliàs incipit ſiue patronus , ff. de iure patro.& eſt conſimilis tex.in l.iij.§.ſi deportatus,ff.de bo.liber.Neque Imo.in hoc contradicit quamuis ibi dicat quòd in d.l.ſiue patronus,fuit potius quędam ſuppreſsio quàm tranſlatio,quod eſt dicere quòd ex ſententia qua deportatur Dominus videtur potius de medio ſublatus quàm ius liberto delatum , quod neque poteſt inficiari.Et fortè poſſet idem dici in alia quæſt.de certa parte quæ per ſentẽtiam defertur hæredibus occiſi, forte in emẽdam damni, ſi poſteà ſequatur reſtitutio quidquid ſecus dicant Bal.& Alex.ibi. Nam licet illa portio deferatur propter damnum offenſi dici tamẽ poteſt quòd lex ſuum non etiam tuum tibi negat auxilium,reſtitutio enim reſcindit ſententiam omnemque effectum eius ſaluũ tamen erit hæredi ius agendi ad intereſſe.Ratio autem eſt,quia cum ad tertium ſit hoc ius delatum mero rigore iuris ciuilis,etiam contra ius naturale,quod neque propter delictum priuat quem re ſua, nimirum ſi poteſt Princeps temperare hunc rigorem:quam rationem adduxit in hoc propoſitum Aegi. Bellame.in deci. dccxliiij. quę incipit his ſuppoſitis in prin . Poſſet etiam aliter diſtingui an portio illa per ſententiam offenſo adiudicata eſſet ei aliàs debita, fortè ex ſtatuto,an verò Iudex ita ſua ęquitate ſtatuerit,vt primo caſu reſtitutio non auocet partem illam adiudicatam, per ea quæ voluit Bar.quem Doc.ſequũtur in l.venia.C.de in ius vo.dum concludunt quòd ſi Princeps componit ſuper delicto non cenſetur remiſſa pęna ad prędiudiciũ tertij, cui ius erat quæſitum aliũde quàm ex ſententia, vt in caſu illius l. vbi deferebatur patrono pœna ſeu mulcta ex iure cõmuni,ſecũdo verò caſu cũ merè ex ſententia ipſa ius tertio quæritur nocebit ei remiſsio iuxta d.regulã Ang. in d.l. ſi pater filium. Durũ eſſet tamẽ & fortè etiam periculoſum recedere à recepta & communi ſententia. Limitatur tertiò ſi ita expreſſe dicatur in reſtitutione,propter quod monet Aduocatum Alex.

in d.

in d.§.& quid si tantum, vt bene cõcipiat restitutionis verba.vtraque tamen limitatio redditur dubia ex his quæ dixit Deci.in consil.DXXV.nu.8.dum improbat illam doctrinam Cy.& Ang.& multa allegat in contrarium.Erat tamen in illo casu suo facta restitutio per legatum.Cuius minor est autoritas,sed in principe distinguẽdum puto an sit quæstio voluntatis an potestatis, Primo casu, aut est facta in alium translatio consecutiuè propter sententiam, & tenẽdum puto cũ Cy.& Ang. aut facta est trãslatio ex cõtractu, etiam si sit gratuitus,& credo bona nõ debere restitui. Aut certũ est de mente Principis & quæritur an potuerit etiam alienata restituere,& adhuc subdistinguam an ex contractu gratuito alienatio sit facta an ex oneroso:primo casu auocabũtur, secũdo casu verum erit quod dixit Dec.ea non auocari, vt in eius consi. cccclvij. nu. 17. vbi hoc latè cõprobat. Quod tamẽ vltimum restringe nisi reuocet Princeps ex causa quę publicã vtilitatem respiciat,maximè si sint districta in subditum, quã materiã latè videbis explicatam per Felyn. in c. quæ in ecclesiarum, col.viij.& ix.de constitu.

Limitatur quarto quando non est explicitè dictum in restitutione vt veniant etiam bona, apposita est tamẽ dictio aliqua prægnans quæ hoc afferat, vt si adsit dictio Plenariè, aut alia consimilis,vt per Fely.in c. inter quatuor,col.vlt.de maio. & obe. Dum tamen dixi suprà quòd pax omnia in pristinum restituit. ita vt quòd bellũ ademit ipsa pax reponat,Roma.vno casu contrariũ dixit,Nam si Pisani & Lucenses erant inuicem alteri apud alteros ex priuilegio ciues,& exoriatur inter eos bellũ, per quod tollitur priuilegium istud, Pax superueniens hanc ciuilitatem non restituet, vt per eum consi.ccccIix.in secundo dubio. argumenta ibi videre poteris. Quod etiam dixi suprà fructus bonorum perceptos durante bello non esse in pace restituendos, etiam si oporteat bona restituere.confirmatur per Alber.de Ro.& Saly. in auth. idẽ est de Nestorianis,C.de hære.& per Bal.in d.l.vlti.C.de sen.pas.col. ante
22 pen.versi.item oppo.& videtur. Quærò † quid de nominibus debitorum quæ fortè habebant exules in ciuitate,& dic quòd aut fuerũt ab initio extincta,fortè quia prouisum est ita per statuta quòd intereunt omnia eorũ iura & actiones, & proculdubio reuiuiscent per pacem & restitutionem,ita Aegi.in d.deci.DCCXliiij.Aut trãsiuerunt in fiscum, & distinguendum est inter indulgentiam & restitutionem,vt est dictum suprà. Aut fuerunt alijs cessa vel donata qui ea exegerunt, & quæritur an exactor ille & cessionarius teneatur exacta restituere,& prẽter ea quæ supra fuerunt dicta quæ

parum

parum aut nihil diferunt ab ista quæstione valde inspici oportet ipsa verba fœderis, sunt enim, vt iam dixi suprà, pro lege habẽdæ & nisi sint valde ampla & generalia hunc casum non comprehendunt, si verò quęramus an debitor possit iterum exigi, dic quòd cum euenit casus exactionis propter bellum debitor iam erat in mora soluendi, & iterum exigitur, sibiquæ imputet si bis soluit, neque enim fuisset alteri illud nomen addictum si ipse in tempore soluisset vero creditori, non debet igitur eius culpa damno esse alteri, Aut non erat in mora, & erit securus postquam exactus fuit in creditoris iniuriam: hæc latè tractat Afflic. in decis. ccl. quæ incipit Rex Alphonsus, Obstat tamen quod dixit Ioan. And. in add. Spec. in titu. de obliga. & solu. §. nunc aliqua, in addi. quæ incipit secundum Alber. Gal. Ibi enim dicit quòd Homobonus, Doct. Cremonensis disputauit hanc quęstionem. Exorta est guerra inter Cremonenses & Parmenses, commune Cremonæ exegit à suo ciue quod debebat Parmensi, quæritur an sit tutus à suo creditore, & concludit quòd non: allegat l. si seruus plurium, §. j. ff. de lega. j. l. si per imprudentiam, ff. de euic. l. iij. in fi. ff. quod me. cau. & l. nec magistratibus, ff. de iniu. In quibus locis dicitur quòd iniurioſum factum superioris non excusat aduersus tertium. Neque obstat dicit ipse, ius belli, quia isti non sunt veri hostes; Ego contrarium puto verius, Neque enim verum puto illud præsuppositum illius Homoboni, nam, suppositio quòd ciuitates illæ tempore belli essent liberæ, habebat vtraque ius belli indicendi, prout dixi suprà in initio operis. Neque est bona illa eius illatio Populus Romanus bellum non indixit, ergo non sunt hostes, Ius enim Romanum bella & hostilitatem non induxit, sed fuerunt dudum ante Romam conditam, introducta de iure gentium, quod dicitur in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iur. vbi Alber. hoc in nostris ter. dicit. Potuit igitur capi quod erat hostile & fisco addici, ius enim
24 belli hoc fert vt latè ostensum est suprà suo loco. Quod † etiam considerabat ille doct. quòd dictæ ciuitates non erant inuicem hostes, propter difinitionem de qua in l. hostes, ff. de cap. & postli. reuer. & in l. hostes, ff. de verbo. significa. sed quòd erant tamen tanquam exteri, ad instar eorum populorum cum quibus neque fœdera neque amicitiæ habentur, propter quod dubitat de sua decis. cum inter exteros illos licitę sint captiuitates, & hoc relinquit ibi indecisum, Hoc videtur mihi absurdius quàm aliud suum præcedens dictum, Neque enim fieri potest vt duæ ciuitates proximę & coniunctæ tot anteactis seculis nulla cõtraxerint vnquam

hospitij,

hoſpitij,amicitię,Pacis,connubiorũ etiam,fędera,præſertim cum fuerit vtraque Romanorum Colonia, Neque ſequitur ſi inter ſe diſſentiam,ſiue etiam ſi ad arma & bellum procedant, etiam ſi nõ eſſent inter ſe hoſtes,vt ipſe præſuppouit, quod tamen ego verũ non puto præſuppoſita autoritate & iuſtitia belli, non inquam ſequitur, non ſunt hoſtes, ſunt igitur exteri,† ſunt enim exteri qui nullo vnquã tempore fuerunt inter ſe amicitia aut fędere vllo coniuncti,neque bello aut Pace cogniti,vt l.poſtliminii.§.j. ff. de cap. & poſtl.re.Quales erant Luſitanis atque Hiſpanis gentes illę lunga oceani nauigatione.

SVMMARIVM.

1 *Pax an comprehendat Adhærentes contrahentium.*
2 *Pax eſt ſtricti iuris ſicut tranſactio.*
3 *Bello indicto an includantur adhærentes, & dicitur quòd non, reprobata contraria opi.Bal.*
4 *Adhærentes variè intelliguntur.*
5 *Adhærentes parum differunt à uaſallis.*
6 *Adhærentes qui dicantur.*
7 *Adhærentiam non confert iuriſditionem in adhærentem.*
8 *Adhærentes ſunt ſub protectione, non ſub iuriſditione*
9 *Adhærentes defendi debent etiam cum armis, & nu. 32.*
10 *Adhærentes cenſentur reſeruaſſe ius Domini ſui.*
11 *Vaſſallus põt alteri domino adhærere ſi aliter non põt reſiſtere inimicis.*
12 *Adhærens inimico Domini amittit feudum.*
13 *Inſignia inimici Domini depingens in caſtro amittit feudum.*
14 *Famulus contraueniens paci an faciat dominum ſuum, incurrere in pœnam pacis violatæ.*
15 *Principalis aliter obligatur quàm Aſſecla ſiue adhærens.*
16 *Commodatarius non tenetur de caſufortuito.*
17 *Conſilia reuelantes hoſtibus ſunt proditores.*
18 *Præuaricatores an gaudeant beneficio pacis.*
19 *Dux belli non poteſt facere pacem.*
20 *Damna belli an poſſint in pace remitti.*
21 *Damna remiſſa in pace non ſunt remiſſa quo ad Deum.*
22 *Milites rapientes in bello iniuſto non excuſantur per fędera, quo ad Deum.*
23 *Capta amicis pro tutela, finito bello debent eis reſtitui.*
24 *Rapta ſuis etiam amiſſa cum hoſtibus, tenentur raptores reſtituere.*
25 *Caſtrum uaſalli põt dominus munire, debet tñ gratis reſtituere finito bello.*

26 *Castella in limitrophis possunt construi etiam facta pace.*
27 *Causa noua non pertinet ad antiqua fœdera.*
28 *Pax non dicitur violari ex leui re, neque etiam ex graui suspicione, & n.39*
29 *Pacem non violat qui aufert lucrum à se proueniens.*
30 *Pax obligat successorem.*
31 *Vasallus an cedi alteri possit pro bono pacis.*
32 *Rex non donat loca regni inuitis populis, neque inconsultis proceribus.*
33 *Pax pro adhœrentibus an contineat adhœrentes posteà factos.*
34 *Initium attenditur.*
35 *Pax non violatur si noua causa nouam offensam inducat.*
36 *Bannitus potest offendi pace non obstante, quod tamen intellige cum distinctione de qua ibi.*
37 *Pax an violetur ex adulterio, aut furto, & in versi. dum verò dixi sub nu. 42. & nu. 53.*
38 *Offensa in dubio an censeatur facta ex antiqua causa an ex noua.*
39 *Alapa seu colaphus grauior est offensa quàm vulnus, & nu. 65.*
40 *Offensa ex multis circumstantijs consideratur.*
41 *Rixæ est auctor qui iracundiam prouocat.*
42 *Prouocatus ex iniuria non conuenitur iniuriarum.*
43 *Pax an violetur ex offensa adhærentis qui nundum ratam eam habuerat.*
44 *Offensus non violat pacem si offendit offensorem.*
45 *Etiam si adsit clausula Rato manente pacto, & infra nu. 51.*
46 *Ratihabitio non debet per aduersarium impediri præcipiti festinantia.*
47 *Pœna an applicetur offenso an uerò omnibus contrahentibus.*
48 *Qui facit pacem pro se & suis tenetur facere, & curare, quòd ratam habeant.*
49 *Contrauentio vnius non præiudicat alijs illius partis quin pace fruãtur, & sub nu. 53. versi. dum etiam dixi.*
50 *Pax duarum villarum restringitur quo ad homines illius qui.*
51 *Offensus reoffendens non tenetur de pace facta, etiam si adsit clausula rato manente pacto, vel clausula pœna committenda toties quoties.*
52 *Clausulæ supradictæ solum operantur contra primum violatorem uide tamen ibi aliqua in contrarium.*
53 *Adulterio violatur pax si sit latè concepta.*
54 *Pax an sit necessaria ab omnibus hœredibus, si ex statuto prodest pax.*
55 *Pœna ex conuentione qualiter distribuatur.*
56 *Pacem tutor an faciat pro pupillo.*
57 *Filius non hœres an pacem faciat quæ prosit stante statuto quod pœnam leuat pace ab hœrede habita.*
58. *Filia potest facere pacem & sub nu. 64.*

59 *Pater pacem facere potest pro filij iniuria.*
60 *Quid ècontra an filius pro facta patri viuenti.*
61 *Abbas pacem facit de iniuria monaci.*
62 *Episcopus pacem facit pro offenso clerico.*
63 *Pacem an faciant syndici pro iniuria ciuitatis.*
64 *Spurius an accuset, an etiam pacem faciat de nece patris.*
65 *Pax an fieri possit ita vt offendens det se in manum offensi ad eius discretionem.*
66 *Discretio & arbitrium quale eo in casu esse debeat.*
67 *Submittens se bonæ gratiæ non potest in personam puniri.*
68 *Idem si se submittat voluntati.*
69 *Aliàs debet reponi in priorem statum.*
70 *Discretio importat arbitrium boni viri.*
71 *Pacem facere partes cogi possunt.*
72 *Papa cogit Principes ad pacem.*
73 *Abolitio facta subditis an comprehendat etiam mediatos, uidelicet, homines subditos vasallo Principis.*
74 *Pax cum restitutione rebellium continet etiam defunctos.*
75 *Si hostes debent ex fœdere decedere de Prouincia relictis castris non extenditur fœdus ad eos qui habent bona iure suo priuato.*
76 *Principis assertioni an sit credendum in tertij præiudicium,*
77 *Rebellis ex assertione Principis cum bonorũ confiscatione causa non cognita, an iustè bona recuperet vbi latè examinantur cõsi. Decij. 410. 544*
78 *Instrumentum de crimine fieri non potest.*
79 *Assertio Principis præiudicat cum distinctione vt ibi.*
80 *Notorius Rebellis potest spoliari & exequi absque vlla sententia.*
81 *Dispositio cle. i. de proba. procedit solùm in supremo Principe.*
82 *Vicarius Imperialis minor est Imperatore.*
83 *Impetrans bona Rebellis potest petere vt causa cognita declaretur talis, Et alter potest se opponere, & recipientur vtriusque probationes.*
84 *Rebellis etiam occultus potest impunè occidi. Et post homicidium quæretur de eius iustitia uel iniustitia.*
85 *Fœdera de non recipiendis exulibus an restringantur ad tẽpus præsens an uerò contineantur, etiam futuri temporis exules.*
86 *Item an extendantur ad exulem restitutum, & denuò ex bannitum.*
87 *Bona alienata de consensu creditoris, & redempta non reuertuntur in priorem hypothecam, & si bona futura sint oppignerata, & ratio ibi dicitur.*
88 *Recedens de licentia creditoris, reuersus reincidit in prius vinculum de non recedendo.*

89 *Recomendo uerbum transfert coſtodiam.*
90 *Cuſtos exercet ea quæ ad cuſtodiam ſunt neceſſaria.*
91 *Cuſtos arcis an habeat exercitum Iuriſditionis aut Imperij.*
92 *Capitaneus guardiæ habet conceſſam modicam coertionem ſed grauiora refert ad dominum.*
93 *Cuſtos arcis amiſſæ, ad quid obligetur.*
94 *Cuſtos id quod eſt eſſe non deſinat.*
95 *Pęnę omnes in Priucipe ſunt arbitrariæ.*
96 *Somnus non excuſat etiam quandoque à morte.*
97 *Cuſtos mercenarius tenetur etiam ex damno fatali.*
98 *Cuſtos ſubſtituens alium, qui amittit caſtrum excuſatur ſi ſubſtituit nobilem non aliàs.*
99 *Cuſtodia aduerſus vim parum proficit.*
100 *Culpa prȩcedens caſum non excuſat.*
101 *Cuſtos non obligatur ad impoſſibile, & nu. 102. in fi. & nu. 109.*
102 *Cuſtos tenetur etiam de vi, quando accepit cuſtodiam tempore belli.*
103 *Cuſtos ſtipendiarius tenetur de damnis fatalibus.*
104 *Cuſtos arcis etiam furtiuæ debet eam reſtituere ei à quo accepit, non vero domino, etiam ſi Papa aliud iuberet.*
105 *Dedentes arces malè faciunt pecuniam accipiendo etiam cùm non poſſunt reſiſtere.*
106 *Caſtellanus neque verba faciat de deditione.*
107 *Caſtelliani fideiuſſor tenetur ad quanti intereſt, non ad pȩnam conuentam.*
108 *Item neque tenetur ſi is arcem prodidit ſaltem corporalem.*
109 *Præfectus præſidio qui patitur hoſtes prædari cum poſſit prohibere grauiter punitur.*
110 *Caſtellani ad ſonum tubæ fugere non debent.*
111 *Pace facta, alteri occidunt vnum ex alijs, & domum eius expoliant, an duplex pœna conuentionalis committatur diſtingue.*
112 *Pax eſt unica, non tot Paces quot perſonæ.*
113 *Furtum non fit iacenti hæreditati.*
114 *Hæreditati iacenti, vis, & clamdeſtinitas inferri poteſt etiam ſi non furtũ*
115 *Item & datur aquilia pro damno dato, ea iacente.*
116 *Ratio autem cur furti actio non datur, etiam adita hæreditate datur ibi præter alios.*
117 *Intellectus nouus ad legem ſi homo, ff. de uſucap.*
118 *Qui tenetur de pœna pacis fractæ an teneatur pȩna opem præſtantis.*
119 *Quis non poteſt eſſe ex eodem facto principalis, & acceſſorius.*
120 *Delicta plura quando confundantur.*
121 *Præſtans opem duobus tenetur tantum de vno auxilio.*

122 *Ignorantia aliquando excusat crimen.*
123 *Animus & intentio quando attendatur in delictis remissiuè.*
124 *Iniuria debet statim ad animum reuocare.*
125 *Iniuria præsumitur remissa si sequantur signa reconciliationis.*
126 *Signa reconciliationis quæ sint.*
127 *Confessio pœnitentialis an arguat ad remissionem iniuriæ.*
128 *Duellum est à iure improbatum.*
129 *Duellum est furia contra omnem humanitatem.*
130 *Duellum debet esse vltimum refugium.*
131 *Duellum ex generali consuetudine non est illicitum.*
132 *Duellum etiam pro innocentia defendenda est exosum legibus.*
133 *Consuetudo non excusat duellantes.*
134 *Signa reconciliationis debent esse certa & concludentia.*
135 *Equiuoca probatio non prodest.*
136 *Lex filio, ff. de libe. præte. declarata aliter quàm ab alijs* Doc.
137 *Adoptio naturalis filij, & emancipati ac exhæredati non tollit ipsam exhæredationem, rationem uide ibi.*

Pacis fœdera ad quos extendantur.
Titulus II.

1 QVAERO †etiam facta pace inter ipsos Principales belli auctores, puta inter hos potentissi. Reges Hispaniarũ,& Galliæ,an extendatur ad eorũ subditos, Adhærẽtes,amicos fœderatos?& quòd ad fœderatos nõ extendatur no.Gem.& Fran.in c.ad apostolicę,in prin.de re iu.in vj.Idẽ dixit Panor.in c.j. de postul.præla.in viii.col.ver.ex prædictis,Alex.contrarium tenet in l.si conuenerit.§.si nuda,in prima add.ad Bar.in fi.ff.de pig. ac.allegat,d.c.j.de postu.præla.& Inno.ac Io.An.in d.c.ad apostolicę Ang.verò,in l.quæ religiosis,ff.de rei ven.distinguit aut verba pacis sunt concepta in rem,& includunt Adhærentes, aut in personam,& non includunt maximè si fit adiecta stipulatio, cuius est vis ne patiatur extensionem, Nisi hoc vltimo casu vbi adhærentes non contineantur non possit aliter esse consultum principali, Sed, & Bald. in d. consi. cxcv. laudare vos, libro ij. in iiij. colum.
2 versicu. Sed vt dictum est, dicit † quòd pax ipsa est stricti iuris velut contractus transactionis, & propterea infert quòd obmissum debet haberi pro omisso, Tutius est ergo clarè paci-

ſci.& de eis claram, & expreſſam mentionem facere quod Angel. dixit in d.l. quę religioſis, & colligitur ex dictis Innoc. in d. capitu. j. prout refert ibi Panor. dum commendat fidem ſedis Apoſtolicæ quæ non conſueuit pacem facere neque tractare niſi comprehendantur Adhærentes ſui, infertque ibi quod malè faciunt,& infideliter qui eos non includunt. Vidimus tamen anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto pacem factam inter Carolum Imperatorem & Franciſcum Franciæ Regem in qua non fuit incluſus Henricus Britaniæ Rex tunc fœderatus Caroli, ſed vt erat Cæſar Conſtantis fidei credendum eſt factum id fuiſſe conſentiente Henrico fortè etiam vterque Rex erat Principalis in bello,& vterque ſuis auſpicijs Galliæ bellum indixerat, Et vide quæ dixi ſuprà tit. In quos fide icõmiſſo, & denunciatio belli exerce. num. 3. Et ſecundum ſupraſcripta valde dubium redditur dictum Bal. in l. ij. col. xiij. verſi. & no. quòd quando aliquis di-
3 fidatur C. de ſerui. tit. generali vbi concludit † quòd cum Principi bellum indicitur cenſetur etiam indictum contra omnes eius complices,& auxiliantes, quod ſimpliciter, more ſuo, refert, & ſequitur Iac. à Santo Geor. in ſua inueſt. in tit. de adheren. nu. 14. Nam cum non comprehendantur in pace, quod eſt factum fauorabile, & latè intelligendum, multo minus extendetur vt eos comprehen-
4 dat factum odioſum † Poſſet fortè non abſurdè diſtingui inter adhęrẽtes de quibus loquitur Fely. in rub. de treu. & pa. nu. 11. qui afsiſtunt principali ope, conſilio, & voluntate quales ſunt familiares, & domeſtici, quibus ipſa nominis etymologia & proprietas aſſiſtit eò quòd illi adhęreant, & quaſi illo fulciantur, & ſubſtentur, ad quod facit illud, mihi autem adhęrere Deo bonum eſt, & alibi, Adhæſit anima mea poſt te, & iſto ſtationabile eſt dicere comprehendi tam in bello quàm etiam in pace. Et fortè idem in perpetuò fœderatis & adhærentibus de quibus loquitur tex. in l. non dubito, ff. de capti. & poſtli. reuer. quales ſunt ij, qui de feudis ſuis faciũt
5 adhęrentias, maioribus Dominis & Principibus, † qui licet nõ efficiantur eorum ſubditi neque vaſalli, parum tamen ab eis diferunt & inter adhærentes æquales, auctoritate ſaltem, & libertatem, & tunc crederem eos non comprehendi cum ſint digni ſpeciali nota. argumento l. item apud Labeonem. §. hoc edictum, ff. de iniu. Et cum ſint multi æquè Principales, etiam ſi vnus eximatur alter non liberatur & eſt etiam arg. tex. in l. vlti. ff. de duo. re. quam l. ad conſimilem quęſtionem inducit Bar. ibi in ij. q. de pluribus qui ſimul fecerunt pacem & promiſerunt ſub pœna non offende-

re,

re,an pœna commissa ex contrauentione vnius committatur contra omnes illius partis,quod etiam Bar.tractat in autẽt.hoc ita in
6 xiij.q.C.eo.tit.de quo dicam aliquid infra. Qui verò † dicantur adhęrentes declarat Ang.in auc.de hęre.& fal.in princi. in ij. col. versi.ex hoc no.vbi etiam loquitur de sequacibus,participibus attinentibus,& caporali,sunt etiam remissiones de hoc apud Fely.in c.olim,el.ij.col.ij.in fi.versi. no. ibi in eos adhærentes de causa vbi allegando Ang. dicit quòd adhęrentes sunt subditi quod debet intelligi secundum primum modum suprà per me dictum. De his etiam loquitur Fely. in rub. de treug. & pa. in v. declaratione vbi etiam dicit quòd faciens pacem debet promittere de familiaribus,socialibus,adhęrentibus,& cęteris consimilibus, vbi etiam dixit Bal.in l.j.versi.vj.operatur C.de episco. & cler. dixit etiã Bar. in l.j.C.si rector prouin.quòd si fiat pax pro complicibus, & participibus continebuntur etiam filij, nepotes, & propinqui, Item & consiliarij,ac domestici vnde,& dixit Bal.in l.j.in v.not.C.de rap. virgi. quòd iniuria facta vni, censetur facta toti consanguinitati & casatę. Verum vt materia ista adhęrentium magis innotescat.
7 Notandum est primò quòd regulariter ex huiusmodi † adhærentia nulla confertur iurisdictio in eum cui quis adhæret ita Bal. in consi. DVj.in tres marchiones lib.v.And. Sic. quem vocant Barba. in consi.xj.Illud afferam in medium,sub nu.31.in fi.lib.ij.vbi dicit
8 † quòd non sunt sub illius dominio cui adhærent, Sed sub eius protectione,allegat tex.vbi optimè probatur in c.recipimus,in fi.
9 de priui. † Et dicit quòd debet eos defendere etiam cum armis si oporteat vt per Bal.in prima consti.fforum.in princi. nu. 7. quod tamen intellige, & restringe si iniusti opprimantur iuxta Glo. in d.c.recepimus,& Barba. in d. consi.xj.numero 32.circa medium,
10 vbi dicit aliud not. † quòd in dubio is qui adhæret censetur reseruasse ius superioris, & domini sui quod prius dixerat sub numero 15.& rursum nu.35.in fi.& sub nume 42.versic.stat ergo vera conclusio,Dicit tamen Bal.in d.consi. DVj.quòd si constet,quòd fœderatus vel adhærens voluit subijci, sibi præiudicat, Distinguit tamen quia aut talis submissio accedit contractui innominato, & non erit locus pœnitentiæ aut est simpliciter facta vel est simplex prorogatio & tũc secus,quod latius ibi videbis in fi.cõsilij. Di-
11 xit etiã Bru.in cõs.lxxxvj.dubitatur an Regis Maiestas † quòd vasallus Imperatoris etiam sine eius licentia potest facere adhærentiam,& ligam,seu confęderationem cum Rege quando habet vicinos potentes,quibus non posset resistere,& Imperator lungè abest,

neque

neque ei poteſt commodè ſubuenire allegat Bar.in extrauag.qui ſint reb.& Bal.in c.j.de iudicijs,& etiam ipſe dicit quòd hæc confederatio non inducit ſuperioritatem aut ſubiectionem,ibi etiam dicit quòd ſi vnus ex adherentibus expellat alium poterit Rex de eo ſe intromittere vrbanè tamen,& expulſos reſtituere ac defendere.Imò etiam cum armis,& allegat Ray. ff.de re mil.l. non omnes. Additque poſtremo quòd ſi per mille annos alter ex fœderatis alium non requireret ad defenſionem quia caſus non euenit, non eſt propterea decurſa pręſcriptio. Dicit etiam Barba.in d.conſ.
12 xi.nume.19. † quòd ſi quis adhærentiam faciat cum inimico domini ſui perdit ipſo iure feudum, quia eo ipſo præſumitur proditor,Quod & dixit verum eſſe etiam ſi inimicitia adhuc erat velata,& latens,erat tamen in procinctu erúpendi. Allegat Bal. in c. i. qui.mo.feu.amit. quam materiam latè videbis apud Cur. in tract.
13 feu.in iiii.par.principali q.xv. † De eo etiam qui adhæſit inimico Domini ſui,& depingi fecit eius inſignia, & arma ſuprà ſuum caſtrum quòd ſit feudo priuandus dixit Sozi.in conſ.lxxxvii.ſub nu.
14 21. lib. iii. An autem † facta pace inter priuatos ſi famuli inter ſe alteri contra alteros rixentur dicatur contrauentum paci per Dominos,videndus eſt Bar.in l.i.§.familiæ,ff.de publica.& in l.ne quid,de incen.rui.naufra.& diſtinguendum videtur,aut peccat famulus circa ea in quibus erat à domino præpoſitus, & eum obligat,aut in extraneis & non obligat. In hoc tamen de pace cenſerẽ Dñm teneri exhibere famulũ, vt per Bar.in l.i.ff.ad l.Iul.rep.dum dicit quòd eum exhibendo liberatur, Aliàs vix vt puto excuſaretur,niſi oſtenderet nouam exortam cauſam rixæ,quod infra latius proſequar;quamuis dicat Bal.in l.ad inuidiam C.quod me. cauſa, quòd non preſumitur factum de ſcientia Domini,verum propter. pœnalem ſtipulationem quæ ſolet paci apponi crederem Dominum indiſtinctè obligari ad pœnam. Poteſt autem (vt id obiter
15 dicam) † longè referre an quis tanquam principalis, ſiue vt vocant, Caporalis interuenerit facto an verò vti aſſecla ſiue ſequax atque adhærens, maximè in caſu cum alicui damnum eſt iniuria datum,quod propterea ſarciendum venit,qui enim, vti aſſecla accеſsit tenetur de facto ſuo dumtaxat,Qui verò alios coegit, & conuocauit tenetur inſolidum,& de facto omnium;Ita Bar.in l.ii.§. ſi quis non hominem,C.vi bon.rapto.vbi infert ad caſum cuiusdam Comitis Alberti qui opem tulit exulibus Bononienſibus,cuius comitis fecit etiam mentionem Bal.in l.i.col.iiii.verſi.ſed quęro qui dicantur principales, C. de fer. fug. vbi tamen infert quòd dictus

Comes

Comes tenebitur de facto omnium quos secum duxit, vnde, vides quòd diuerso respectu vnus atque idē potest considerari vti principalis & vti assecla, quàm ēt materiā latè Alex. prosequitur in cōsi. ciij. li. j. vbi etiam declarat quis dicatur caporalis, & qualiter obligetur. tenentur ēt isti principales ad aliud, nā si conuocatis à se dā ni aliquid contingat debent illud satisfacere, nisi factum erat illicitum, quod & dixi supra alio in loco, ita Bart. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi. quod latè tractat An. de Bu. in c. olim, el j. col. vj. versi. venio ad sextum quæsitum de resti. spo. vbi etiam dicit vocatis ad iustum bellum damna non refici per vocantem, quā do ipsi sponte secuti sunt eum. Puta propter pietatem, comitatem, vel affinitatem, vel nisi eum secuti sint ex debito, cum ad id tene-
16 rentur, Ibique addit Anto. † vnum quod idiotis & vulgaribus videbitur iniustum, quòd si ego commodaui equum vel quid aliud Ituro ad prælium vel ad aliud periculum, si illum amittat non tenetur illum mihi satisfacere, quia de natura huius contractus est vt casus in re commodata superueniens, citra culpam suscipientis, cedat damno comodantis, qui debuit cogitare hoc euenire posse, Ego tamen cum equum ita ab amico commodato accepissem, isque in regressum captus fuisset ab hostibus famulo commodantis, quem mecum miserat vt eum reduceret, persolui ei pretium, ne daretur occasio detractioni, & quia multa licent vt ait Apostolus, quę tamen non expediunt, qui tamen iure vti vellet iniuriam nullam infert. Quod verò supra dictum est ex Bal. pacem factam pro se, & adhærentibus ac cōplicibus ēt attinentes, & propinquos cōprehendere videtur habere contradictorē Bart. & multos alios qui in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, de ver. ob. dixit quòd qui offendit fratrē eius, cū quo pacē fecit nō tenetur pęna pacis violatæ seu fractæ, Distinguendū & tamen, latè an strictè pax cōclusa sit, si enim strictè, & simpliciter fiat, non egreditur personas contrahentes, & procedit dictū Bar. Nisi ex vetere odio constaret offensum fratrē quod tamen Alex. neq; alij, in d. §. Chysogonus nō tangunt, & infra suo loco tractabitur, aliàs verò si verba sint latè concepta vera est aliorum opinio. Qui verò plura de adhęrentibus volet scire videat Iac. à S. Geor. in d. trac. de adhæ. vbi ĩter cętera quæ colligit ex aliorum scriptis vnū tractat, quòd in seq. quæstione latius inuestigare constitui, cum sit factum his nostris bellicis temporibus & conueniens, & frequentatum, multi enim siue vt rem augerent, siue vt tuto domi essent, & rebus suis consulerent dum essent masculini (vt grammatici loquuntur) generis elegerunt esse generis promiscui.

17 Quæro igitur † quidam nobilis Cæſareæ partis Incolatu,corpo re & iuramento feudali,more præuaricatorum,qui ex vtraque par te conſiſtunt,imò ex altera vt dicitur in l.j. ff. de præuarica. & qui prodita ſuorum cauſa diuerſam partem adiuuãt,vt in l.athletas .§. prȩuaricator.ff.de his qui,no.infa.& de quibus dicitur,in c.j.q.iii. diſt.cum corpore nobiſcum eſſe videantur mente tamen atq; ani mo contra nos ſunt,multoque ſunt nequiores hoſtes quàm qui fo- ris ſunt,De quibus etiam loquitur,tex.in c.j.verſic. Item præcepit Dominus.xiij.q.j.mus in pera,ſerpens in gremio,ignis in ſinu,ſuos remunerant hoſpites,cũ nihil profit corpore domi eſſe,ſi quis men te alienus,atque exterus aut hoſtis ſit vt dicitur,in l.nihil intereſt, ff.de capti.& poſtli.re.Hos verò proditores vocat,Bald.in c.j.col. vj.verſi.de proditore,qui.bo.feu. amit. reuelator inquit ſecretorũ proditor eſt.Infames etiam hos eſſe probat, d.§.Itẽ præuaricator, Hos etiam infideles,& rebelles dicit Barto.in trac. qui ſint reb.in verſi,rebellis,verſi.quædam eſt infidelitas,& verſi.Item no.Quod vſque adeò in comperto eſt,vt ſua ipſorum cõſcientia vt arbitror nequeant excuſari , Hic inquam nobilis, verè inquam , & nobilis, & notabilis,quando;& ignominioſa eſt ẽt notio,De qua Catullus.

Quid eſt,qualibet eſſe notus optas?

18 Hic igitur † durante bello conſilio , & rellatione ac monitis fauit hoſtibus quantum potuit detecto facinore poſt ſecutam pacem vt carcerem,& pœnam facinoris huius euadat allegat fædera,quibus generaliter cauetur parci rebellibus vtriuſque partis , & fautori- bus ac ſequacibus an prodeſſe valeat hæc excuſatio? Hunc caſum conſultus in factu Ang. latè diſcutit,in conſi. cclvij. quod incipit inter capitula pacis, concludens illum comprȩhendi in fœdere cũ verè ſit ex adhærentibus hoſtium quod magno facinore compro- batum eſt,cùm propriam proderet Patriam,& per alia multa argu menta quibus vtitur,Ego in primis inſpicienda puto capitula fœ deris quod iam multoties dixi , latè enim adeò poſſent eſſe conce ptas vt hunc caſum continerent,Aliàs verò vbi in verbis poſſet eſ- ſe ambiguitas non putarem errare Iudicem,qui tantum crimen in ultum non ſineret , Nam & in re dubia contra eum fit interpreta- tio qui ſe fundat ex ſcriptura iuxta , vulg.l.veteribus. ff.de pac. & l.Labeo.ff.de contrahen.emp.& quia cum certum & inexcuſabile ſit crimen , etiam in re in iure ambigua , fauorabilius eſt publico proſpicere commodo,quod etiam in pȩnis poteſt fieri,vt per Dy. in reg.odia de reg.iu.in vj. Caueant igitur omnes à tanto ſcele- re,& præſertim nobiles , quos magis decent boni & ſancti mores,

ne rem

ne rem omnem,famam, vitam, animam denique ipſam ponant in diſcrimine,cum neque hoc ſit licitum apud Deum neque impunitum apud homines.Imò cùm & progeniem,& totam agnationem infamet,quando & in eis paterna crimina metuuntur digniq́ue vi dentur qui paterno mereantur perire ſupplicio, vt l.quiſquis. §.j. C.ad l.Iu.maieſ. Quod Cicer. ipſe ne credamus Imperiale culmen pœnę accerbitate ſibi voluiſſe proſpicere, magna ratione inductũ dicit in epiſtola ad M. Brutum inter familiares, Præclarè hoc inquit legibus comparatum eſt vt caritas liberorum amiciores parẽ
19 tes redderet Reipublicæ. Quæro etiam † an Duci Belli,quẽ ho die Capitaneum generalem vocant ,liceat pacem facere?& iam,ſupra reſpondi dum de poteſtate eius in faciendis inducijs diſtinxi, Dic ergo vt ibi.quia ſi non eſt ipſe Princeps, aut non habet ab eo ſpeciale mandatum,non poteſt pacem facere,neque cõtinetur ſub generali mandato,vt l.mandato generali,ff.de procu.ita volunt in ſpecie Bar.Ang.& alij,in l.conuentionem.ff.de pac. Item quæro
20 † an Princeps,vel Ciuitas libera faciens pacem poſsit ex pacto remittere reſtitutionem damnorum ſuis ciuibus, & ſubditis illatorum,Bal.in l.ſi domus.ff.de ſerui.vrba.præ.allegat Hoſt. in ſum.dicentem quòd non poteſt,niſi populus,& damnũ paſsi conſentiant. quod etiam ſequi videtur Panor.in c.quanto, in iiij.no.de iureiu. Et quamuis iſtud ſit regulariter verum ſecus tamẽ ſi Princeps hoc faciat ex cauſa quę publicam vtilitatem reſpiciat,vt hoc ipſo caſu cum fit pro bono pacis,ita no.dicit Deci.conſi.DXX.nu.4.& ſequẽ. vbi multa allegat pro confirmatione,& dicit quòd hęc opi.eſt cõmunis à qua nemo diſentit, At Io.Lupi,in trac.de bello, in §.rogo bonæ dicit quòd ſi pax aliter fieri non poteſt ferendum eſt quod facit Princeps remittendo damna,quamuis enim valde præiudicet in hoc ſubditis,magno tamen viciſsim afficit eos beneficio dũ pacem eis conficit,quod ſatis eſt conſonum aliorum dictis ſolaigi tur relinquitur quæſtio voluntatis, quod reſoluitur ex verbis fœ-
21 deris. Sed an † is qui damnum intulit ſit tutus in conſcientia &
22 apud Deum ex huiuſmodi remiſsione,& fœdere,& loquor † tã de ipſo Principe qui fecit bellum,quàm de militibus eius,& ſiue quis bellum iniuſtè inferat,ſiue iuſtè,ſibi illatum iniuſtè defendat concludunt Doct.non eſſe eos tutos,ita concludit præfatus Lupi,in d. tracta.de bello loco ſupra allegato & Apertius Ange. de Claua.in ſua ſumm.in verſi.bellum.§.xiiij. vbi tenet quòd non poteſt Princeps qui iniuſtum fecit bellum temittere damna,etiam ſuorũ ſubditorũ,quod facit ad præcedentẽ quęſtionẽ,quia pauperes ſubditi

non ſunt in culpa,etiam ſi bellum ſit iniuſtum quia ducuntur velut pecudes per paſtorem quocunque volunt rectores,& Duces,Neque hoc repugnat his quæ dixi ſupra ſi bellum ſit iuſtum licere de prædari contrarios ſubditos, hoc enim licèt excuſet hoſtes, quia iuſtè faciunt vt ibi,non tamen excuſat Principem iniuſtè reſiſtentem, & cauſam damno ſuorum afferentem vt hic, Multo ergo minus erit ſecurus à damnis illatis per ſuos milites aduerſæ parti, quidquid dicatur in fœdere & capitulis pacis, Et huc pertinet, quod dixit Barba.in conſi.xxxviij.colum.iij. lib.j. allegando Pet. de Ancha.in c. ad apoſtolicæ,de re iu. & in reg. peccati venia, de regu.iur.in vj. quòd eſto quòd ciuitates ex fœdere pepigerint ne fiat ius pro inuicem ablatis,non erunt tamen tuti raptores in conſcientia imò & poterit vt ipſe dicit, dominus rei ablatæ condicere eam,non obſtante fœdere,Quod fortè erit reſtringendum ad id quod proximè dicam,in verſic.vnum tamen, vel fortè poteſt ſimpliciter dici, quòd etiam fœdere non obſtante cùm tractetur de materia peccati, recurri poterit ad iudicem eccleſiaſticum,vtendo euangelica illa monitione de qua latè Can. tractant, in capit. nouit,extra de iudi.in Principè verò ex cuius parte erat iuſtitia Belli,dicit Angel. quòd ſi aliter non poteſt pacem conſequi niſi remittat offenſas, & damna excuſatur quo ad Deum ſi damno afficit ſuos populos,poſtque cogitur ſic facere,Neque tamen hoc pactum vt dixi, proderit aduerſario Principi quo ad Deum neque eius ſequacibus, cum non poſsit Princeps abſque cauſa relaxare ea quæ ſunt iuris Diuini, prout eſt præceptum, Ne furtum facias, ſub quo proculdubio rapina continetur quod eſt improbius furtum, & omnis illicita vſurpatio vt dicitur in ea ſum. in verſicul. furtum. §. xxxiiij. Caueant igitur Principes ne bellum leui ex cauſa ſuſcipiant,ne ve ex iniuſta,Et ſi enim ſoluti ſint legibus,non ſunt tamen ſoluti Deo, & quamuis habeant ſæpè perniciosos conſultores ad latus,& tam eccleſiaſticos,quàm laicos,qui vel adulatione vel metu omnia ad nutum eorum loquuntur, & confingunt ac expiſcantur iuſtificationes ex parte ſua vt videantur iuſtè moueri, de quibus verè dici poteſt quærentes excuſationes in peccatis vtantur Reges, vtantur Principes boni, intellectu, & prudentia ſua & ſcrutentur ſuamet corda,quia in eis inuenient recta conſilia, & veritatem ac iuſtitiam belli. Caueant etiam milites, & præſertim voluntarij qui ſolo ſtipendio incitantur, nullam enim ſunt habituri excuſationem apud Deum pro damnis quæ inferunt ſiue populo, ſuę partis. Siue etiam partis hoſtilis

ſtilis, quod dixi ſupra titulo. an ſemper parendum ſit princip. ad mili. vo. numero 4. Vnum tamen dixit Afflict. in hac materia remiſsionis damnorum quod non eſt ſilentio prætermittendum, & videlicet quod ſupradicta concluſio procedit in pace generali, & quæ fit cum aduerſario ſui iuris & libero, ſecus ſi cum ſubdito: vt ſi Rex Franciæ moueat bellum Duci Borboni, hoc enim caſu non poteſt Rex in fœdere & pace remittere Duci, & ſuis damna quæ intulit ſubditis Regni, niſi velit eis Rex de ſuo ſatisfacere, Ita ipſe in vſi.feu.in titu.de cap.qui cu. ven.capit.j.§.ſimiliter,numero 25.& fortè potiſsima huius dicti ratio in hoc conſiſtit, quia cum poſsit Rex veriſsimiliter ſuum cogere vaſallum vt damna iſta reſarciat,nulla ſubeſt neceſsitas publici boni,quæ ſuadeat remitti damna illata, fortè tamen etiam hoc caſu diſtinguendum eſſet,vt in alio ſuperiore, an poſſet commodè, Rex pacem facere abſque iſta remiſsione an non. Ipſe tamen Afflic.ſimpliciter loquitur,& nihil horum dicit,Allegat etiam quædam conſilia Alexan.quæ ego non inuenio, fortè quia liber meus, eſt corruptus. Aliud poſtremo,no.ad hanc reſtitutionis raptorum materiam quod dixit Bald. in l. vlti. C. de conditio. ob tur.

23 cauſam † quòd ciuitates quæ tempore belli inuadunt caſtra, quæ nolunt poſteà reſtituere, niſi accepta pecunia turpiter eam accipiunt, & poteſt pecunia illa ab eis condici, etiam capitulis ſubſequutę pacis non obſtantibus,& credo quòd loquatur de caſtris captis alijsquam hoſtibus, nam capta ex hoſtibus præſuppoſita belli iuſtitia conceſſum eſt omni iure retinere tam diuino,quàm gentium,vt eſt ſupra ſuo loco dictum, Additque ibi Bald. idem eſſe in iſtis latrunculis, & prædonibus quos ipſi Maſcalzones vocat, qui

24 nolunt prædam reſtituere,niſi accepto pretio† Idem quoque dicit in Sacomanis qui ſunt iſti famuli militi qui capiunt & furãtur alieno boues & alius eis extorquet etiam ſi ſint hoſtes qui extorqueãt quod teneantur nihilominus eos ſatisfacere domino cuius erant, poſſuntque puniri de furto,& abiegatu,quod omninò procedit ẽt in militibus,qui vim ſuam non debent conuertere ab hoſtibus in ſuos,vt dicitur,in l.etiã,C.loca.quod tamẽ diebus noſtris frequentiſsime fit,atque impunè. Quod verò dixi ſupra proximè, quòd caſtra capta ſuis ſunt Dominis reſtituenda abſque pretio, dic eſſe verũ ẽt ſi Princeps, vel ciuitas magnã in eo muniẽdo feciſſet impẽſam,quod vtiq; põt facere tã in re feudali,& quę ſit ſua pro directo iure,quàm etiam in ea quæ pleniſsimo iure ad ſubditum ſpectet vt eſt textus. in l.ſi ita legatus. §.Dominus, ff. de vſu. & habi. vbi

Albe.

Albe.no.& Bal.in c.j.§.quid ergo,de inuesti.de re alie.fac. vbi dicit quòd Dominus custodiri faciet hoc casu castrũ non eiecto vasallo,& nullo malo ingenio, quod est dicere non esse confingendã necessitatem si verè non subest,neque sumendam occasionem pro causa,quod quandoque faciunt ministri Principum.Hoc idem tractat Bal.in l.si in aliquam,versi. extra quæro,ff.de offi.procon.& lega. vbi etiam dicit quòd nullam repetit impensam à domino rei seu vasallo,cum sui ipsius intuitu & commodo ac bono publico eã fecerit,Neque debet mirum videri quòd castrum vel alia res priuati possit ex causa vtilitatis, publicæ vsurpari, & muniri quando hoc etiam de ecclesia ipsa fieri posse tenuerunt Pe.& Cy.prout refert Bal.in l.ij.C.de sum.Tri.quod latius tractaui supra suo loco.

Aliud etiam no.quod valde pertinet ad conclusionem factam supra quòd possint damna remitti ex fœdere, quòd si facta sit pax, & remissa sunt inuicem damna iniuriæ,& interesse cum pacto solẽni de vltra non petendo, poterit nihilominus vendicari castrum indebitè occupatum, quia suprascriptum pactum rei vendicationem non continet,ita Alex.in consi.clxviij.requisitus vt breuibus dicam,lib.ij.Caue tamen quia loquitur in castro ante bellum indebitè occupato, sed si esset occupatũ in bello essetque inter eos qui auctoritatem habeant belli faciendi,& iustè moti fuissent, crederem non posse castrum vendicari,tum propter ius gentium, & belli,tum,& propter fœdera quæ si non excludunt vendicationem eã tamen non includunt, nisi esset castrum hominis priuati captum fortè quia erat alterius partis,vt sæpè contingit his nostris bellis, tunc enim absolutè verum esset quod Alex.dixit.De quo etiam su
26 pra est habitus sermo alio loco. Quæro insuper † an facta pace liceat principi construere castella,& munire loca quæ habet in limitrophis,& confinibus alterius cum quo facta est in suo tamen,& Bar.in Rub.C.de metha.li.xij.videtur concludere quòd non.videtur tamen loqui in casu cum ita erat ex fœdere conuentum,quo casu res est clara.Bal.verò,qui nihil reliquit intactum,latè hoc examinat in consi.cxcv.laudare vos,iam bis supra allegato,in ii.li.Ibi enim, secuta pace inter Ducem Mediolani,& Duces Ferrariæ,& Mantuæ qua cautũ erat neutrã partẽ innaturam externos transitu pontibus,armis,equis,commeatu neq; aliis eiusmodi,Mantuanus seu Ferrarienſis fecerat Pontẽ supra Padũ,Mediolanensis verò diuertebat eius aquã,& cõstruebat quoddã fortilitiũ,quærit Ibi Bal. an,& quis ex eis dicatur cõtrauenire cõuentis,& more suo subtiliter loqtur,& multa pulchra dicit in materia,cõclusio sua est quod

27

28

29

Castellum

Caſtellũ poſsit cõſtrui,&muniri,& flumẽ ipsũ auerti,& dicit quòd ita videmus de cõſuetudine obſeruari,quia Rex Franciæ conſtruit caſtella in cõfinibus Regis Angliæ,& èconuerſo,Idẽ facit Rex Angliæ; Habebat enim eo tempore Rex Angliæ in continenti, & citra mare prouincias, & oppida, quæ ſucceſſu temporis effecta ſunt ditionis Franciæ, prout, & nouiſsimè reuerſus eſt ſub poteſtate eius Ieius portus antiquis dictus, qui hodie vulgo dicitur Cales, & ſubiũgit ibi Bal.quòd hoc faciũt omnes Domini mũdi,quia vnuſquiſque poteſt,inquit,ſe in territorio ſuo præmunire,& non dicetur hoc propterea facere ad emulationem,ſed ad cautelam, & defenſionem:Hoc tamen,vt ego puto,apparebit ex circumſtantijs:& conſiderata qualitate perſonarum, & rerum. Nam ſi debilior, & impotentior Princeps muniat loca aliqua in confinibus potentioris,veriſimilius eſt quòd id faciat vt ſit tutior quàm vt ſit audacior in inuaſione, quod fortius crederem dicendum ſi iam paſſus eſſet occupationem & damna ab eodem Principe. Prudentis enim eſſet ad futuros caſus reſpicere,& ex præteritis futura penſare;Inſuper aliud eſt, Dicit Bal. quòd quid ſit in potentia nocendi, aliud quòd ſit in actu,Primo enim caſu nihil fit contra pacem, ſicut in ſimili poſthumus, inquit, teſtamentum non rumpit antequam naſcatur, eſto quod ſit in potentia naſcendi,quia potentia priuſquã ad actum perducatur ſimilis eſt conditioni pendenti,Imò etiam ſi eſſet,inquit,in actu nocendi, ſi non noceatur, non dicetur contra pacem fieri, ſi hic caſus non ſit expreſſius;nihil aliud enim eſt, ait, pax,quàm ipſa pacis capitula;Additque ibi quòd duplex eſt pax, vna quæ conſiderat præterita, altera quæ futura, & ſucceſsiua; & hæc ſecunda requirit perſeuerantiam tranquilitatis, ne recidiuis
27 iniurijs,iterum ad arma procedatur. † Et noua cauſa exoriens, & quæ non dependet à primis cauſis, non pertinet ad pacis violationem,ſicut non facit aduerſus tranſactionem aut ſententiam qui agit ex nouo Iure ſuperuento; quia pax eſt ſtricti Iuris, Prout neque per iudiciales controuerſias violatur pax,ſiue ſit publica, ſiue
28 priuata. † Neque etiam leui ex cauſa, neque etiam ex graui ſuſpicione,niſi ad actum ſit perducta,arg.c.j.§.ſi quis enim,qui. cau. feu.amit.Additque Bal.quòd ſi nouus & inopinatus caſus ſuperueniat cui pro bono publico oporteat prouideri,poteſt illi occuri,& remedio vti,neque tamen dicetur propterea paci contrauentum,
29 etiam ſi ei conſecutiuè repugnet non tamen principaliter; † Item addit quòd non infringit pacem is qui aufert lucrum quod alteri ex ſuo proueniebat,maximè ſi non fiat ad emulationẽ ſed ex cauſa neceſſaria.

neceſſaria. Diſtinguit etiam ibi cauſas, quæ belli occaſionem præbuerant, nam ſi ex perſonali offenſa proceſſerant non rumpitur pax niſi ex conſimili offenſa, cum pax & bellum ſint correlatiua: ſed ſi offenſæ præceſſerant & perſonales, & reales, pax omnia continebit, & qui in altero violat contrafacit omnibus, ſi tamen actus ſit retro ſimilis cæteris. Concludit poſtremò ibi Bal. quòd ſubtilitates & diſputationes circa iſta ſunt periculoſæ, & lites verius quàm leges, & propterea hortatur vt omnis belli occaſio prę-
cidantur, quia pax debet eſſe ſine inſidijs, vt ibi in fi. conſ. ex quibus ſoluitur quęſtio propoſita. Adde etiam quòd quando ex pacis fœdere caſtra vel alia loca capta in bello ſunt reſtituenda, debent reſtitui bona fide, Ita vt is cui reſtituuntur poſsidere ea tuto, & ſecurè poſsit ab ipſo qui prius inuaſerat, vnde nõ liceret ei in ip
ſius caſtri vel loci proximo loco, etiam ad ſe ſpectante, conſtruere alium locum munitum, quia non diceretur reſtituere bona fide. Ita Bar. in l. ratio. §. j. ff. de ac. emp. & eum allegat, & ſequitur Bal. in l. vlti. verſ. ſed pone quidam nobilis, C. de pac. inter emp. & ven. vterque allegat, c. Piſanis, extra de reſti. ſpo. qui eſt tex. no. in hoc
30 propoſito & ibi planè tractatur hęc materia. Et ſicut ipſe † Prin
ceps paciſcens non poteſt iſta noua caſtra conſtruere aut iam conſtructa tenere, ita neque poterit eius ſucceſſor, Ita Ro. conſi. lij. in quæſtione magnificorum, poſt medium, Et ibi circa fi. ſoluit obiectum quòd fieri poteſt quòd liceat in ſuo facere quod libet, neque enim licet ad emulationem, quę, vt ibi dicit in dubio præſumitur, niſi neceſſaria ſint ad cuſtodiam, vt ibi, & quòd ſucceſſor teneatur promiſſa prædeceſſoris ſeruare confirmat plenius Idem Ro. in con
31 ſil. cxvj. viſis neceſſarijs circa fin. An verò poſsit † Princeps pro
bono pacis vaſallum ſuum cedere alij Principi, puta ei cum quo bellũ geſsit, Io. Neuiza. inter conſ. Bru. conſ. xij. col. xxj. dicit quòd Azo. diſputauit iſtam quæſtionem pro Duce Bretaniæ quem Rex Franciæ in pace facta cum Rege Angliæ ei in vaſallum ceſſerat & dicit, quòd tenuit quòd non potuerit, quod latius dicit tenere Igneum in rep. l. donationes quas diuus, C. de don. inter vir. & vx quod latius proſequere. vt ibi Sozi. tamen in conſi. xxxix. col. pen. lib. iij. aliquid dicit in contrarium vide etiam ibi, & fortè in pace iſta vltima pars eſſet verior, quamuis regulariter non magis liceat Domino nouum dominum dare vaſallo, quàm ipſi vaſallo eum mutare. Et quamuis dixerit Paul. de Caſt. in conſil. lxx. nu. 6. lib. j. ſe
32 cundũ nouiſſ. impreſſ. quòd † Rex nõ donat ciuitatem vel loca Regni inuitis populis & inconſultis proceribus, ſed vt arbitror lungè

diſtant

distant donatio,& pacis seu etiam belli fœdera super quo latius est cogitandũ.In hanc verò partẽ mouit me, quod dixit Alex. in cõsi. xciiij.quod incipit visis & sępius recensitis,li.v.in pen.col.ver.sed præmissis non obstãtibus, dicit inquã ibi quod põt Princeps pro bono pacis castrũ vasallo penitus auferre,& dare alteri,quod est lũ gè fortior casus,& ibi allegat multa in hanc sententiam. Quæro
33 ẽt † cũ supradictum sit pacẽ extendi ad subditos,& secundum aliquos ẽt ad adhærentes maximè quãdo hoc fert amplitudo fœderis Quæro inquam an illos contineat qui posteà efficiuntur adhæren tes vel subditi, exempli gratia Rex Hispaniæ,& Rex Franciæ post diutinum,& lungum bellum venerunt ad pacem & concordiam,& sub ea contineri voluerunt omnes suos adhærentes,colligatos, & amicos,contingit post hanc pacem Regem Hispaniæ indicere bellum,puta Lucensibus,aut Ianuensibus,qui antè fœdus non erant ex fœderatis Regis Franciæ.At bello hoc indicto,sentientes se impares tanto Regi adhærent siue ẽt submittunt se & ciuitatem suã Regi Franciæ,iuuabuntur ne propterea fœdere illo & pace, postquã sunt in ea cõprehensi fœderati adhærẽtes & subditi,Barba.tractat quæstionem istam,in consi.xxxviij.quod incipit scribitur parali. li.j.& in pen.col.& concludit hanc ciuitatem comprehendi sub fœdere,Potissimum eius fundamentum est,quia omnis actus recipit declarationem,& interpretationem rebus ita se habentibus,& in eodem statu perseuerantibus,At ciuitas Lucẽsis inquit erat libera cũ ei indictum est bellum,non debet igitur extendi ad casum,cum nunc effecta est sui iuris,Poterat hic Doc. hanc suam partem tueri magno,& memorabili exemplo. Indixerunt prisco seculo Samnites bellum Cãpanis,fractis autem Cãpanorũ rebus, cũ propè esset, vt in Samnitum potestatẽ venirent legatos Romã auxiliũ implorantum miserunt,Respondit Senatus esse Campanos Pop.Ro.amicos, & fœderatos, esse itidem Samnites,neque propterea licere sibi alteris aduersus alteros opem ferrè,legati hoc respõso accepto,vt erãt à suis iussi,Romanis se se,atque vrbem dediderunt statimq; Samnites,Po.Ro.monuit vt bello abstinerẽt & dedititios suos damno afficere desinerent,quod cum illi non facerent belli eis denuntiarũt quod & malè cessit Samnitibus vt est autor Liuius,li.vij.mihi ratio illa Barba.visa est lenis & minus concludens, facto enim aduersarij mei non debet ius meum fieri deterius iuxta regu. vulg. alteri per alterum iniqua conditio non affertur, & ratio illa sua, rebus ita se habẽtibus, potest retorqueri,quia debet intelligi secũdũ tẽpus pacis,quo illi nõ erant subditi vel adhærẽtes. Argumẽta

ad vtranque pattem præbent quæ dixit Bal. in l. damni. §. si is qui ædes. ff. de dam. infec. In quæstione an mandatum ad causas trahatur ad futuras, sed & in specie quæstionem istam tractat Ioan. And. in Spe. in tit. de treu. & pa. in rub. vbi dicit quòd si facta est pax, vallata pœna, pro se & subditis, extenditur ad villam quæ se postea submisit, allegat l. si seruitus. ff. de ser. vrba prę. Bal. verò contrarium inuit in tit. de pace constan. in ver. nos Romanorum, dum tenet quòd si in territorio vnius ex ciuitatibus enumeratis in pace illa construeretur alia noua ciuitas, non extenderetur ad eam pax illa, vt ibi in versi. quid autem si quædam ciuitas. Posset fortè ita distingui aut illa ciuitas adhęsit, vel se submisit antequam exoriatur bellum, & comprehendetur in fœdere argumento d. l. si seruitus, Et cum neque illa ciuitas, vltra possit bellum facere sua auctoritate cum amplius non sit libera, neque est conueniens, vt ei indicatur nisi requisita iustitia ab eò qui inuenitur eius dominus, eo instanti quo tractatur de bello indicendo, etiam si causa indicendi belli pręcesserat subiectionem vt ad instar vię iudicialis consideretur tempus actionis intentandæ, & non tempus quo nata est & cępit competere: & faciunt ea quæ dicta sunt suprà in prima parte operis in q. quis possit bellum indicere. Aut submisio facta est post motum bellum, & hoc casu crederem eam in fœdere non comprehendi, neque obligari ex capitulis fœderis Regem qui bellum intullit desistere ab incemptis cum origo, & initium esset permis-
34 sum, † postquam certum est quòd non comprehendebatur vt ex tunc in fœdere, & certum est initium esse considerandum, per ea quæ Bal. dicit in l. quod ait. §. quod ait, ff. ad l. Iul. de adul. quæ Deci. inducit ad aliam quęst. in consi. xxxvij. col. iiij. sed an liceat alteri Regi Ciuitatem istam in ditionem suam suscipere, eamque defendere aduersus alium cum quo est in fœdere pendet, vt puto, à Iustitia vel iniustitia belli iam moti; Et exemplum suprà adductũ de popu. Roma. non facit ius: quia multa alia fecit quę non possent bene excusari, faciunt etiam ad quęstionem istam quæ dicam in se-
35 quenti quæstione. Quæro igitur † si noua exoriatur causa propter quam moueantur arma, an dicatur violari pax, & Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. dixit quòd non. Idem etiam Bar. in l. qui seruum, ff. de ver. obli. dicit quòd qui fecit pacem, & promisit non offendere, intelligi debet, nisi hoc faciat lege permittente, propter quod infert licere eum offendere, cum quo facta est pax, si exul fiat à Patria, & ex statuto possint huiusmodi exules offendi, pace nihil obstante, de quo sunt remissiones multæ in add. ad Bar.

in d. §.

in d.§.cauſa,& de ipſo principali dicto eſt conſi.Alex.xix.col. j. & ij.lib.j.& conſi.cxv.nume.& lib.iiij.& conſi.Roma.cclviij. in caſu
36 propoſito, & conſi. clxxxiij. † An verò liceat offendere eum qui fuit bannitus poſt pacem cum eo factam,Bar.dixit quòd ſic in quę ſtio,quæ incipit Lucanæ ciuitatis ſtatuto,ſed hoc dictum non placet Ioann.de Imo.in l.qui ſeruum,in vltimis verbis,ff.de verb.obliga.propter conſcientiam, ego etiam credo exiſtimationem lædi,maximè ſi erat nota cõtrahẽtibus qualitas illa bãni, quia omni nò graue eſt,atque indecens fidem fallere:de quo etiã videtur Pau.
37 de Caſt.in d. l. qui ſeruum,in vltimis verbis, † cui dicto eſt affine quod dixit Bar.in l.verum,ff.de furt.quòd ex adulterio in vxorem vel ſtupro in filiam commiſſo non dicitur pax violari, neque committitur pœna ob fractam pacem,quod etiam dixit Alex.in conſi. cxiij.viſo inſtrumento treugę.lib.ij.& in d.cõſ.cxv.nu.5.per Cor. conſi.lj.nu.4.lib.j. de quo tamen vide infra verſ. dixit etiam Ang. Et propterea dixit Bal.in l.vlti.col.etiam vlti.C. de ędil.ac. quòd id quòd non ſubijcitur materiæ belli non venit in naturam pacti, vel pacis,vnde & infert quòd qui promiſit non offendere per ſe, & ſuos,intelligitur promiſiſſe pro depẽdentibus ab antecedẽte guerra,nõ pro alijs inimicitijs hominis ad hominẽ.quod dicit eſſe tenẽ
38 dũ,mẽti.Et ibi † vide no.diſtinctionẽ quid dicendũ ſi dubiũ ſit an offenſa præceſſerit,ex veteri cauſa an ex noua. Aut enĩ qualitas noue offenſę correſpondet qualitati antiquę offenſę de qua facta erat pax,& pręſumitur ex antiqua cauſa,ideoq; pęna cõmittetur. quid enim, inquit Bal. ſi antiqua cauſa habebat graues offenſas, puta quia ſecuta erant homicidia inter duas familias, & ſecuta eſt pax, ex inde homo vnius partis noua ſuboriente cauſa, leuiter offendat,puta cum alapa & affinis percuſsi occidat percutientem præſumendum erit quòd non depoſuiſſet odium antiquum quia vindicta non correſpondet offenſæ,pœna igitur fractæ pacis cõmittetur contra occidentem,quod dictum refert & valde extollit Alex. in l.ſemel mora col.j.ff. de ſolu.ma. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe apud Ceſsẽnam.Ego puto dictum Bal.verũ,Nam ſi offenſa eſt adeò leuis quòd in alio offenſore fuiſſet veriſimiliter diſimulata,& tolerata, aut ſaltem lungè mitius vindicata, credendus erit occaſionẽ ſumpſiſſe pro cauſa,& veteres vltus offenſas. Verum exemplum
39 † de alapa non placet, lungè eſt enim grauior offenſa quàm præſupponat, maximè inter graues & militares viros,nemo eſt enim qui non mallet graue accipere vulnus in rixa quàm alapam, Imò, & de eis vidi multum laborari inter nobiles, eum pro Illato cola-

ho pax tractabatur longè enim plura exigebantur emendationis
c satisfactionis signa ab offensore, quàm cum sunt illata vulnera.
Notabile est etiam exemplum Bald. in d.l. vlti. de ędil. ac. quid
enim, inquit, si ex statuto est prouisum vt si offendam eum qui me
aut agnatum meum vsque in quartum gradum offenderit dimidiũ
pœnæ remittatur, Ei verò, qui affinem offensoris sui vulnerauerit
manus præcidatur, contingat verò Antoniũ offendere me, & Phi-
lippum fratrem Antonij offendere Ioannem fratrem meum, Jo-
annesque vulneret subinde Antoniũ certè considerari potest
vulnus illatum per Ioannem factum ad vindictam proprię suę in
iurię quã, à Philippo fratre eius acceperat potest etiam intelligi fa
ctum ad vindictam offensæ mihi per eũdem Antonium illatæ, quæ
fiet igitur interpretatio, quæ pœna leuat ex statuto permittente
offendi propter iniuriam in suos collatam, an est contra, locus erit
statuto abscisionis manus, propter alterum statutum puniens vul-
nerantem attinentes offensoris, intuebitur inquit Bal. animi motũ
ex factorum qualitate, nam si offensa, quam mihi intulerat Anto-
nius erat leuis, & illa quàm Philippus Ioanni intulerat grauis, of-
fensaque in Antonium itidem grauis, Credetur Ioannes suam vl-
tus offensam in fratrem sui offensoris, non autem fraternam vltus
iniuriam, propter dissimilitudinem & ineptam correspòndentiã
vltionis ad fraternam offensam. Et propterea, Pet. Pau. Paris. in
consi. clxv. pacem inter se, lib. iiij. in casu cum duæ agnationes in-
ter se fecissent pacem, & vnus postea obuiam factus cuidam de ad-
uersa familia cubito eum impegisset, & vt ipse dicit vetasset pro-
pter quod ille impactus, cum multis ex suis attinẽtibus armata ma
nu insultum fecit, & aggressus est aliquos ex contrarijs, dum quæ-
reretur quis dici posset pacis violator, an is qui cubito impegerat
an verò impactus qui aliòs aggressus est, concludit impactum, &
non primum qui impegit, quia cubitalis illa percussio potuit, in-
quit, casualis fuisse, & non studiosa, neque ex proposito, & etiam si
esset facta consulto, erat tamen offensa leuis, & propter leuem, in-
quit, ipse, offensam paci non fit contra. † Quidquid tamen ipse cõ
cludat vbi ille ex proposito impegisset, crederem considerandam
esse qualitatem personarũ, & facti, & alia multa, quæ ex Demosten
nis verbis dicit Iurisconsultus consideranda, in l. aut facta. §. quali
tate, ff. de pœ. quæ græca sunt, & ea ita vertit Haloan. Nõ enim pla
ga irã concitat, sed ipsa facti indignitas, neque tam est graue in-
genuis cedique quamquã id graue sit quã per contumeliam cœ-
di, siquidem multa is qui alium cœdit admittere potest quorum

magnam

magnã partẽ is qui verberibus affectus est habitu corporis vultu, vociferatione, nunc & contumeliã inferens, nunc vt inimicũ se gerens, núc pugnum ducens, nunc malam cedens alteri renuntiare, & repræsentare nequit, Hæc ipsa mouent, hæc de statu mentis deturbant hominem propudij ac sugillationis non assuetum, & ex his in animum inducet iudex quis dicatur illator iniuriæ, prouoca-
41 tor rixæ, & violator pacis, † Nam, & prouocator est rixæ, qui alium ad iracundiam prouocat eumque inducit ad rixandum, quod Bal. dixit in vsi.feu.in tit.hic fi.lex, &c.col.ij.versicu.no.ergo, & consi.
42 cxliiij.super quæstione, col.ij.lib.ij.† Et propterea dixit idẽ Bald. in add.Spe.ti.de accusa.versi.prouocatus post Spe.ibi, in §.j.versi. quid si vocauit e, quòd non tenetur iniuriarum qui prouocatus, in iuriam intulit, quod dictum refert Felyn.in c.sicut ex literis, quod est vlt.in eius lectura, col.vlt.de iureiu. Dum verò dixi supra ex adulterio siue, etiã ex furto commisso in familiã aduersam non dicit violatam pacẽ, vide in contrarium Bal.in c.j.§.vlt.ad fi.de pa.te. in vsi.feu.vbi clarè dicit quòd ex furto vel alio aperto, & grauidã no violatur pax. Quod ego crederẽ posse verũ esse si posset constare id procedere ex antiqua causa, quid enim si prius contracta erat inimicitia propter furtum, aut propter adulterium iterumque ille idem furtum aliud, aut adulterium committat siue in eam rem, & personam siue etiam in aliàm, an non dicetur paci contrauentum? At si causa noua, nihil habeat cõe vel simile cum antiqua, tunc starem cum cõi aliorũ opin.de causa verò ipsa noua, ne sit an antiqua cognoscet iudex ex circumstãtijs, & ratio dicitur ex tex. in l.si cum exceptione.§.satis enim.ff.quod me.cau. Et ibi Ang.no. quòd licet metus actionẽ iniuriarũ inducat, si tamen ad effectum prædę & rapinæ inferatur non pariet actionem iniuriarum, quia latrones, dicit ipsæ, non obsident vias eo proposito vt iniuriam
43 inferant sed propter lucrum, & vt prædentur. Quid verò † si facta sit pax inter duas familias, & præsentes promiserunt pro absentibus, cum promissione rati & adiectione pœnæ, An si aliquis ex absentibus illis, priusquã ratũ habeat, offendat aliquẽ ex aduersariis, pęna cõmittetur, & an teneantur pœna violatæ pacis promissores illi, vide Cor.cõs.xl.col.& li.ij.cõcludentẽ cõmitti, ẽt si neque
44 offensus ille pacẽ ratã habuerat, † Erat enim iam nata actio contrahentibus ex pace, licet obstaret vtrisque exceptio implementi non secuti, id est ratihabitionis, nundum factæ, quod tamen etiam post commissam ab altera parte pœnam potuit alia adimplere vt ibi numero xvj.& consi.seq.numero 2. Quod si adsit

clausula

45 clauſula,† Rato manẽte pacto,& altera pars,quæ fuit indebitè offenſa contraueniat paci etiam ipſa nõ committetur,ait pœna quo ad eam,maximè ſi aderat iuramentum in inſtrumento pacis, & cõtrahentes erant maiores propter,l.ſi quis maior. C. de tranſ.vt d. nu.16.Dum tamen dicit quòd pœna , committatur ex offenſa, ẽt ante ratihabitionem,fuit quæſtio Dy.prout refert Bar.in l.ſi vxor. §.ſi quis vxorem,ff.de adul.& dicit Bartol. l.illam eſſe argumento quòd ſequens ratihabitio non trahatur retro,ſi res non ſit amplius integra,quod Bar.relinquit ibi indeciſum,ſed Pau.de Ca.contrarium decidit in l.bonorum,ff.rem ra.ha.& illi rationi Barto.quòd res non ſit amplius integra reſpondet quòd ſi non ſit integra facto,
46 & culpa aduerſarij perinde eſt ac ſi integra eſſet † Quod erat in caſu ſupradicto,quia offenſor ille non debuit committere ne eſſet in facultate aduerſarij ratam habere pacem quod eſt etiam de mente Bal.in l.vlt.verſi.& per hoc determinatur quæſtio.C.ad Maced. vbi dicit quòd licet ille ratum nondum habuiſſet , non debuit temerè offendi neque prẽcipiti feſtinantia inuadi,quod puto verius quàm quòd dixit in ſimili caſu.Idem Corn.in conſi. ccxviij.lib.ij. dicens pacem ſeu treugam non compræhendere eum qui nundum fuerat nominatus,& interim fuit occiſus per rationes meo iudicio
47 multum leues,† Dicit tamen Ang.in d.§.ſi quis vxorem , quòd pœna non committetur ad commodum ipſius offenſi , ſed eorum qui pepigerant . Quod fortè eſt rationabile ſicut ècontra tenerentur ipſi ad pœnam ſi ſui parte ante ratihabitionem,ſecuta fuiſſet offenſa,quod dictum eſt ſupra,vnde ſecundum naturã eſt vt eum ſequãtur commoda quem ſequuntur incommoda,ff.de reg.iu.l.ſecundũ naturam,cum alijs vulg.vide tamen infra eo.verſi.Dum etiam dixi ſupra Nihil tamen horum dixit Corn. in dictis conſi. fortè obnimiam conſultorum feſtinãtiam. Vnum etiam no. quod dixit So
48 zin.in conſi.lxxxvij.col.pen.verſi.ſed tamen,iii.li.† quòd qui facit pacem pro ſe,& ſuis ſequacibus tenetur curare & facere , quòd eam ratam habeant,aliàs ipſe tenetur,allegat Barto.ff.de procur.l. procurator qui pro euictione,& in l.licet,C.eo.tit. Addit tamen
49 Corn.in d.conſi.xl. nu.18.† quòd etiam fracta & violata pace , & commiſſa pœna , non cenſetur à pace receſſum quo ad alios, quia non propterea poterunt offendi,eſto quòd vnus de parte ipſorum contrauenerit paci,ſed ille punietur, quod in priuata pace eſt rationabile, ſed in bello crederem conſiderandam diligentius qualitatem contrauentionis, quod tamen vltra non proſequor, Et quod dixi ſolum illum obligari qui contrauenit non alios , firmat

mat idem Corn.consi.clxvij.col.ij.versi. & quando plures promittunt,lib.iij.allegat Bar.ff.de duo.re.l.vlt.in ij.q.& in l.iiij.§. Cato. in vj.q.ff.de verb.obli.& vide infra versic. Dum etiam dixi supra,

50 Dixit etiam.Idem Corn.in d.consi.clxvij.† quòd si duo municipia fecerunt pacem , & promiserunt de non offendendo inuicem, tam in vniuerso quàm in particulari, quòd intelligitur pactũ pro puberibus illius temporis quo est concluſa pax,nõ pro illis qui postea adoleuerunt,confirmans , id quòd iam supra concluſum fuit, quòd noua causa superueniens non facit committi pœnam si sequatur offensa,tenebuntur tamen contrafacientes ad pœnam aliàs ex delicto quod committunt indictam , subditque quòd si cum noua exoritur causa vni,accurrunt eius antiqui fautores & colligati, & sunt ei auxilio,nemo tenebitur de pace violata, quia illa noua causa omnes excusat & facit recedi à pace,vnde iam vltra non est pax, & non entis nullæ sunt qualitates. Dicit etiam Alex. in d.consi.

51 cxiij.col.ij.versi.alia ratione,libr.iiij.† quòd violata pace ex vna parte si etiam altera contraueniat non committetur quo ad eam pœna conuentionalis, etiam si erat in instrumento clausula Rato manente pacto,vel clausula ita quòd committatur pœna toties quo

52 ties &c.† quia clausulæ istæ dicit ipse operantur ad solum commodum obseruantis non etiam violantis , quia legis auxilium frustra inuocat qui in legem committit,c.fi.de vsur.& c.fi.de immu.eccl. quod etiam dixit Soz.in d.consi.lxxxvij.col.pe.vers.ij.qui à fratre, de qua conclusione videndi sunt scribentes , in l.qui seruum. ff.de ver.ob.& in l.qui fidem.C.de pac.Et istam conclusionem reprobata contraria opi.Io.de Imo.dicit communem,Alex.ibi, Declarans quòd clausulæ illæ supradictæ debent intelligi quo ad violatorem, quia sine eis pœna semel tantum,& ex prima contrauentione committeretur,sed propter eas committitur pluries,licèt aliàs videatur impossibile rumpi id quod iam vltra non est,contra dictam regulam,quòd non entis nullæ sunt partes.l.eius qui in prouincia,ff. si cer.pe.& l.si seruum.§.j.ff.de ac.emp.Bal.tamen,in l.semel mora, ff.sol.mat.dicit quòd si is qui contrauenit paci pœnam persoluit videtur reconsolidata pax,Et propterea etiam si alter aduersę partis violaret & ipsæ committerettur ét contra eum pœna,quod videtur rationabile,& sequitur ibi Imo. inferẽs propterea quod si ipsę primus violator pacis pœna soluta,offendatur agere poterit,& ipse ad pœnam conuentionalem pœna enim quam persoluit est loco implementi,quæ est ratio ibi adducta per Bald.Alex.tamen ibi sentit contrariũ,quod secundò offendens in pœnã nõ incidat,quod

& voluit

& voluit Pau.de Caſt.in l.qui ſeruum,ff.de verb.obli.etiam ſi adſit clauſula Rato manente pacto,fortè verius & æquius eſt quod dixit Bal.quia pœna ſucceſsit loco obſeruantiæ:vt no.dixit Bal. Cyn.in l.petens,verſi.quid dicemus C.de pac.vbi etiam Alex.num. 14. in quæſtione de eo qui promiſit permutare equum ſuum cũ alio ſub pœna,qui etiam ſi non permutet ſed ſoluit pœnam,& ea eſt æquivalens poteſt agere ad equm,vel dic,quòd eſt inſpiciendum an pœna exigatur propter contrauentionem, an loco intereſſe, primo caſu nihil prodeſt contrauenienti, quia de cætero non iuuabitur contractu, ſecundo caſu ſecus,ita Bald.ff. de tranſac.l.qui fidem, in ſecunda lectura, Et ibi not. ſcribentes omnes, quòd clauſula Rato manente pacto,nunquam amplius poteſt prodeſſe ei qui ſemel contrauenit; ita Iaſ. ibi col. vlti. verſicu. in Glo. ibi l. ſi vna. Niſi adſit alia clauſula cum ea,Qua pœna ſoluta vel non &c. vt ibi Iaſ.ſed neque ſic video quid poſsit prodeſſe conuenienti ſi vera eſt concluſio Doc.ſuprà dicta. Dixit etiam Angel.in d.l.ſi cum exceptione,§.ſatis,ff.quod me. cauſa, quòd is qui metum infert dicitur paci contrauenire, & rationem reddit ibi Bal. ſub.§. poſt annum, Iniuria enim dicit ipſe habet in ſe violentiam quæ confundi tur cum metu,ſed furtum non afficit iniuria ſed damno,quæ ratio
53 repugnat † his quæ dicta ſunt ſuprà de adulterio, per ipſum enim grauiſsima infertur iniuria,vt patet in tit.qui.mo.feu.amit.§.Item ſi fidelis,imò & ipſa obſcena verba cum vxore habita iniuriam inferunt,vt Bald.dixit in eodem titu.in princi.nume. 18. quòd ſatis in comperto eſt,nemo enim non offenderetur ex hoc;Barto. ſenſit hoc motiuum in d. l. verum,de fur. & ſolvit quòd aliud in vaſallo aliud in penitus extraneo propter magnam reuerentiam quam vaſallus debet domino, quæ ratio non videtur concludens, quia vt dixi nemo honeſtior non egreferet,& non ſentiret ſe offenſum, ex hoc facto. Addit Bar.rationem aliam quæ videtur aptior,quia in inſtrumentis pacis ſolent, inquit apponi hæc verba, quòd promittunt non offendere ratione præcedentis vt ipſe dicit brighæ quod poteſt tolerari,ſi non ſint adiectæ aliæ clauſulæ pleniores,ſed ſi eſſet promiſſum de vltra non offendendo, crederem quòd etiam ex adulterio committeretur pœna, & faciunt ad hoc argumenta quæ in valde proxima q.adducunt Doct.quæ talis eſt, Titius pacem fecit cum Sempronio, & facta eſt promiſsio de non offendendo, poſteà Titius hic vulnerauit fratrem Sempronij, quæritur an dicatur paci contrauentum? Doct. communiter dicunt quòd non,vt no.in d.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus,de verb.ob. & potiora argumẽ-

ta,

ta ſunt quia frater non agit pro iniuria facta fratri neq; ei cõpetit actio ſuo nomine ſed hæ rationes ceſſant in offenſa adulterij, quia vir eſt offenſus, & agit ſuo nomine, l.j. in fi. & l. eũ qui nocentẽ. §. ſi nupta. ff. de iniu. accuſat enim iure mariti, & cæteris præfertur etiã patri. l. ij. in fi. & duabus ſeq. ff. de adul. & l. miles, §. ſocer. eo. titu. Et hæc videntur addenda ad id quòd dixi ſupra in q. Quæro igitur ſi noua in verſ. cui dicto eſt affine. n. 37. verũ cũ Doc. cõiter tranſeãt in ſententiam quæ ibi eſt dicta, non eſt temerè ab ea concluſione, recedendum. Dum etiam dixi ſupra in verſi. Addit tamen Cor. nu. 49. quòd ſolus contraueniens, non ẽt eius confœderati, & complices, tenetur pœna violatæ pacis, confirmatur ex his quæ dicit Bar. in l. vl. in ij. q. ff. de duo. re. quòd licet multi ex vtraq; parte in teruẽniant paci & ſinguli pęnam inſolidum ſtipulentur aduerſus contrauenturos, ſi tamen vnus tantum contraueniat offendendo vnum ex alijs, ſolus offenſus aget ad pœnam, & nemo alius, quod clarius idem Barto. dixit in auc. hoc ita, in q. xiij. C. eodem tit. vbi etiam Alexan. in add. ad Barto. & Angel. in l. ſi ſeruus, §. j. verſic. ex prædictis etiam. ff. ſi quis cau. vbi dicit quòd de rigore omnes ex parte offenſoris deberent teneri pœna contrauentionis, de equitate tamen ſufficit, quod ille tantum exigatur qui contrauenit: quod etiam dixit Bart. in d. aut. hoc ita in vlti. verbis, dictæ quæſtionis. Ei tamen quòd dictum eſt ſolum offenſum agere ad pœnã obſtat quod dictum eſt ſupra in verſicu. quid verò ſi facta eſt pax, dum allegabam Ang. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorẽ. ff. de adul. dic pro ſolutione eſſe inſpiciendum qualiter verba ſtipulationis, & pacis ſint concepta, vt per Bart. in d. auth. hoc ita, col. x. in d. q. xiij. Aduertendum eſt, ẽt, quod ſi multi ſuccedant facienti pac, & vnus ex eis controueniat pœna contra omnes cõmittetur, ęqualiter tamẽ, & non inſolidum cum omnes vnũ repræſentent, prout dixit Ang. in l. ij. §. item ſi in facto, ff. de ver. ob. diſtinguendo tamen inter hæredem ſtipulatoris & promiſſoris, vt ibi, etiam per Barto. & alios, & diſtinguendo inter factum diuiduum, & indiuiduum vt etiam
54 & ibi in d. §. Cato. Quærunt etiam Doct. in d. §. Cato. † ſi ſtatutum velit homicidam componi in pœcuniam, ſi pacem habeat ab hæredibus occiſi. quod ſi eam non habeat puniatur morte, ſintque multi hæredes an ſit ab omnibus habenda, vel ſufficiat quod ab vno habeatur, Oldrad dixit ſufficere pacem vnius Bartol. ibi in vlti. colum. exigit conſenſum maioris partis, Alexand. verò requirit conſenſum omnium, quotquot ſint, in quam opin. inclinat etiam Iaſ. & Ripa, atteſtatur eam communem, ſub numero 103.

55 Qualiter verò † distribuetur pœna conuentionalis in eos qui-
bus venit applicanda?dic vt per Alex.consi.cxvj. viso instrumento
pacis,lib.iiij. vbi considerandas dicit istas duas partes contrahen-
tes velut duo corpora vnde etiam si ex vna parte sint decem viri,
& ex altera quinquaginta,vna tantum pœna committetur. & viri
tim distribuetur pro numero stipulantium,quòd est etiam de men
te Bar.in l.ne quid,ver.quęro quando tenetur villa,ff.de incen.rui.
naufra. vbi hoc dat pro vniuersali regula quod quando vniuersitas
vel corpus mysticum tenetur ad pœnam pro delicto alterius, pęna
ipsa nunquam insolidum committitur quo ad omnes, sed vno sol-
uente omnes liberantur. Et quòd dictum est suprà vbique pœ-
nam non committi cum quis prouocatus vlciscitur, intellige de
pœna cõuentionali,nam bene agere potest fiscus pro vindicta pu-
blica,l.ij.§.qui hoc dacit,ff.ad l.Iul.de adul. Proderit tamen etiam
quo ad fiscum si pœna conuentionalis fortè venit ei pro parte ap-
plicanda, quia si non committitur, quo ad partem, ita neque quo
56 ad fiscum,ita Cor.in cõsi.lj.sub nu.9.lib.j. An verò † tutor pos-
sit pacem facere pro pupillo vel curator pro adulto tractat Bal. C.
de pac.l.pactum curatoris, & concludit posse addens tamen quòd
non potest pęnã adijcere,Neque eã pacẽ facere quæ sit futura igno
miniosa, vt ibi etiã declarat Ias.Pau.tamen de Cas.in l.tutoris quã
legit cũ l.rescriptũ,§.plerũq;,ff.de pac.simpliciter tenet quòd pos-
sit tutor pacẽ facere pro pupillo, etiã iniuriã remittendo, quãuis
Ias. ibi dicat hoc indecẽs esse,argumẽto l.miles.§.socer,ff.de adul.
quę tamẽ lex parũ facit,quicquid Ias. & ante eũ Ang.dicant,Aliud
est enim pacis intuitu remittere iniuriã,aliud grauẽ offensam habe
re venalẽ,quod in d.§. socer abominatur Iurisc̃os.ibi,cõmodũ do-
tis vindictę domus suę pręponere nõ erubuit; principalẽ etiã quę-
stionẽ tractat Bal.in l.j.C. de in inte.rest.mi.vbi dicit quod potest
pupillus cũ tutoris auctoritate pacem facere, Imò, & solus tutor si
pupillus adhuc est infans sub dubio tamẽ fortè,Itẽ,& solus hoc põt
pupillus,si cõcurrat auctoritas Iudicis pro tutore supplẽtis,& cessa
57 bit his casibus in int. rest. Quęro etiã † an filius qui hæres nõ sit
patris possit pacẽ facere de eius morte itavt prosit homicidę in ca
su statuti supradicti tex.in l.pro hęrede,§.vl.ff.de acq.he.est in ar.
quod sic; propter quod infert ibi Bar. quod si ita filius paciscat̃, &
pecuniã accipiat dicit̃ in misceri hæreditati,sed si statutũ diceret
quod pax habeat à filio ille actus nõ cõcluderet in mixtionẽ imò
quod neq; si diceret ab hęredibus patris, qa exist̃tia sui hęredis opera-
tur,vt hoc facere possit,licet abstinuerit,p ea quę idẽ Bar.dixit in

l.si

l.ſi filius qui patri,ff.de vulg.ſubſt.vbi ad fin.comm.hoc idem tractat,videtur tamen,quòd eius verba in d.§.vlt.ſibi inuicem aduerſentur,nam ſi pax haberi debet ab hæredibus occiſi faciendo pacem,videtur tale quid facere,quòd citra nomen hæredis fieri non poteſt,& nihilominus dicit quòd quando ſtatutum vult,quòd pax habeatur ab hæredibus patris, exiſtentia ſui hæredis operatur, vt etiam abſtinendo poſsit pacem facere, arg.non eſt tale quid quod citra nomen hæredis nequeat fieri, quod tamen Bar.paulò ſupra dixerat.Niſi dicatur differentiam eſſe inter verba ſtatuti ſimpliciter ab hæredibus,& verba alia,ab hæredibus patris tantum.In quo tamen vix percipio poſſe differentiam conſiſtere. Doct. tamen in hac ipſa quæſtione videntur variè loquuti,namCy.& Bal.prout eos refert Alex.in d.l.ſi filius,col.vlt.volunt quòd eo ipſo quòd filius pacem facit,videtur immiſceri.Saly.verò in l.eum qui, C.arb. tu.diſtinguit,aut eam facit tanquàm filius,& non dicitur immiſceri,quia non propterea ſequitur,vt ea intentione fecerit, vt proſit pax ad effectum ſtatuti,Aut exprimitur,quod eam facit, vt poſsit locus eſſe ſtatuto, & cum iſtud non poſsit fieri citra nomen hæredis,cum ſit qualitas à ſtatuto requiſita,tunc dicitur hæreditati immixtus,quia verba debent intelligi in potiori ſignificato, & ſic in hærede verò effecto, & non nudo nomine. Ego puto melius eſſe ſimpliciter tenere,cum Bar.quod non dicatur immiſceri, & quod ſit nihilominus locus ſtatuto,quidquid etiam Iaſ.dixerit in d.§.vltimo.Certum eſt enim quòd exiſtentia ſuitatis operatur, vt filius etiam abſtinendo,dicatur hæres,ſiue id reſpiciat eius commodum tantum,ſiue etiam commodum eius & tertij,quod dixit Imo.in d. l.ſi filius,per illũ tex.quod maximè procedit quando eſt tale quid quòd non reſpicit hæreditatem ipſam, neque eam facit creſcere, aut diminui,prout hoc caſu,Nam filius iſte,etiam abſtentus eſt tamẽ hæres ad ſui commodum, Perinde ergo hoc caſu habebitur,ac ſi non abſtinuiſſet,& erunt quantum ad hoc, quaſi duo hæredes in ſolidum,filius quidem nomine,& etiam re, quo ad iſtud commodum,quod percepit,alter verò quo ad cætera omnia hæreditaria, proptereaque poterit vterque pacem facere,filius beneficio,& prę rogatiua, ſuitatis & hæres ipſo hæreditario iure, ſicut aliàs diximus in duobus reis credendi inſolidum, quod vtrique poteſt ſolui,& ab vtroque contingit liberatio,vt l.ij.ff.de duo.re.Ang.tamẽ in d.§.viti.conſiderat, quòd ius vindictè competit cuilibet inſolidum, ſed iſtud aliò tendit, & eſt diuerſum ab eo quòd dixi.

58 Quærit etiam Ang.in d.l.ſi filius qui patri,†an filia poſsit de pa-

tris morte pacem facere? & dicit quòd non,propter Glo. in §. hoc autem no.in tit. qui feu. dar.poſſ.quæ dicit hoc procedere de iure Longobardorum, quo filia non poteſt leuare faidam, ideſt vindictam facere,& illam Glo.allegat ad hoc Bal.in l.Titia, §. Lucius el ij.de legat.ij.Aliqui diſtinguunt aut adeſt etiam filius,& hoc ſpectat ſoli maſculo , cum ſit officium virile , tam vindicta quàm pax communiter tamen ſolet reprobari illa Glo. in.§.hoc autem no.& tenetur quod etiam filia poſsit pacem facere , ſiue ſola , ſiue cum maſculo,ſi cum eo concurrat,prout ibi dicit Bal.nu.14.quod latius proſequitur Alex.in d.l.ſi filius qui patri col.vlt.in prin.facit quia fœmina eſt appetentiſsima vindictæ quod ſatiricus poeta dixit.

59 An autē † poſsit pacē facere pater de iniuria illata filio Bar. in l. ſed ſi vnus,§.filio familias, ff.de iniu.dicit quod ſic, idemque dicit in l.in perſonam in principio,ff.de pac.vbi & alij ſcrib. limitatur tamē niſi pater ſit vilis perſona ad cōparitionem filij, itē neque in perſona valde filio coniuncta, vt ſi erat vxor quæ iniuriam intulit l.Lucius,ſecundum vnā lecturam,ff.ſol.ma.vel ſi eſſet ex eius aſcendentibus vt l. Papinianus in prin.ff. de inoff. teſta. & vtranque limitationem tangit Bar. in d. l. Lucius . Extra autem hos duos caſus fortior eſt pax , habita à patre de iniuria filij quam habita ab ipſomet filio,Nam vt dicit Pau.de Caſt.in d.l.in perſonam,quàm legit cum l.contra Iuris,§.ſi filiusfam.ff.de pac.Pater conſultius & prudentius accedit ad faciēdum pacem quàm ipſemet filius,I mò neque in caſu ſtatuti requirentis pacem ab offenſo prodeſſet quicquam habita pax à filio niſi,& habita eſſet à patre ſecundum Paul. de Caſtr. ibi. Conſideranda tamen puto verba ſtatuti , cum vere alia ſit perſona patris alia filij, & ſtatuta requirunt veritatem non fictionem. Niſi dicas quod propter maximam coniunctionem pater, & filius ſint eadem perſona , & vterque vere offendatur ex offenſa filij Ang. tamen in l. ſed ſi vnus, §. filiofam. ff. de iniu. dicit quod non ſufficit pax patris niſi ſtatutum loqueretur in rem,quod

60 credo verius. †Et ibi addit Ang.non poſſe viciſsim filium remittere iniuriam illatam patri,quòd intellige viuo patre. Conſimi

61 li etiam modo † quo pater poteſt Abbas cum capitulo facere pacem de iniuria facta ſuo monacho,quod Bal.dixit in l.præſes ad fi. cōm.C.de tranſac.neque id mirum , fit enim iniuria ipſi monaſterio prout,& fit eccleſiæ ſi inferatur eius rectori c. parrochianos, &

62 c.contingit de ſen.exco. Et in d.c.cōtingit,Dixit Panor.† quòd Epiſcopus agit propter interfectū presbyterū, & ſi actum ſit ciuiliter,pęna pro dimidio erit Eccleſię quā regebat,& pro reſiduo Epi-

ſcopi

ſcopi per tex.in c.ij.ſecundum vnam lec.de pęn.Dicit etiã in d.c. parrochianos,quod in eccleſia ſeculari cõpetit actio iniuriarũ, tã eccleſiæ quàm rectori & altera per alteram non tolletur, Et dicit quod ſi ſit presbyter habens plures eccleſias, conſideratur an alicuius earum intuitu fuerit illata iniuria, Item an alterum habeat in titulum,& alteram in commendam,quo caſu aget illa quam habet in titulum;quod ſi propter vtranque eccleſiam ſit illata, vtraque aget. Ego vltra hæc puto inſpiciendum in qua fuerit offenſus, puta cum vna parte anni reſideret in vna, alia in altera. Non
63 † ita poterunt conſules, Sindici, vel priores populi, remittere iniuriam illatam ciuitati, ſed requiritur auctoritas conſilij generalis,ita Bal.in tit.de pa.iur.firman. nume.6. allegat l. prohibere.§. plane,ff.quòd vi aut clam,vbi etiam tangit, an poſsit agere dominus pro iniuria illata ſubdito ſuo, vel eam remittere, & diſtinguit inter burſalem & perſonalem vide ibi. nnme. 5. Solet & quæri
64 † an naturales tantum filij poſsint accuſare de patris morte, ſiue etiam de ea pacem facere quòd Inn. tractat in C. nonnulli de reſcript.& plenius Bar.in l.ij.ff.de accuſa.& Bal.in l.j.col.mihi ij.C. qui accuſa.non poſſ.in verſi.Quo ad ſecundum articulum.Et communiter concludunt quod non excluduntur, maxime ſi ſint certi de patre, quando, & idem dicunt in ſpurijs Erunt tamen omnino præferendi legitimi, & fortè etiam eis ſtantibus illi excluderentur,arg.l.ij.§.ſi ſimul,ff.de adul.& C.eo.tit.l.quamuis, Imò Bar.in l.ij.ff.de accuſa.verſi.quæro quid de filia,dicit quod etiam filia ipſa naturalis,idem poterit,quòd facit minus dubitabile quod dictũ eſt ſuprà de filia legitima, quod poteſt pacem facere, Ego tamen valde dubito de his deciſ.quo ad pacem, maximè ſi naturalis non ſit hæres,& adſint propinqui,& agnati, fortè multum honeſti, quorum intereſt, cum offenſa, vt dictum eſt ſuprà reſpiciat ſæpè totã agnationẽ,& ideo crederẽ poſſe eos accuſare, ſed non pacẽ facere, ſuper quo lectoris erit iudiciũ. Quęro, & de alio caſu qui frequẽ
65 ter cõtingit, † Titius offendit Seiũ ignominioſa percuſsione, puta quia dedit ei alapã, aut percuſsit eũ cũ baculo, quod militares viri ſolẽt grauius multo ferre quàm ſi gladio cęſi forẽt, Tractatur inter
66 eos de pace,Seius dicit ego † volo quod ponat ſe in manu mea,& ad diſcretionẽ meã, quęritur an valeat huiuſmodi pactũ, & vbi itacõ ueniat quã vindictã liceat Seio ſibi ſumere de iſto Titio, de primo eſt deciſ.Bar.quod non eſt licitũ, & nõ valet etiã ſi adeſſet cõſuetudo ita faciẽdi in illa prouincia vel ciuitate prout erat Piſis,ita Bar. in l.j.§.vſq;adeo,ff.de iniu.& ratio eſt quia nõ poteſt quis dare ſe in

alienam

alienam manum vt aliquid patiatur,quia hoc pertinet ad vindictā publicam,quæ non tollitur partium consensu propter quā rationē dicit Bal.in l.si is pęnes,quem C.depo.quòd non valet pactū quod liceat tibi competentem sumere vindictam de offendente, quod etiam dixit in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.ven.statim in prin.Dicit etiam Bar.in l.sed si vnus.§.prætor.ff.de iniu. quod posito de facto tali casu,qui & tolleretur non tamē poterit iste Seius offensus excedere modum vindictæ, & si excedat poterit puniri quia censetur Titius, inquit, se commisisse secundum ius boni, & ęqui,& secundum arbitrium boni viri,quod facit ad secundū mem
67 brum huius quæstionis, & est simile † quòd dicitur quòd si quis se remittit bonę gratiæ alicuius,non tamen poterit corporaliter, offendi, eo enim ipso quod ita se cōmittit censetur tacitè actum
68 quod fiat gratia, & idem † est si se submittat eius voluntati, vt per Inn.in c. veniens de renuncia. quem refert, & sequitur Afflic.
69 de prohib.feud.alie.per fœd.§.insuper.nu.14. Et si alius † vellet abuti illa facultate sibi concessa debet constitutus reponi in antiquum,& priorem statum, ita Afflict. ibi, quod clarius dixit Imol. quem tamen ipse non allegat,in l.vlt.ff.de præto.stip.vbi reddit rationē Cur latius interprætamur cū quis se cōmittit volūtati tertij quā si se cōmitteret voluntati sui aduersarij,quia hebetiores,& affectiosiores sumus ad propriā causam,quā ad alienā,quæ est naturalis,& patens ratio,Et ista sunt valde pertinētia ad rē Bellicā propter istos dedititios,qui cū vltra non valent tueri præsidiū cōmissum,dedunt se ad discretionē,& quādoq; furcis suspenduntur pro parte,& alij deportātur ad Triremes,quę est diabolica discretio,&
70 nō potest fieri. †Nā & discretio importat arbitriū boni viri,quod dixit Bal.in l.vlt.col. vlt.C.de iu.do. & Alex.in consi.xxxiij. col.j.
71 lib.j. Postremo quæro † an possint partes ad pacem compelli,et in c.placuit.xc.dist.dicitur quòd sic etiam per excommunicatio-
72 nis pœnam dicit etiam Car.in cle.ij.de re iu.in vj.no.† quod Papa potest Principes cogere ad pacem,quod dicit melius probari in c. nouit de iudi. Alij verò, inquit,ad hoc coguntur per suos iudices, d.c.placuit,& c.studendum dixit etiam Bart.in l.furti,§.qui iussu. ff.de infa.quod iudex potest partes cogere ad concordiam, & pacem,quando,diu contenderunt,maximè si propterea inquietatur pax publica,aliàs secus: Hoc tamen indistinctè posset ordo decurionum,aut is,cui ipsæ committeret bonum publicum,& ea quę illud concernunt,quod dixit Bar.in l.ambitiosa.col.iiij.versi.declaramus,ff.de decre.ab.or,fa.& tractatur materia ipsa, in l. æquissimum

73 mum.ff.de vſufr. Quęro facta † eſt remiſsio per Principem rebel
libus ſiue in genere ſiue in ſpecie, vtrum extendatur ad mediatos
ſubditos, maximè ſi iam erant eorum bona deuoluta & incorpora
ta fiſco immediati domini Pet.de Ancha. in conſi.clxj. quod inci-
pit viſo diligenter,col.j.& ij.examinat,& concludit non extendi,
erat tamen in caſu illo facta reſtitutio ex gratia,& ad partis poſtu-
lationem,nimirum ſi immediato domino puta vaſallo non præiu-
dicat vnde in publica,& generali remiſsione per pacē facta, & ad
commodum Reip. maximè quando verba fœderis ſunt apta com-
prehendere hunc caſum, puto eum debere comprehendi.

74 Quærit etiam ibi Ancha.† an reſtitutio illa extendatur ad eos
rebelles,qui vigente adhuc bello ſunt vita functi, & ad eorum bo-
na,ita vt hæredes legitimi, aut etiam teſtamentarij ea recuperent
& concludit quòd non reconualidatur teſtamētum,quod propter
crimen factum erat irritum,quia extrema non ſunt habilia,& pro
pterea neque hæredes bona conſequentur. Ego tamen in his fœde
ribus pluries ſecutis inter Imperatorem Carolum, & ſubſequētes
Philippum Regem eius filium & Regem Franciæ ex quibus cautū
erat parci exulibus,vtriuſque partis,& eis bona reſtitui,paſsim vi
di bona indiſtinctè reſtitui,tam hæredibus defunctorum,quàm vi
uentibus quòd mihi viſum eſt æquiſsimum,ne deterioris eſſent cō
ditionis hæredes qui nihil peccauerant,quam ipſi delinquentes,&
hoc vlt.eſt etiam de mente Ancha.in conſi.cclxxxvij.iſte B. in vlt.
verbis,vbi dicit reconualidari teſtamentum defuncti de quo erat
rogatus,notarius rebellis,quia ex reſtitutione omnia retrotrahun
tur & retrogeſta cōfirmantur de quo eſt elegans conſi.Bal.ccxliij.
quòd incipit quidam nobilis nomine Antonius lib.j.vbi dicit te-
ſtamētum conualidari,& quod eſt ſpeciale fauore pacis, quia quid
quid placet paciſcentibus legis habet vigorem. Item quæro de

75 quæſtione alia.† Rex vngariæ pacem fecit cùm Rep.Venetorum,
conuenitque inter cætera,quod veneti infra certam diem decede-
rent omnibus locis illo bello vſurpatus, & ne infra certos limites
vllos haberent milites,aut magiſtratus, dubitatur an decedere ēt
deberēt particulares Veneti illis locis quæ intra illos comites pri
uato iure poſsidebant item an ciuitati aut oppido Cuipiam lice-
ret intra illos limites eligere ſibi Magiſtratum quempiam ex Ve
netis,præſuppoſita facultate deligendi,reſpondit de vtraque quæ-
ſtione interrogatus Pe.de Ancha.non cogi priuatos decedere, &
in magiſtratus poſſe nominari,vt per eum in conſi.cciiij. incipien

76 te viſis,& ponderatis. Quæro nunc de alia,† Princeps per ſuum

diploma

diploma narrat Titiũ multa indigna commisisse in se, & eius Maie
statem, atque Imperium, & præsertim quia hostes, commeatu, ar-
mis, propriaque persona sua iuit, propter quod eius bona, inquit,
confiscauimus, & fisco nostro adiudicauimus, Et de eis gratiam fe
cimus Gaio fideli nostro benemerito, quæritur an huic Principis
assertioni credi debeat, Deci. in consi. cccx. latiss. hanc quæ-
stionem examinat, etiam in fortiore casu, cautum enim erat pro-
uinciali decreto, quod in læsæ maiestatis, crimine bona omnia fi-
sco essent addicta, & incorporata absque vllo processu, & declara-
tione, concludit tamen Dec. donationem illam Principis inualidã
idem etiam respondit in consi. ccccxlvj. col. xiij. cum seq. & consi.
dxliiij. quod est repetitum, consi. dcvj. omnibus his locis ijsdem vti
77 tur argumentis, † Nempè quod assertioni eius non sit credendum
ad proprium eius commodum quod non priuatur vasallus feudo
nisi culpa conuicta, quod non valet sententia temere, & vt ipse di-
cit, ex abrupto prolata, quod ostenditur, inquit, cum vno contextu
& momento declarata sit rebellio & facta donatio bonorum, Quod
notorium enũciatum non poterat esse notum Principi nisi per au
ditum alienum, & illis testibus iniuratis credi non debuit, quæ fuit
ratio Cald. & An. de Bu. in c. post cessionem de proba. prout refert
Fely. in c. cum à nobis, col. j. circa fi. de testi. Iser. verò, quem ip-
se Deci. allegat, videtur mihi aliter concludere, in tit. enim, quo tẽ
pore miles, in §. sancimus, & in §. seq. quod incipit, si autem post lõ
gam disputationem concludit esse necessariam sententiam, vt in
d. §. si autem, col. vlt. versi. hæc disputatio verum tamen si sit noto-
rium quòd liqueat iudici, tanquam iudici, vt in re quę facta est co-
rã iudice aut domino pro tribunali assidẽte. Aut in notorio actus
permanentis, siue etiam præsentis, prout est, inquit in eo qui tem-
pore belli passim est cum hostibus, & illis inseruit, aut in eo qui ca
strum suum tenet rebellatum contra dominum, aut qui in eo, di-
cit ibi Afflic. habet picta arma, atque insignia hostium, nulla re-
quiritur sententia, & statur Principis assertioni, & sequitur Afflic.
in d. §. sancimus, in iiij. col. post Iac. Alua. col. pen. Adduntque ibi
Iser. & Afflic. primus in d. §. sancimus, in j. col. & alter, in colũ. vij.
quod bonum est quod de tali notoria culpa fiat instrumentum pu
blicum vt in posterum de ea possit apparere, Ego tamen non vi-
deo quid hoc prodesse possit vbi enim intelligant de ipso Princi-
pis diplomate iam certum est quod solet in scripturam redigi re-
incidimusque propterea in illa argumenta Decij, quod huic asser-
78 tioni credi non debeat, † Quod si intelligunt vt de ipso crimine

conficiatur

conficiatur inſtrumentum, obſtat quod dicitur de delicto inſtrumenta non poſſe fieri, l. diuus, ff. de cuſto. re. l. ſenatus, vbi Bart. not. ff. ad Turpil. Fel. latiſ. poſt alios, in c. cum in eccleſijs, de ma. & obe. prodeſſet tamen cautela iſta, vbi cauſa cognita teſtes examinarentur, hoc enim eſſet tutiſsimum remedium, Nihilominus etiam ex ipſo Principis diplomate puto tutum eſſe eum, cui bona ſunt donata, in dictis duobus caſibus exceptis, per Iſer. & alios, videlicet cum factum eſt notorium actus ſucceſsiui, etiam ſi non perpetui, & actus præſentis; ſecus verò in notorio enunciato de actu præterito, vt per Afflic. d. §. ſancimus, col. vj. ver. Idem ſi vaſallus, & per eum, in titu. de contro. inter Epiſ. & vaſal. col. pen. conferuntque his ea quæ in facto conſultus reſpondit Bal. in conſi. cccxxviij. quæritur ſi Rex Romanorum, li. in pen. col. verſi. porrò in princi-
79 pe, vol. j.† Dicit enim ibi quòd ſi Imperator cauſam ſpecificè exprimit ſuæ diſpoſitionis, ſtatur verbis per eum proprio motu prolatis: ita vt non recipiatur contraria probatio, ſecundum Cy. ſi autem verbis eſt vſus generalibus, erit quidem præſumptio pro eo quod dixit, & fecit, verum recipietur contraria probatio: Infertq; propterea ibi Bald. quòd ſi dixit Imperator aliquem fuiſſe erga ſe ingratum, & quòd propterea priuat eum feudo non eſt neceſſaria ingratitudinis probatio: Confirmantur hæc ex conſi. Pe. de Anch. ccxciij. quod incipit vltra alia, verſicu. præterea, vbi dicit quòd ſi Princeps ſcienter ſuper tali enunciatione diſpoſuit, illa facti narratio tãtum operatur quantum diſpoſitio eius ex certa ſcientia. Itẽ ex his quæ dixit Idem Ancha. in conſi. cclxxvij. incipiente, ex prędicta facti narratione, quod eſt repetitum, conſi. ccccxxxix. cum
80 plena facti ſeriè vbi concludit† contra eiuſmodi notorios rebelles incipi poſſe ab executione, capiendo eorum bona atque donãdo, facto poſteà proceſſu, & adhuc confirmatur hæc pars, ex his quę dixit Afflic. in tit. de pa. te. §. ſi duo, nu. 15. quòd licet Principi ſpoliare notorium rebellẽ, ſiue ẽt hanc executionẽ alteri cedere neque huic ſpoliato contra ceſsionarium competet vllum interdictũ aut remediũ reſtitutoriũ, loquitur tamen in caſu magis claro, propter conſtitutionem quę de hoc eſt in illo regno contra huiuſmodi rebelles, quæ tamen vigebat etiam Mediolani in illo caſu Decii, de quo in d. conſi. ccccx. Erit igitur concluſio quòd in notorio actus præſentis, & ſucceſsiui, etiam ſi non perpetui, ſtabitur diſpoſitioni Principis quæ ſuper eius aſſertione fundetur, ſi verò ſit notorium actus momentanei, aut factum eſt coram ipſo domino, ad exemplum eius quod dictum eſt de eo quod fit co-

ram iudicè pro tribunali ſedente , & idem erit, aut factum eſt in eius abſentia, ſiue etiam ſi in præteritum enunciatur factum fuiſſe,& tunc procedent quæ dixit Deci.in d.conſi.v.Imò etiã hoc caſu in ſupremo Principe qui de abſoluta poteſtate ita narrauerit & diſpoſuerit,adhuc dicendum erit credendum ei eſſe propter d. conſi.Bal.cccxxviij.cui conſi.ita reſpondet Deci. in d.conſi. cccc-xlv.licèt eum alleget ſub alio nume.& propter d.conſi. Pet.de An
81 cha.ccxcv.† Hoc tamen reſtringendum puto ad Principem anto-nomaſticè in ſupremo inquam,ſecus in alio inferiore , in eo enim fortè non procedet diſpoſitio cle.j. de proba. quod dixit Deci. in d.conſi.ccccx.latè proſequitur Fely.in c.cum à nobis,col.ij.de te-ſti.vbi valde dubitat de dicto Card.qui in conſi.cliiij. contrarium reſpondit,etiam in Principe inferioris gradus, habente tamen in ſuo ſtatu iura Imperialia,ſed cum Card.tenet Soz.in conſi.iiij.col. iij.li.etiam iij.Et hanc differentiam inter ſupremum & alium infe riorem Principem comprobo ex his quæ voluit Ang.in l.j. verſi.in Glo.quæ incipit Imò derrogat,ff.de ferijs,quòd reſcribendo, ſen-tentiando , vel epiſtolam transmittendo intelligitur Princeps le-gem condere,nemo tamen ab eo inferior hoc poteſt,verùm etiam Rex hac vtetur poteſtate:quod dictum refert,& ſequitur Alexã.in l.apud Iulianum.§.vlt.verſ.hoc eſt quod multum,ff.ad Trebel.latè
82 etiam comprobat Iaſ.in d.l.j.col.vlt. Et procedit † hæc concluſio etiam ſi ſit Princeps Vicarius Imperij,quia adhuc maior eſt digni tas,atque auctoritas Cæſaris in vniuerſo,quàm Vicarij in ſuo par ticulari,neque hoc caſu erit locus regulæ.l.quæ de tota,de rei ven. quod probat tex.in c.Dudum.§.nos igitur,de præben.in vj. vbi ha betur,quòd quis eſt maior ſe ipſo,& ratio ponitur ibi,in Gloſſ.in add.Io.An.quia fons ſcaturiens melior eſt,quàm riuus,de eo proce dens,& illum tex.ad hoc citat Bal.in prælu.feu.in Glo.quæ incipit aliqua ſed pauca de Principe, verſic. & quia maior . Adde etiam
83 † ad ſupradicta,quòd ſi contingat de bonis ita donatis quæſtioné exoriri inter antiquum Dominum,& illum qui ea habet ex Princi pis contractu,aut etiam liberalitate, vt quia dicat vnus ſe nunquã talem crimen commiſiſſe,alter verò èconträ illud dicat verè fuiſ-ſe factum,recipiendæ erunt vtriuſque probationes, & illæ obtine-bit qui melius probabit,ita colligitur ex his quæ voluit Bar.in tra cta.qui ſint rebel.in Glo.rebellanda,circa medium, ibi , quia cum talem pœnam ipſo iure incurrant peti poſſet pronuntiari talem eſſe rebellem, & èconträ qui ſe putat de tali crimine infamatum poſſet petere pronunciari ſe non eſſe talem, & clarius circa fin. d.

Glo.

84 Glos.vbi dicit quæritur † an occultè rebellem liceat occidere, & dicit quòd sic, quia ipso facto in hanc pœnam incidit,& in iudicio,quod fiet de isto homicidio liquidabitur de veritate obiectę rebellionis,& Bartolum ad hoc allegat Pe.de Ancha.in d.consi. cclxxvij.col.ij. in fi. Quod est magni effectus, vt quis propter obiectum hoc crimen,etiam occultum,possit occidi, & ex post,ex superuenientibus probationibus iustificetur homicidiū. Quod not. in hac materia propter id quod dixit Deci.in d.consi.ccccx.colū. pe.nu.26. vbi concludit hodie non posse quæri de ipsa rebellione. Et supra scripta decisio Bart.multum repugnat dictis consi.Decij, nam si tales rebelles possunt occidi, etiam ante detectum crimen, quanto magis in notoria culpa poterunt ei auferri bona, & alteri donari saltem vt liceat,quanto crimen ipsum refricatur in dubiū iustificare confiscationem ex nouis probationibus. Item quæro

85 de alia quęstione,† Ianuenses, & Pisani diutinum habuerunt bellum,tandem verò deuenerunt ad inducias duraturas vigintiquinque annis,& succesiuè per biennium duraturum,postquam eis elapsis,placuerit alteris bellum renouare,acto quòd Pisani non recipiant exules,& rebelles Ianuensium,quæritur an intelligi debeant de rebellibus qui erant tempore initi fœderis an & de aliis postcà factis,Ang.super hoc ex facto consultus, respondit quòd non comprehenduntur nisi qui erant tempore fœderis vt in eius consi.cclxj.Thema prædictum,loquitur tamē in casu quando tam diu perseueratum fuit in inducijs quòd omnes qui tunc viuebant mortui sunt,quia, iam lapsi erant anni centum, Item restringit ad casum quando pactum non erat vicisitudinarium,secus enim secundum eum si vtrinque esset conceptum illud pactum de non recipiendis exulibus,tunc enim in omne tempus durantium induciarum ex-

86 tenditur. Mouet etiam in fi.d.consi.dubium, † quid si quis erat exul tempore induciarum, & fuit ei facta remissio,reuersus autem domum noua causa superueniente factus est iterum exul, an comprehendatur in inducijs, & pacto illo prohibitiuo & non soluit,

87 dicit † tamen videri casum quòd non comprehendatur,in l.solita prouidentia.C.de remis.pig.illa tamē lex nihil facit,duplex enim est eius ratio vt ibi dicit Alb.obligando enim quis præsentia,& ea quæ acquiret, id non potest intelligi de pręsentibus alienatis & reacquisitis,cùm enim iam continerentur in obligatione facta de bonis præsentibus,non potest censeri eum etiam de eis cogitasse, vt de futuris,altera est ratio, quia quæsita ideò continentur,quia propter pactum finguntur iam tūc habita cum est facta obligatio,

quia res retrotrahitur, ſed ſecundum iſtam fictionem inuenitur ſubſecutus conſenſus creditoris de alienando, non igitur continebitur hæc res propter conſenſum, quæ rationes ceſſant in preſenti caſu, Et † melius congruit caſus quæſtionis de qua ibi per Alb. de licentia quam dedit creditor ſcholari de recedendo non obſtante iuramento de non recedendo donec ſatisfecerit, quia ſi poſt licentiam reuertatur reincidit tamen in priorem obligationem de non recedendo, ſic dicam de iſto exule, rationes, vide per Albe. ibi. Quæro extra materiam ſupradictam de quæſtione alia, Quidam nobilis tempore belli dixit cuidam amico ſuo, † recomendo tibi hoc meum caſtrum, quid cenſebitur per hæc verba actum? Dic quòd cenſetur ei commiſſa cuſtodia, omnia igitur ad eius cuſtodiam pertinentia expediet, † Et propterea ſi eſſet neceſſe aliquid facere de pertinentibus ad exercitum meri imperij propter ipſam cuſtodiam etiam hoc ei cenſeretur cõmiſum, poſito quòd dominus, & ipſe hoc poſſet. Si igitur cuſtodes, & milites peccarent aut fortè proditionem tractarent, liceret ei in eos animaduertere, Item & poterit milites ad cuſtodiam neceſſarios conducere, ſtipendiumque eis perſoluere de ære domini vel de ſuo, & omnem impenſam à domino repetet Ita Ang. in conſ. xxxv. incip. quidam nobilis; Bal. tamen in l. j. C. manda. aliter loquitur dicit † enim debere conſiderari mandatum illi traditum, & quòd maleficia debet denuntiare domino, Sed idem Bal. in cõſi. cxciiij. incip. præmiſsis verbis col. & lib. ij. loquens de Capitaneo duarum triremium, dicit quòd habet iuriſdictionem in milites quibus præeſt ad inſtar magiſtri militum, Et quòd in hoſtes habet gladij poteſtatem, ſaltem de facto, Dixit etiam Alex. in l. j. in primis verbis ff. de iuriſ. om. iu. quòd officium eius eſt nudi miniſterij, & abſque iuriſdictione; Dixit quoque Bar. in l. j. ff. de offic. præfec. vig. † quòd Capitaneus guardiæ habet modicam coerctionem in ſontes, ſed crimina grauiora debet denuntiare domino; de quo eſt tex. apertus, in l. vnica. C. eod. titu. & hoc puto verius, quàm quod dixit Ange. vel illud eius dictum de exercitio meri imperij debet ſecundum hoc dictum Bar. intelligi, & reſtringi: vide etiam ad hoc Luc. de Pen. in l. quicunque, col. ij. C. de exac. & execu. lib. xij. Quæro modo an † hic cuſtos ad aliquid obligetur ſi commiſſam ſibi arcem amiſit, diſtingue, aut per incuriam, & ſomnolentiam, & proculdubio grauiter peccat, Ianitori enim vt in Euangelio dicitur, præceptum eſt vt vigilet, debetque ex ipſo nomine ſcire quid eum facere oporteat, vt l. j. C. de offic. præfec. vrb. † cum

enim

enim cuſtos ſit caſtri videre debet, vt id quod eſt eſſe non deſinat, l. defenſores, C. de defenſo. Ciui. caueantq; ab indignatione Princi
95 pis, † quãdo in eo ſunt pœnæ omnes arbitrariæ, Nam vidi ego iuſſu Principis caput amputari militi qui obdormiuit in cuſtodia cuiuſdam captiui magnæ importantiæ, dum duceretur ad Principem, & dum ille dormiret, aufugit captiuus, Et quamuis ſomnus ſit accidens naturalis, cui reſiſti non poteſt, cum nemo ſem-
96 per poſsit vigilare, † ſomnus tamen non excuſat in vera culpa, ita Bald. in l. iij. §. cognoſcit, in vltimis verbis, ff. de offi. præfec. vig. dicit etiam Gloſſ. in l. cum ita. §. ſpecies, ff. de leg. ij. quòd quando cuſtodiam quis debet præſtare ex incumbenti ſibi officio, non excuſatur propter caſum contingentem, niſi probet carẽtiam culpæ, not. ſcrib. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò hæredi, ff. de eden. imò dicit Lu. de Pen. in d. l. quicunque, colum. iij. quòd cuſtos periculo capitis ſui tenetur ad cuſtodiam, & ibidem in colum. pe-
97 nul. † dicit quòd qui mercedem accipit pro cuſtodia tenetur etiam de damnis fatalibus. Oldrad. tamen plenius hanc materiam tractat, in conſi. xcii. quod incipit Rex habebat caſtrum, quæ
98 rit enim ibi † an commiſſo à Rege liceat alium ſubſtituere, & ſi hoc fecerit, & caſtrum amiſerit quid fiet, & ſi quidem nobilem ſubſtituit, excuſabitur, etiam ſi is ſua culpa amiſerit, ſi verò ignobilem non excuſatur, & hanc dicit eſſe conſuetudinem nobilium patriæ ſuæ, quam etiam dici iuri conformem, argumento l. vlt. in prin. ff. de cuſto. reo. & hoc dictum citat, & comprobat Felyn. in c. Petrus, in j. colum. extra de homici. & in cap. ſuper his, in fi. de accuſa. ſed neque cogetur hic cuſtos ſubſtitutum præſentare Regi, cum ſatis ſit quòd idoneus eſſet communi opinione, tempore ſubrogationis, ita ibi Oldr. Quòd ſi ipſemet deputatus à Rege caſtrum amiſit ſi quidem dolo proculdubio eſt inexcuſabilis. Idem ſi lata culpa, l. ad commentarienſem, C. de cuſto. reorum. Imò & tenebitur, de leui culpa, & de leuiſsima, non tam grauiter tamen puniendus, vt d. l. vltim. de cuſto. reo. §. j. & l. milites, ff. eodem. ſi verò nulla adſit culpa, vt ſi per vim, ſunt iura quòd excuſetur, in l. ſi ea res, ff. de actio. empti. & in l. ſed & de damno, ff. lo-
99 ca. ibi enim dicitur † quòd cuſtodia aduerſus vim parum profi-
100 cit: Oldrad. tamen diſtinguit † aut culpa præceſsit caſum, & proculdubio caſus non excuſat, quid enim ſi malè prouidit de commeatu, aut munitionibus, aut armis, aut quid (quod faciunt maxima pars caſtellanorum) ſi fraudat numerum militum vt intercipiat ſtipendia, & propterea caſtrũ amittatur, certè grauiter erit

puniendus

puniendus.Aut culpa non prȩceſsit,& videretur abſoluendus,vt d. l.milites,circa fi. Vnde & dixit Bal.in d.l.iij.de offi. præfec. vig.
101 †quòd impoſsibile,à cuſtodibus non eſt exigendum, verum tamen adhuc hoc caſu dicit Oldra.in fi.d. conſi. quòd de iure nobi-
102 liũ id eſt de more,adhuc tenebitur cuſtos, †Cùm enim Rex ei,in quit cuſtodiam tempore belli aduerſus imminentem vim commiſerit,videtur etiam de iure obligari aduerſus vim arg.l.j. C. commo.vbi Iac.de Are.ita no.hęc Old.ibi,cuius verba, more ſuo tranſcripſit Ioan.An.in addi.Spec.in Rub.de loca. Additque multum nocere caſtellano quòd ipſe tempore belli recipit cuſtodiam,propter quod tacitè actum videtur vt ea ſit cuſtodia vt etiam vim nõ timeat,Dicit etiam ſe audiuiſſe fuiſſe iudicatum in curia quòd ex cuſatur caſtellanus,qui alterum ſubſtituit,ſi is erat nobilis,confirmatur verò id quod dicunt de eo qui tempore belli ſuſcepit cuſtodiam, ex eo quòd dicunt Doct. non fieri remiſsionem ei,qui conduxit belli tempore de quo per Bal.in l. ſi ea lege C. de vſur. in ij. col.& per Alex.in l.ſed & ſi quis,§.quæſitum. ff.ſi quis cau. nu. 17. vbi allegat Ioan.And.in d.rub.de loca.Et dixit Luc.de Pen.in d.l.
103 quicunque † quòd cuſtos ſtipendiarius tenetur de damnis fatalibus,Et dixit in Rub.C. de lit.cuſto. col.ij. quòd tenetur reſiſtere violentiæ,ibi tamen reſtringit ad quantum poteſt.Et hoc ſi ſit bona fide intellectum,& factum,vt puto nemini domino diſplicebit, impoſsibilium enim nulla eſt obligatio, & eſſet pernicioſum aliter dicere,Imò neque inuenirent Principes,coſtodes ſub alia lege: quia qui fecit quidquid potuit legem adimpleuit. Supradicta ego quandoque inducebam ad caſum Ioann.Baptiſtæ Furnarij Ianuenſis, ipſe enim cum eſſet Prȩfectus præſidio Albæ, quę eſt mihi originalis Patria,iuſſumque ei eſſet per Ducem exercitus,vt remiſſa ciuitatis cuſtodia ad ſe veniret, ipſe ſimulato, ſiue etiam vero languore,neque iuit,neque cuſtodiam remiſit,Intereaque Galli ciuitatem furtiuè ſurripuerunt, cum Furnarius vigilijs & cuſtodiæ ciuitatis ſuffeciſſet quendam Ricium de LechioRegnicolam,nouũ hominem atque incognitum,cui fortè mille ſcuta Ianuam deferenda non credidiſſet,ipſe tamen Furnarius cũ in vinculis cauſam diceret in ciuitate Alexandriæ,capiti ſuo metuens aufugit.

Caueant igitur iſti caſtellani, & arcium cuſtodes, & diu penſent, vt dicam cum Poeta.

Quid ferre recuſſent.
Quid valeant humeri.

Dum enim ambitioni,& lucro ſtudent,incauti, periculum capitis

ſubeunt

ſubeunt: vidi enim ego cuſtodem arcis Valentiæ prope Alexandriam capite plecti propter deditam arcem Gallis, qui tamen cum magna vi aduenerant, cui fortè erat impoſsibile eũ reſiſtere.

104 Notabilis † eſt etiam in hac materia caſus in quo conſuluit Old. Rex Hiſpaniæ commiſit cuſtodiam quorundam caſtrorum, Templariorũ, magiſtro ordinis de Aleãtara, Papa prȩcepit, ſiue eius executor & comiſſarius, dicto magiſtro, quòd dicta caſtra dictis templarijs reſtitueret, ipſe noluit eis reſtituere ſed reſtituit Regi propter quod fuit excommunicatus, defendit ibi Oldr. quòd debebat abſolui quia debuit curare de honore, & fide præſtita Regi quòd

105 multis agumentis comprobat. Caueant etiam † qui arces dedunt etiam cum maxima vis ingruit cui reſiſti non poteſt, ne pecuniam accipiant, quod quandoque Duces magno emunt, vt tempus redimant & propter incertos caſuum euentus ne contingat eis quod dixit Boerius in trac. de cuſt. cla. num. 25. contigiſſe cuidam Gallo cui arcem dedidit Iannuenſibus, & cum credidit Lugduni pecuniam à campſore, & numulario recipere fuit ei caput abſciſum, & cadauer poſitum in rota, Et ego ſuaſi idem fieri cuidam militi, qui arcem Eporediæ ſibi commiſſam, dedit hoſtibus, acceptis aliquot centenis ſcutorum ſub prætextu commeatus ſeu victualiũ, quæ dicebat ſe habere in caſtro; Duci tamen aliter eſt viſum.

106 Dixit etiam ibi Boerius † cauendum eſſe caſtellanis ne ſermonem faciant aut verba auſcultent de proditione & bene hortatur; nam auſcultatio ipſius dimidium eſt deditionis ſiue vt vulgo dicitur Rocha parlamentata e mento renduta. Item dixit aliud val-

107 de notabile, † quòd ſi cuſtos caſtri fideiuſsit pro cuſtodia & euenit caſus amiſsionis, fideiuſſor non obligatur ad ſolutionem pœnę conuentionalis, ſed ſolum ad quanti intereſt; allegat Dyn. in l. libertus. §. fideiuſſores, ff. ad municip. Alia quædam in materia cuſtodum arcium tractat Martin. Lauden. in trac. de caſtella. vbi in v. q. dicit idem quòd dixi ſuprà ſi culpa prȩcedat caſum. In deci-

108 ma q. dicit † quòd is qui fideiuſsit pro caſtellano non tenetur ſi is arcem prodidit, Allegat Alb. in l. j. ff. de in litem iu. vbi hoc dicit & videtur tex. in l. j. C. de peri. eo. qui pro magi. inter. lib. xj. Ego tamen puto inſpicienda verba ſtipulationis, & promiſsionis, nullam tamen obligabunt ad pœnam corporalem, quia nimis eſſet abſurdum quòd de delicto alterius alter plecteretur. In q. xxj. di-

109 cit quòd caſtellanus † qui patitur hoſtes depręd ari territorium, debet viuus comburi, quod tamen bebet intelligi ſecundum l. quã allegat, quando habebat cum eis intelligentiam de hoc, & ſcele-

ratam

ratam factionem,vel prædam cum eis partiebatur,aliàs enim, etiã
si negligeret tutari suos fines non crederem eum tanta dignum pę
110 na. Dixit etiam ibi,in xxvj.q.quòd castellanus † qui audito ad
uentu hostium aufugit,& reliquit castrum grauiter debet puniri,
Allegat Ang.in l.metum,in prin.ff.quod me.causa,vbi dicit quòd
non debet fugere ad sonum tubæ vel timpani. Sed debet expe-
ctare obsidionem, & viriliter se defendere quòd si hostes per vim
aggrediuntur,si fugit excusatur,ita Ang.quòd debet intelligi pro
qualitate arcis,& ne obligetur ad īpossibilia, qui enim facit quod
quilibet bonus in eo actu faceret, mihi videtur satisfeciſſe Deo, &
mundo,Et hoc est valde arbitrarium Ducis, & Principis, Qui ta-
men ratione vti debet,est consi.cxlviij.decisionem,lib.iiij. Quæ
ritur si statutum grauat delictum & offensam factam noctis tempo
re,leuat tamen pęnam si habita sit pax, an si de ea facta sit pax nul
la tamen facta mẽtione quòd fuisset facta, prout verè erat, noctis
tempore,prosit offensori,Bal. in consi.ccclxxviij. incipiente vide
tur mihi Bal.lib.iiij.dicit quòd prodest,rationes vide ibi. Tra-
ctat aliam notabilem quæstionem Bald.in consi.ccclxxxvij. quod
111 incipit proponitur quòd inter quosdam inimicos,eo.lib.iiij.† si
facta sit pax,cum promissione de nõ offendendo in persona neque
in bonis sub pœna centum toties committenda datis fideiussori-
bus,ex inde alteri occidant vnum ex contrarijs,& eius domum di
ripiant,& expolient an duplex pœna sit commissa,videlicet homi
cidii,& spolij,& concludit quòd est distinguendum, nam, aut rapi
na præcesit homicidium, & iteratur pœna,aut ècontra homici-
dium præcedit,& semel tantum pęna committitur, ratio hoc secũ
do casu est,quia per offensam personalem rupta est pax, iam igi-
tur vltra rumpi non potest quod nullum est,Item morte finitur cõ
tractus pacis,item defuncto non fit iam furtum neque offensa, sed
neque iacenti hæreditati, l.j.§.Sceuola, ff.si quis testa.lib. esse ius.
&c.si tamen incontinenti homicidio adiungeretur rapina, ante-
que diuertant homicidæ ad extraneos actus duplicem reatum cõ
mittunt,& duplicem pœnam ita Bald.ibi. In hac ego quæstione
crederem latius distinguendum, quid enim si sint multi contrahẽ
tes ex vtraque parte prout ibi præsupponit Bal.in narratiõe facti,
si vnus occidatur an non offenduntur cæteri, etiam ex rapina quæ
mortem est secuta? quod si offenduntur,& contrafacit capitulo illi
quo promissum est etiam in bonis non offendere,an non est ęquius
& iustius dicere vtranque pœnam commissam? Neque est conclu-
dens ratio dum dicebat ruptam & sublatam pacem & consequen-

ter

ter illi iam vltra non posse contrafieri, quia propter clausulam illã toties committenda, &c. potest pœna sæpius committi, maximè contra ipsum violatorem, Alex. consi. cxv. lib. iiii. Cor. consi. xl. lib. ij. supra allegati. Erat præterea vtputo, in dicto casu Bal. consideran. qualiter pacis fœdera essent concepta, vbi enim ex offensa facta in personam, aut bona vnius ex vna parte fieret offensa omnibus illius partis quod facti series innuit, tunc etiam si non committeretur pœna propter bona rapta post mortem eo respectu quòd in eis neque furtum neque rapina committitur, cum hæreditas est iacens, l. j. §. Scęuola. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. l. hæreditatis. ff. de fur. & l. à Titio, fieret tamen iniuria super extantibus ex illa par
112 te offensa, & eorũ respectu cõmissa esset pœna, † cùm hæc sit vna pax, quo ad omnes contrahentes, non aut sunt tot paces quot personæ contrahentes, quod dixit Corne. in consi. viii. circa primum, colum. ij. in fi. lib. iij. & in consi. cxlviii. incipiente decisionem colum. penul. nume. 8. lib. iiii. hęc mihi circa illud consi. Bal. conside
113 ratione digna visa sunt. Quæro in d. consi. Bal. dicit † hæreditati iacenti furtum fieri non posse, vetus est dictum, visumque est Trebatio indubitabile apud omnes, propter quod illusit Ciceroni dicenti fuisse quæstionem de hoc inter veteres & suas partes tuetur Cicero dicens Sex. Elium M. Manlium, & M. Brutum contra sensisse, quamuis Cicero ipse contra eos Scæuolę, & Trebatio assentiatur, vt est in eius epistola ad Trebatium, inter eas quas familiares vocant. Mirum verò videtur iacenti hæreditati furtum non fieri neque rapinam, vt l. i. §. Scæuola, ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. l. contra nurum, in fi. ff. re. amot. l. hæreditariæ, ff. de fur. l. in eo. §. eadem distinctionem, ff. de acquir. re. domi. Et propterea neque adita hæreditate furti aget hæres, vt dictis iuribus, licèt agere possit
114 † crimine expilatæ hæreditatis, vt. vtrunque probatur, secundum Bart. licèt Pau. de Ca. aliter dicat in l. si homo, ff. de vsucap. cum tamen si vis aut clamdestinitas rei hæreditariæ incidat iacente hæreditate, competat hæredi post eam aditam interdictum quod vi,
115 aut clam. l. denique. §. quęsitum. ff. quod vi, aut clam Item † & datur Aquilia pro damno dato hæreditate iacente, l. ob id. ff. ad l.
116 Aqui. quod motiuum, Glo. ibi sentit, & soluit dicens † aliud in furto aliud, in l. Aquilia, quæ est ratio eadem cum dicto. Bart. in d. l. hæreditarię, non opponit de dictis iuribus dicit tamẽ quòd ideò iacente hæreditate non fit furtum, quia furtum est contrectatio in uito domino, & tunc nemo adest domi. Floria. in d. l. ob id, reprehendit Bar. quia iacente hęreditate datur actio furti tunc facti cõ-

modatario, fructuario & ei qui habet rẽ pignori,qui tamẽ nõ ſunt domini.Quę repreſio nõ eſt ęqua,nam non ſolũ furti agit dominus ſed& omnis cuius intereſt rẽ non furripi iuſta ex cauſa l. cuius intereſt,cũ duabus ll.ſeq.& l.is cuius,l.vl.ff.de fur.nihil igitur mirum ſi in illis tribus caſibus datur actio. Ipſe Floria.ſoluit quòd ratio diuerſitatis eſt ipſa poſſeſsio,nam dum hęreditas iacet nemo poſsidet,d.§.Scęuola,& vbi ceſſat poſſeſsio vel detentatio,impoſſibile eſt furtum committi, Mihi ratio hæc nihil omninò concludit,neque enim magis adeſt poſſeſſor cum datur Aquilia aut interdictum, quàm cum honoraria ſeu furti, imò contra vtranque ſol. & Bar.& Flo.videtur tex.in d.§.denique,dum ibi ideò interdictum competere dicitur quia hæreditas domini locum obtinet.vera igitur ſolutio ex ipſa l.ob id colligitur,quòd videlicet lex Aquilia dominium latius intelligat quàm lex xij.tabu.neque enim eum intelligit qui fuerit cum damnum daretur, ſed cum propter damnum agitur; quod ęquitate ſuadetur, ne aliàs actione, & auxilio deſtituatur damnũ paſſus,cui alia nõ eſt parata actio pro damno,At in furto, quamuis propter iuris rigorem conſeruandum ceſſet actio illa, non tamen auxilio dominus deſtituitur,cum crimine expilate hæreditatis agere poſsit,ſiue vt ſuum conſequatur,ſiue etiam ob vindictam publicam,& cum ad exhibendum, & rei vendicatione agere poſsit l.ij.ff.de crim.expil.hære.& l.vlti. C. eo. Dixit etiam Floria.in d.l.ob id, in vlti. verbis, etiam agi poſſe conditione ex l.cum quærebatur,C.vnde vi,recuperantur, & res petitione hæreditatis, vt l. iij. ff. eo . Nimirum igitur ſi tot paratis remedijs vno priuatur propter conſeruandum vt dixi rigorem Iuris . Obtendunt etiam ſcribentes, † velum d. l. ſi homo, ff. de vſucap. cum
117 ſit tamen eius ſenſus planus atque apertus, quęrit enim ibi Iulianus an vſucapi poſsit ſeruus iacente hæreditate ſurreptus, cuius vſufructus erat legatus,& diſtinguit aut agi furti põt, & nõ procedit vſucapio,aut agi non poteſt,& procedit palam eſt autem hęredem agere furti non poſſe, de fructuario eſt quæſtio,aut enim ius ei fruendi iam quæſitum erat cum factum eſt furtum,& furti aget, conſequenterque vſucapio impedietur,aut frui non poterat,& neque aget furti, neque vſucapio prohibebitur; tunc autem dicitur frui poſſe,cum hęreditas eſt adita,Ipſique hæredi eſt pręſtita cautio de qua in l.vxori,ff.de vſufruc. lega. ſi autem non ſolum frui poterat ſed & fruebatur tunc & ipſe aget furti, & dominus idemque hæres,& ita intelligi debet lex aut in qua,& lex, his enim caſibus, quæ eſt l. ſequens ff.de fur. dũ ibi dicitur, re ſurrepta in qua alius

vſufructum

vſufructum habet agere hæredem furti, videlicet ſi iam cepto vſufructu ſurrepta res ſit, hic videtur mihi verus d. l. ſi homo, intellectus, licet Pau. de Caſt. ibi dicat Bar. malè eam declaraſſe, & ipſe forte haud paulo confuſius, Cætera quæ ibi no. in Glo. an videlicet ſit dare caſum in quo furti agi poſsit, & tamen res ſit vſucapibilis ſidare caſum in quo furti agi non poſsit, neque tamen vſucapi, ſunt extra caſum illius legis, ſatis eſt enim quòd regula eſt quòd non procedat vſucapio ſi ſit qui furti agat vel procedere eam ſi nemo ſit, cui ea actio competat, in quo & Iulianus & Sabinus conueniũt.

118 Tractat Cor. in conſi. viij. lib. iij. quæſtionem iſtam; † multi inimici vnius partis pacem fecerunt cum alijs multis alterius partis, adiecta graui pœna violantibus, ſtatutum eſt etiam in ciuitate illa quòd opem præſtans delinquenti puniatur in centum, modo Titius vnus ex ſupraſcriptis inimicis, cum auxilio Sei, etiam de dictis contrahentibus, occiderunt Sempronium cum quo pacem fecerant, tenebitur ne Seius pœna pacis fractæ ex ſuo delicto, Item & pœna auxilij de qua in ſtatuto, & concludit ibi quòd ſola tenebi-

119 tur pœna conuentionali. Quia non † poteſt idem eſſe principalis, & acceſſorius, Item quia teneretur in plus opem præſtãs quàm

120 principalis, quod eſſet abſurdum. † Item quia minus crimen confunditur cum maiori, quod puto verum quando eſt vnum alteri cõſecutiuum. nam ſi eſſent diuerſæ ſpeciei, maius non abſorberet minus, niſi non eſſet pœna reiterabilis, per no. per Bal. in l. qui ſeruo, §. ſi duo, ff. de fur. ſequitur Ang. in trac. mal. in Glo. & d. malef. ſem-

121 per aſti. in prin. Quęrit etiam ibi † ſi quidam tertius puta Caius vtrique pręſtitit auxilium ad dictum homicidium an teneatur duplici pœna ſtatuti, vt tanquam opem præſtans Titio, Item, &

122 Seio an vna tantum, & concludit quòd vna; † Item tractat ibi an is Caius teneatur vti auxiliator ad pœnam pacis fractæ, poſito quòd ignoraret pacem, & concludit quòd non, quia eum auxiliator grauius punitur propter antiquam qualitatem, ſi illam ignorabat pœna non committitur, Hoc tamen de ſcientia fatetur ipſe

123 habere multam dubitationem, † quando autem attendatur animus delinquẽtis ſiue ad augendã ſiue ad diminuẽdum pęnam vide Bar. in l. diuus. ff. ad l. Cor. de ſic. in l. item apud, § ſi quis virginem, ff. de iniu. vbi Alex, in add. Bal. in l. ſi quis non dicã rapere, col. iij. C. de Epiſco. & cle. Cum autem multæ ex ſupraſcriptis quæſtionibus ad priuatam concordiam, & pacem pertineant, & non ad publicam, quædam circa eã pro cõpleměto, & cõcluſione materiæ

124 ſubijciã. Et in primis † ſciẽdũ eſt quòd licet, ex iniurijs, & offen-

sionibus inimicitię oriãtur, oportet tamẽ iniurias ipsas statim cũ factæ sunt per eũ qui lęditur ad animũ reuocare, Aliàs nõ aget vllo modo iniuriarum, Ita dixit Iurisconſ.in l.non ſolum,§.j.ff.de iniu.
125 & Imp.in §.vlt.Inſt.eo.tit. Quod ſi quis† eam ad animum reuocauerit, demumque ſigna reconciliationis,& pacis oſtenderit præſumitur remiſſa iniuria, ita Doc.no.& præcipuè Bald.in l.in ipſius.
126 C. fa. ercis.† Signa autem reconciliationis atque argumenta hæc dantur, Primo ſi per annum tacuit is qui eſt offenſus, deletur enim iniuriarum actio tanti temporis diſsimulatione & taciturnitate, l. ſi non conuicij, C.de iniu.l.ſi vnius §.ſi ante, ff.eo. vbi etiam Gloſſ. no.& Fely.in c.dilecti, col.vj.de excep. Item ſi quis ad iudicem vadat, & eius miniſterio vtatur in caſtiganda iniuria, renunciatum erit omni alij remedio ſi quod competebat aut iure ſcripto aut moribus, vt d.§.ſi ante, vbi etiam no. Niſi ſit proteſtatum quod ſaluum ius aliud quodlibet competens remaneat, ſecundum Iaſ.in l.j.ff.de pac.de qua proteſtatione valde dubito maximè ſi illa remedia nõ poterant cumulari, neque concurrere, electione enim vnius remedij cenſetur renunciatum alteri, quid enim prodeſt proteſtatio quæ factum habet contrarium, c.ſolicitudinem, in fi. de appel.l.cũ in plures.§.locator.ff.loca. Imo,& Doct.omnes, in l.non ſolũ.§.morte, col.iij.ff.de op.no.nun. Item certum eſt argumentum pacis, ſi manus inuicem tangantur quod ſolet eſſe amicitiæ ac ſalutationis ſimbolum, Pau.de Ca.& alij Doct.in d.l.j.de pac.vbi etiã no.quod ſi inſtrumẽtum dicat Titius,& Seius de inimicitia quam habebat deuenerũt ad pactum, intelligitur quòd deuenerint ad pacẽ, quod credo verum ſi inſtrumentum ſit perfectum, & nihil aliud contineat cum aliàs pactum ſit vox æquiuoca, vnde ſi nulla alia eſſent verba in inſtrumento melius eſſet ita interpretari, ſed ſi adeſſent alia vel ſi eſſet imperfectum ſecus eſſet. Idem etiam ſi ſimul bibant vt per Alex.ibi, quod ex circũſtantijs cognoſcitur, ſi enim ipſi ſoli in eadem menſa compotent præſumitur reconciliatio, & multo magis ſi de codemmet poculo, Quòd ſi quàm plurimis commenſalibus vt in conuiuio, duo inimici conuiuentur ſolam ipſam compotationem ſeu conuiuationem nõ crederem pro certo ſigno amicitiæ habendam. Quòd ſi inuicem ſalutant, vel prout eſt hodierni moris pileum ſeu birretum ſibi inuicem detecto capite educũt Bal.ff.de libe.& poſthu.l.filio quem,& ibi etiam vterque Imo. pro ſimbolo habent amicitiæ. Multo autem magis reconciliatio, & pax præſumitur ſi ſimul conuerſentur, & adhuc magis ſi mutua ſibi exhibent obſequia,& ſeruitia, Bal.in d.l.in ipſius.C.fam.ercis.

127 An verò † ex remiſsione iniurię facta in ſacramentali, ſeu pęnitentiali confeſsione cenſeatur facta reconciliatio, tractat Bar to. in l. ſi tibi decem. §. quædam. ff. de pac. & in l. non ſolum. §. j. ff. de iniu. vbi etiam Alex. in add. & ſcrib. omnes in d. §. quædam, & cõi ter dicunt quòd non cenſetur remiſſa iniuria, ſed ſolum depoſitum odium atque inordinatus appetitus vindictę. Et multo minus cen ſentur remiſſa damna ſi quæ fuerunt illata ex iniuria, Iaſ. in d. l. j. nu. 10. de pac. vbi etiam dicit quòd etiam ex pace facta, & de qua ſit confectum inſtrumentum publicum non cenſetur remiſſa rei vindicatio quæ competebat offenſo propter res captas ſeu aliàs vt cunque indebitè occupatas allegat Alex. qui verè ita latè conclu- dit, & comprobat, in conſil. clxviij. Cuius initium eſt, requiſitus vt breuiter dicam, lib. ij. quod & ſuprà alio in loco citatum eſt.

128 Et hæc ſunt notanda ad materiam duellarem, † Quamuis enim duellum ſit à iure reprobatum, vt c. monomachiam ij. q. v. c. ij. de cle. pugnan. in duel. c. ij. de purg. vulg. vnde & Bal. in conſ. cccxliij.

129 quod incipit Illuſtris domine, in ij. lib. † dicit quòd prouocare ad duellum eſt quædam furia contra omnem humanitatem, & con

130 tra omnem rationem naturalem, Et quòd † debet eſſe vltimum refugium, quod latius tractant qui volumina de eo compoſuerunt, vt Ioan. de Lignan. vt Paris de Pu. vt nouiſsime Alcia. ne peſsimo inuento leges deſint, & vt poſsint cum ratione inſanire homines, licet id viſum ſit impoſsibile, Comico. Quam materiam nolui huic tractatui inſerere ne eum plus iuſto grauarem, atque auge- rem, & ne priuata bella, & ſola diabolica inſtigatione inuenta mi- ſcerem cum publicis quæ iure gentium ſunt adinuenta, & diuino Iure conceſſa, & quæ finem habent pacem, ac publicum bonum, Hęc inquam ad ipſam duelli cauſam faciunt quam obſtinata ho- minum rabies in conſuetudinem perduxit, vnde, & dixit Bal. in l.

131 is penes quem, in vltimis verbis C. depo. † quòd non dicitur duel lum illicitum quod generalis conſuetudo induxit, Dixit tamen

132 idem Bal. in rub. C. de dediti. liber. tol. circa fi. † quòd etiam cũ fit pro innocentia valde eſt exoſum legibus, quia tentatur Deus, & quia multos vidimus ſub iuſto Clypeo perire; vnde, & in Longo barda quo iure eſt inuentum duellum excuſatur quòd ex neceſsi- tate conceſſum fuit, quia propter conſuetudinem gentis prohibe- ri non poterat. Cui eſt ſimile quod de diuortio dicitur, Matthęi 19. quod ab initio non fuit ſic ſed propter duriciem cordium He-

133 braicorum conceſſum fuit, ſed quod dixit Bal. † de conſuetudi- ne non videtur mihi excuſare duellantes, cùm nullo tempore firmetur

metur consuetudo peccati inductiua, lex enim quęlibet etiam non scripta, quales sunt hominum mores, & consuetudines, debet esse iusta æqua, rationabilis, Quæ est autem æquitas aut ratio vt armis dirimant duo vter sit iustior vter melior vter innocentior? nihilo id magis consonum quàm si gladijs decertent inter se duo Iurisconsulti vel duo Philosophi vter sit doctior, Quid etiam iniquius quid improbius quàm innocentem virum, eumque vt sæpè contigit, debiliorem & ætate & viribus, aduersus audacem virum, & viribus præpotentem consistere, verum postquã neq; hoc Principibus est curæ præsertim in hac nostra infelici & desolata Italia, quam dominantium multitudo Tributariam fecit imò seruã de domina gentium, Præcidamus saltẽ prout valemus, aliquos ramos de infausta arbore, cum igitur sępè inter ludendum multa effuciãt, multa inconsulto, & per lasciuiam, & non ex animo dicant sibi in uicem socij atque amici, multa ét faciant, si non statim ea ad animũ reuocat qui se offensum arbitratur, non poterit exinde ad duellum prouocare, neque iniuriam prosequi, lungeq; id minus faciet si posteà vnà luserint, compotauerit, salutauerint, conuersati sint, aut tale aliud quippiam fecerint, Imò neque si is, qui est conuicia tus id ex animo feciſſet, & per iracundiam, neque enim ideò minus argumenta, Illa ad reconciliationem proderunt ad duelli pro
134 uocationem excludendam. Vnum tamen scias lector † non quibuscunque argumentis censeri renunciatum iniuriæ atque offensę cum eam quis ad animum reuocauerit, debent enim, vt ego censeo esse vera, & conuenientia, atque etiam concludentia non promiscua, incerta, & æquiuoca, suscepta enim voluntas, & animi affectio durare præsumitur, vt dixit Bal. in d.l. in ipsius, nisi cõcludentibus
135 argumentis appareat mutata, Nihil † enim prodest ęquiuoca probatio & quæ se ad vtrunque habeat, l. neque natales, C. de pro-
136 ba. cum vulg. & est casus notabilis, & sing. in † d.l. filio. ff. de lib. & posthu. Ibi enim dicitur quòd filio quem pater exhæredauit, eman
137 cipauit, & postremo adoptauit, † non censetur ex adoptione ipsa remissa offensa, neque deleta exhæredatio, Quod Baldo visum est mirum, & cæteris omnibus, prout ibi adnotant, cum enim signa reconciliatæ paternæ mentis exhæredationẽ tollant, quod Barto. dixit, in l. iij. §. vlt. cum l. seq. per illa iura ff. de adi. lega. quis non dixisset adoptionem hoc præstare? Pau. de Castr. in d.l. filio, de mente Bal. soluit obiectum istud, quòd sicut solutio patriæ potestatis nõ præbuit causam exhęredationi nimirũ si redintegratio potestatis contrarium non inducit, quæ solutio non tollit obiectum, innui-

tur

tur,etiam in lectura, Paul. ibi alia fol. quòd hic filius non habetur pro adoptiuo cum ſit naturalis, & cũ ceſſet fictio vbi adeſt veritas, reſtituit autem eum adoptio in priorem ſtatum, in quo erat cũ eſt emancipatus,nimirum ſi non reuocatur exhęredatio qua iam erat affectus,ſed neque hoc tollit præſumptam reconciliationem,poſt quam contrarijs argumentis reuocatur,vt Bar.cenſuit,ipſe Pau. aliter ſoluit,& Alex.ſequitur,quòd hoc operetur validitas paterni teſtamenti; Nam ſi ex adoptione reuocaretur exhęredatio filius inueniretur præteritus,& teſtamẽtũ corrueret,mihi hoc valde mirũ, & abſonum videtur vt affectio, quam habet teſtator ad validitatem ſui teſtamenti ſit fortior, & efficatior quàm paterna caritas. Imola ibi ſoluit,quòd cum exhæredatio eſſet ſolemnis & in teſtamento non tollitur per ſequentem actum minus ſolemnem, argu. l.hæredes palam.§.ſi quid poſt,ff.de hær.inſti. quod non immerito Alex. improbat, nam & ipſa adoptio eſt actus ſolemnis, & etiam ſolemne teſtamentum reuocatur, per aliud minus ſolemne, factum inter liberos, l. hac conſultiſsima, §. ex imperfecto. C. de teſta. fortè vera eſt ſolu. quam dixi ſupra, quòd argumentum, & ſignum ſequentis pœnitentiæ, debet eſſe vniuocum, non æquiuocum, concludens,& non promiſcuum,& adoptione factum eſt æquiuocum & ipſi filio odioſum,& præiudiciale poſtquam perit ei libertas, & rurſum alienæ poteſtati ſubijcitur:Potuitque pater etiam retenta animi offenſione adoptare, vt ſcillcet filius facilius caſtigaret ſic viciſsim filio eſt fauorabilis emancipatio ipſa, cum ex ea libertatem conſequatur & alia multa commoda.

❧

HIC INCIPIT VNDECIMA PARS OPERIS.

SVMMARIVM.

1 *Obſides qui ſint.*
2 *Obſides quo iure inuenti.*
3 *Obſides dantur etiam mulieres.*
4 *Obſides cur dentur.*
5 *Obſides ſtatum mutant.*
6 *Initium inſpiciendum eſt.*
7 *Obſides dantur nobiliores ex dantibus.*
8 *Obſides dantur à tenuioribus dignioribus.*
9 *Liber homo poteſt obſes dari.*
10 *Priuatum carcerem non committit qui habet per leges carcerem.*
11 *Priuatis non licet obſides dare.*
12 *Obſides dantur etiam pro cauſa pecuniaria. intellige tamen vt ibi.*
13 *Ciuitates poſſunt dare obſides.*
14 *Priuatus cum iuramento poteſt conſentire, ſe obſidem dari.*
15 *Papa dat clericum in obſidem.*
16 *Secus tamen in Epiſcopo qui eum non dabit.*
17 *Abbas dare poteſt obſidem ſuum monachum.*
18 *Monachus tamen ita datus inuitus non retinebitur.*
19 *Pater filium obſidem dare non poteſt.*
20 *Obſides etiam inuiti dari poſſunt.*
21 *Princeps & populus liber licitè poteſt auferre ſubdito rem ſuam.*
22 *Clericus inuitus obſes dari non poteſt, quod tamen intellige vt ibi.*

De obsidibus. Titulus Vnicus.



VVM autem pací plęrunque accedãt obsides, aliqua de eis sunt dicenda. † sunt autẽ obsides liberi homines in potestatem pro obseruandis fœderibus alteris traditi. Inuentum † eius esse de iure gentium sicut bella, seruitutes, & postliminia, dixit Bal. in l. ij. versi. nunquid obsides. C. de patri. qui. fi. distrax. Dantur autem † non solũ masculi, sed etiã fœminę ac virgines, quod probat Liuij locus, dum enarrat Clęliam aliàsque aliquot virgines Porsennę à Romanis obsides datas. Quæ, & transnato Tiberij Romam refugerunt, & Tacitus, libr. xv. de Tiridate Partho Armenię Rege, obsidẽ, inquit, interea filiã traddit. Dantur plerunque † ab hostibus quo firmior sit pax secuta ac fœdera, seu deditiones aliæ vè pactiones, & promissa, sed & inter socios ac fœderatos dari vt tutius contrahentibus fit fœdera iri obseruata, declarat locus Cæs. in commentarijs, lib. vj. Et quoniam de obsidibus, in præsentia, inquit, cauere inter se non poterant ne res efferretur, iureiurando, & fide sanxerunt. Quod iure Romano obsides † statum mutarent ac fierent eorum serui quibus tradebantur probant iura, in l. diuus, ff. de iu. fi. in l. eius, in princ. & l. obsides, ff. de testa. Impetrabant tamen aliquando vsum togæ, & tunc validè testabantur vnde, & erant ad instar liberum, l. sed si accepto, ff. de iu. fi. Bal. tamen, in d. l. obsides, mouit dubium cur serui sint qui ex hostibus, pace iam facta, deduntur pignori, Ang. ibi sol nit, distinguendo quia aut dantur à verè hostibus, quales sunt nobis Turcę, & serui fiũt, aut inter impropriæ hostes, prout cùm Christiani inuicem belligerant, & tunc non fiunt serui, quæ sol. non tollit obiectum, Prout neque tollitur ex eo quod ibi dicit; Imò, sequẽs Ang. quòd debet intelligi de obsidibus datis ab exteris, iuxta l. postliminij. ius. §. in pace, ff. de cap. hoc enim dictum prętęrquam quod nihilo magis soluit obiectum, est etiam erroneum cùm non possint exteri appellari, ij, cum quibus bellum est habitum, & secuta fœdera, vt d. l. postliminij, Glos. in d. l. obsides, dicit quòd de datis pro pace componenda intelligitur, sine de iam composita tenenda de quo vltimo procedit dubitatio Bald. potest dici quòd cum actũ

6 est de fęderibus & de obsidibus adhuc erāt hostes † & initium vt in
multis inspicimus l. quod ait, §. j. ff. ad l. Iul. de adul. vbi Bar. causa
enim dādi nō sunt fędera, aut pax, sed hostilitas, & suspicio ne vio
lētur fędera ipsa, vel dic, quòd ita fuit ab initio moribus īductum,
facit l. non omnium, cum l. seq. de legi. Dantur etiam de more
7 † pro obsidibus nobilissimi ex gente dante, sic apud Tacitum legi
tur cum Partorum legati sub Tiberio Phrahaten Regis Phrahati
filium obsidem aliquandiu Romæ retentum in Regem sibi dari cō
tra Artabanum crudeliter apud eos regnantem poposcerunt, sic
etiam sub Claudio Meherdaten ex Arsacidarum, & ipsum gente
legati alij impetrauerunt. erat ea familia Regia apud eos. Dan
8 tur & plerumque † obsides dignioribus ac potentioribus atque his
qui & maiestate, & viribus prędstant, quod maximè declarat locus
Cæsaris dum enim ab Heluetijs obsides sibi dari petijsset, Ita se à
maioribus institutos responderunt vt obsides accipere non dare
9 consueuerint. Quærunt Doc. an liber † homo possit obses dari,
& Panor. in c. ex rescripto, de iureiur. distinguit, aut dandus, est lai
cus, aut ecclesiasticus, primo casu, aut ab eis datur qui ius habent
belli indicendi, & potest dari sed mutat statum, & seruus efficitur,
Quod tamen est intelligendum in alijs quàm inter Christianos,
nam cum inter eos captiui non fiant serui, multo minus obsides,
Aut dantur, inquit, inter alios, inferiores, & non valet quod fit, ne-
que mutant statum neque etiam sunt loco pignoris, quia & hæc
species quædam est seruitutis, & sapit priuatum carcerem quod iu
ra abominantur, in quo membro etiam confusè, & imperfectè lo-
quitur, Distinguendum est enim inter Principes (quamuis secundi
10 ordinis) & omnino priuatos. Neque † enim de Principe, etiam in
feriore à supremo dici potest eum priuatum carcerem habere, quā
uis possit habere iniustum atque iniuriosum. Et quamuis cùm nō
possint huiusmodi Principes bellum indicere vt suprà probatum
fuit, non etiam possint obsides dare quod est consequens belli ac
fœderum, vix tamē obtineretur quin & ipsi eos dare possint, cum,
& multa sibi arrogent supra concessa, & hoc est, quod dixit Bar. in
d. l. obsides, de testa. quod est vsurpatum vt vna ciuitas possit obsi-
11 des, alteri dare, quāuis dati nō mutēt statū. At inter † omninò pri
uatos non puto dari eos posse, neque datos, etiam consentientes,
obligari, cum sit, vt dixit Abb. species carceris, ad quod nemo
potest se obligare vt est communis Docto. sententia, in l. nemo
potest. de leg. j. in l. alia. §. eleganter, ff. fol. ma. in l. Titio centum, §.
Titio centum, ff. de cond. & demo. Huc etiam tendit quod dicitur

in supra-

in ſupraſcriptis locis, & in Glo. xxiij. q. vlti. c. ſuppliciter, licet Doc. communiter allegent c. vt pridem, quòd pro cauſa publica vt pro pace dantur obſides, ſed pro pecuniaria cauſa non dantur, De-
12 bet † enim intelligi & reſtringi ad pecuniariam cauſam priuato-rum, non etiam Principum, Nam & noſtro æuo vidimus Franciſcũ Frãcorum Regem cùm fuit liberatus à Carolo Imperatore ſub grã di pecunia promiſſa & in certum tempus dilata, filios dediſſe inte-
13 rim obſides. Et quod dixi ſuprà vſurpatum eſſe † vt etiam ciui-tates dent ex ſuis ciuibus alijs ciuitatibus obſides, id etiam voluit Pau. in d. c. ex reſcripto, col. pen. verſi. ego credo, quòd etiam ibi di xit Inn. ſed pro publica cauſa vt pro pace, nõ pro pecuniaria, quod & dixit Imo. in d. l. obſides, & Bal. in d. l. ij. verſi. vlterius nunquid obſides. Et quamuis non erunt ſerui, erunt tamen inquit ad inſtar antiquę obſidationis, quia cum ſit ſequela belli ſicut & captiuita-
14 tes omnia licent ipſo gentium iure. Quod etiam dixi † non obligare conſenſum eius qui ſe obſidem dari paſſus eſt pro priua-ta cauſa, limitandum puto, niſi ſe iureiurando, obligauerit, tunc enim fortè obligabit, eum ipſa iuriſiurandi religio, etiam ſi eum non obliget ipſa obſidalis norma quod arguitur ex d. c. ſupplici-ter, ibi, ne in aliquo anima veſtra aut noſtra de ſacramentis graue tur. Et faciũt vulg. de iuramẽto quod ſeruari debet vbicũq; poteſt ſine præiudicio ſalutis vt in c. quamuis de pac. in vj. Dicit tamen Bal. in dict. l. ij. quòd cùm dantur inter priuatos non ſunt ſub pi-gnore, neque coguntur ſeruire, retinentur tamen, inquit, pro-pter eorum conſenſum, ſed per ſuum ſuperiorem poterunt in li-bertatem plenam vendicari ſiue etiam per patrem. Aut etiam ip-ſimet, ſi abſque proprio conſenſu dati ſunt, quod tamen in caſu de quo loquitur videlicet inter merè priuatos, puto minus bene di-ctum per ea quæ dixi ſuprà. Dixi de laicis, nunc quæro de ec-
15 cleſiaſticis, & de his dicit Abb. in d. c. ex reſcripto, quòd † Papa
16 licitè dabit clericum pro obſide, & erit verè obſes, † ſecus dicit in Epiſcopo, etiam ſi clericus ipſe conſentiat, licebit enim ei re-
17 cedere cum volet, dum tamen non iurauerit, † Permiſſum eſt etiam vt ait, ibi, Abbati dare in obſidem ſuum monachum etiam inuitum pro vtilitate ſui monaſterij: obligabitur verò vt ſtet cer-to loco conuento: & inuitus retinebitur propter Abbatis con-
18 ſenſum, ſed Bal. in d. l. ij. † dicit eum inuitum non poſſe reti-
19 neri, cui ego accedo, Nam ſi † patri non licet filium dare obſi-dem, quod Doc. omnes concludunt, vt per Bal. ibi, & Ripam, in l. obligatione generali, nu. 14. ff. de pigno. vbi hanc materiã tractat,

vix est vt maior sit potestas Abbatis in monachum, Sed dum Ripa
in d.l.obligatione, nu.12.in fi.versi.id etiam quòd ex causa publi-
20 ca, † dixit obsides etiam ex causa inuitos dari non posse, fortè ita
indistinctè dictum non est verum. quid enim si nemo se dari cõsen
tiat non ne impedietur pax, & bonum publicum? verius est igitur,
vt dentur etiam inuiti & recusantes, quos populos præsuppositа
auctoritate, vel Princeps elegerit, facit in arg. tex. in l. Lucius, cum
sua materia, ff. de euic. no. per Ang. & alios, in l. conuentionum, ff.
de pac. Idem Ang. in l. venditor. §. si constat, in fi. ff. com. præ. & latè
trac. Alexan. in consi. cxc. lib. ij. & Deci. in consi. dxx. colum. j. & ij.
21 † quòd liberæ ciuitati, & Principi licèt pro publico commodo au
22 ferre priuato rem suam. In † clerico autem dixit Abb. quòd inui
tus obses dari non potest, & qui inuitum retineret, caderet in pœ-
nam Canonis si quis suadente diabolo, xvij. q. iiij. quod etiam non
puto verum si sit datus à Papa, censetur enim dispensasse cum acci
piente super pœna, d. Can. quod vltra non prosequor. Et per ista
sit impositus finis huic tractatui, in quo si quid boni est dictum da
tori hominis & intellectus erit accepto ferendum: si quid verò per
peram & minus verè, imbecillitatem & tenuitati operarij nõ egre
feretur ascribi, qui & patienter audiet corrigentes, & meliora
proferentes.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORA-

BILIVM QVAE IN HOC OPERE

CONTINENTVR.

A, Et ab, an inclusiuè accipiantur, an verò exclusiuè.nu.18. car.113

A, & ab, an sient inclusiuè, vel exclusiuè, n.18.64

Abutentes priuilegio illud amittunt.nu.8 38.

Absurdum omnino est vitandum. 20 64

Abolitio facta subditis, an comprehendat etiam mediatos, videlicet homines subditos vasallo Principis. 73 140

Abraam etiam duxit secum extraneos in pugnam 6 44

Abbas dare potest obsidem suum monachum. 17 150

Abbas pacem facit de iniuria monachi. 61 138

Accursius malè intellegit l. nõ omnis. § qui captus ff. de re mil. 20 100

Accensi. 15. 14

Accidẽs attẽditur magis q̃ natura. 15.80

Actuarij qui. 25 11

Adulterio violatur pax si sit latè concepta. 53 136

Adhærens inimico domini amittit feudum. 12 128

Aduocatus fisci. 4 25

Aduocati militant. 48 12

Aduocatus fisci debet adesse, cùm fiscales causæ aguntur. 12 26

Adoptio naturalis filij, & emancipati, & exhæredati non tollit ipsam exhæredationem. 137 147

Adiutores qui. 20 10

Aditio hæreditatis stat in pendenti, dum quis est apud hostes. 19

Idem etiam si sit redemptus, sed nundum redemptori satisfecit. 20 50

Aduocati fisci necessarium malum. 17 27

Adhærentes variè intelliguntur. 4 127

Adhærentes parum differunt à vasallis. nu. 5 ead.

Adhærentes qui dicantur. 6 128

Adhærentia non confert iurisdictionem in adhærentiam. 7 ead.

Adhærentes non sunt sub protectione, non sub iurisdictione. 8 ead.

Adhærentes defendi debent etiam cum armis. nu 9 & nu. 132 ead.

Adhærentes censentur reseruasse ius domini sui. 10 ead.

Aedificia reficere quis cogitur, vel vendere. 2 23

Aequitas in iudicijs multum est attendenda. 9 59

Aequitas est subuenire defendenti, quàm offen-

offendenti.13 36
Aetas militiæ apta.4 7
Aetas noſtra verè aurea.1 35
Aequiuoca probatio non prodeſt.135.147
Affectus punitur etiam non ſequuto effectu.11 99
Agmine excedẽtes noxã cõmittũt.56.105
Agri hoſtiles fiunt capientium, videlicet principis.2 40
Agrariæ leges.3 ead.
Agentes in rebus qui.29 11
Alimenta debent præſtari ex fructu prædiorũ nõ ex alienatione bonorũ.45.118
Alexander dimicauit ſingulari certamine.2 42
Alapa, ſeu colaphus grauior eſt offenſa quàm vulnus.39 134
Amicos pro amicis, inimicos pro inimicis habere paciſcentes qũo intelligitur.6.66
Annus miſſionis aliqua habet priuilegia.33 76
Antiquarij qui.19 10
Animus, & intentio quando attendatur in delictis.123 146
Annonæ magna debet eſſe cura Duci.1.88
Annonæ ciuiles.20 90
Antepilani.10 14
Antiquarij qui.28 11
Animo non acquiritur, quod corporali aliquo miniſterio non apprehenditur.18.59
Apparitores qui.44 12
Archiatri.38 18
Arma clericorum orõnes, et lachrimæ.4.8
Arcẽ muniens & tenens inuito Principe, læſę maieſtatis pęna tenetur.68 106
Arcem dedentes malè faciunt pecuniam accipiendo, etiam cum non poſſunt reſiſtere.105 144
Armata militia.2 10
Arma amittere noxæ eſt militi.52 104
Arma non habent poſtliminium.7 48
Arma militiæ internæ.4 2
Armorum ſtrepitus leges audiri non ſinit.9 3
Armillæ aureæ.9 86
Arbitrium an cedi poſſit, & nu.7.5 54
Artificis egregij pęna differtur, conſulto interim principe.12 23
As & aſſes quid, nu.2 et 5. 77
Aſa Rex conduxit Regem infidelem contra populum Hębreum.3 44
Aſſertio principis præiudicat cum diſtinctione, vt ibi.79 141

B

Baldi opinio reprobata.9 57
Baldus varius in ſuis deciſionibus. nume.22 65
Banniti ante bellum non reſtituuntur propter ſecutam pacem 13 122
Bannitus poteſt offendi pace non obſtante, & quomodo hoc ibi intelligẽdum.36.134
Barbarius fuit verè prætor.5 22
Baſtaga priuata.19 18
Bellum vnde dictum.1 1
Bellum poteſt exerceri in omnes ſubditos diffidati, ſi iuuant eum de perſona vel bonis.3 40
Bellum non exercetur in eum qui origine eſt hoſtis, ſed non incolatu.4 40
Bellum ad iniuriam propulſandum.9 28
Bellum non debet facere Princeps cum dãno ſubditorum.7 35
Bellum tutius eſt quam pax inſidioſa. nume.9 121
Bellũ pro patria & Principe licitũ.13.29
Bellum magna conſideratione præmiſſa indicendum.1 37
Bellum prius indicendum quàm mouendum.2 ea.
Bellum interim & externum.3 2.

*Bellum triplex.*1 2
*Bellum potest indici pro vindicanda iniuria, & vlciscenda.*7 4
*Belli finis est pax.*3 121
*Bellum propter pacem dumtaxat fieri debet.*4 ead.
*Bello indicto an includantur adhærentes, & dicitur quòd non, reprobatur contraria opinio Bal.*3 127
*Bello sublato tollitur omnis eius effectus, nu.*12 122
*Bellum pro Imperio & gloria.*7 28
*Bello iniusto necessaria quæ sint.*2 27
*Bella an sint ex iure Romano.*23 124
*Bella quinque modis iniusta.*2 2
*Bella vigebunt vsque in finem seculorum. nu.*3 1
*Bella iniusta sunt latrocinia.*1 27
*Beneplacitum quando expiret.*25 115
*Bona alienata de consensu creditoris, & redempta, non reuertuntur in priorem hypothecam, & si bona futura sint oppignorata, & ratio ibi dicitur.*87 242
*Bona recuperata ex hostibus quando sint prioribus dominis restituenda.*13 50
Bona an & quando in pace debeant rebellibus restitui. 122
*Bona in crimine læsæ maiestatis an sint ipso iure confiscata.*19 123
*Boues decem & aurea corona Coruitio & Torquato data.*8 86
*Brauium debetur domino equi commodati in alium vsum non desultori.*11 59
*Bucelatum, lardum, & acetum, largus militum commeatus & prouisio. numero.*83 108

C

*Caligatos miles.*1 14
*Calamitates hominum à bello exortæ. numero.*1 2
*Calligati milites cur dicti.*7 79
*Capti in bello per Papam, & Imperatorem inducti, fiunt serui capientium, fallit de consuetudine.*2 53
*Capti in bello contra Imperatorem inter Christianos non sunt serui.*1 45
*Capta debent consignari duci belli. numero.*2 ead.
*Capti inter Christianos non sunt serui. nume.*11 5
*Capta ex hostibus qualiter diuiduntur per legem Mosaicam.*6 46
*Capta quando bostium fiant, et quando in priorem statum reuertantur.*12 49
*Capta in bello iniusto non fiunt capientium.*5 28
*Capta ex hostibus antiquitus non erant capientium.*11 86
*Capta amicis pro tutela, finito bello debent eis restitui.*23 131
*Capti à piratis non amittunt libertatem. numero.*6 40
*Capta in bello fiunt capientium.*1 ead.
*Captiui à capiendo dicti.*4 41 & 4.56
*Captiuus an possit iterum ab alio eiusdem partis capi.*1 56
*Captiuus an fiat is qui ensem aut halearn dedit in signum deditionis.*2 ead.
*Captiuus suæ relictus fidei in acie, aut prælio, an licitè ad suos reuertatur.*3 56
*Captiui occidi non possunt.*8 41
*Captiuus cedi an possit, vel vendi alteri. numero.*1 54
*Captiuus qui promisit reuerti in carcerem hostis an fidem seruare debeat si princeps contrarium iubeat.*5 58
*Captiuitas absque bello potest esse licita. nume.*4 40
*Captiuus sub fide reuertendi liberatus, an reuerti debeat.*1 57

Captus à latrunculis non tenetur fidem seruare.2 57
Capturæ initium est inspiciendum.16 64
Captus etiam blanditijs in pace ab eo qui sciebat bellum iri renouatum, non potest dici iure captus.17 ead.
Capto ab hostibus an & quando liceat aufugere.17 100
Captus in præsidio æqua est conditione cum transfuga.18 ead.
Caporalis potest stipulari pro tota cohorte.28. 82
Caporalis, siue Decumanus tenetur de facto sui manipuli.88 108
Capitaneus guardiæ habet concessam modicam coertionem, sed grauiora refert ad dominum.92 142
Capitula pacis sunt præcæteris pro lege seruanda.17 122
Carolus Andegauensis pepigit de dimicando cum Petro Aragonensi, vtri cederet Regnum Neapolis.5 43
Carcerem priuatum, non committit qui habet per leges carcerem.10 149
Carcere effracto aufugiens mortem meretur, secus si sine fractura.72 107
Cardinalis filiusfamilias an validè testetur.6 71
Cartularij qui.26 11
Castellani ad sonum tubæ fugere non debent.110 144
Castellanus neque verba faciat de deditione.106 ead.
Castellani fideiussor tenetur ad quanti interest, non ad pœnam cõuentam.107.144
Item neque tenetur si is arcem prodidit, sed tem corporaliter.108 144
Castrum vasalli põt dominus munire, debet tñ gratis restituere finito bello.25. 131
Castella in limitrophis possunt construi etiã facta pace.26 ead.
Castrensiarij qui.37 11
Causa in pari melior est conditio possidentis.8 96
Causa noua non pertinet ad antiqua fœdera.27 132
Causa proxima non est attendenda, & non causa remota.5 66
Causa si non ad causam redierit soluta repetuntur.14 59
Cedens bonis an pœnitere possit, ita ut bona recuperet, & satisfaciat.42 117
Cedens bonis debet agnoscere & fateri debitum ac condemnari.43 118
Cedens bonis, si superueniant bona, tenetur in integrum soluere, inquantum tamen facere potest, non vltra.44 ead.
Cedens bonis cum ignominia liberatur penitus.47 ead.
Cedere bonis quilibet potest etiam collegium.48 ead.
Cedere quilibet potest iura sua.4 54
Censuales qui.31 11
Centum boues premio dati.5 86
Centurio.3 14
Cessio bonorũ renũciari an possit.55 119
Cessioni renuncians tenetur insolidum, non autem deducto ne egeat.56 ead.
Cessio non admittitur in obligato pro delicto, etiam si pecuniam debeat.57 ead.
Cessio cum fit, debent vocari omnes creditores.58 ead.
Cessio bonorũ ẽ miserabile refugiũ.40 117
Cessionarius an possit taleam cessam suo arbitrio imponere.3 54
Christiano non licet seruum facere captum ex hostibus Christianis.12 46
Christiani sunt inuicem fratres.3 53
Christiani capti à Christianis hostibus an serui fiant.1 52
Christianis licitum est bellari.11 29
Ciuilis militia.1 10

Ciuica corona honoratior alijs.nu. 14.86
Ciuitates possunt dare obsides.13
Clausula si p̃ces veritate nitantur,debet apponi i rescripto,aliàs culpatur q̃stor.9.25
Clausulæ supradictæ solum operantur contra primum violatorem.52 136
Clausula codicillaris subintelligitur in testamento militis.10 71
Clerici debent esse misericordes erga laicos.10 69
Clerici sunt sanctiores laicis.9 ead.
Clerici à militia arcentur.3 8
Clerici arma capiẽtes, gradũ amittũt.5.8
Clericus inuitus obses dari non põt.2. 22
Coactores qui sint.14 94
Coactores qui.51 13
Cohortales qui.45 12
Collectarij qui dicantur.13 94
Coloni excusantur à militia.5 7
Collecta si multiplicatur qualiter,& quos obliget.2 68
Collecta quando imponatur propter bellum his qui habẽt priuilegia ĩmunitatis.4.69
Collegiati non gaudent antiquis priuilegijs corporatorum.23 81
Comites scholarum.36 18
Comites primi ordinis.37 ea.
Comites domorum.35 ead.
Comites villularum non merentur hoc nomen.33 ead.
Comites metallorum.5 ea.
Comites castrorum testantur iure militari.27 75
Comites domesticorum equitum, & peditum.46 19
Comites comerciorum.4 18
Comites titulorum largitionalium.17 ea.
Comites prouinciarum.31 ea.
Comites domesticorum.34 ea.
Comites & Rationales summarum.6 ea.
Comites consistoriani.32 ead.
Comites thesaurorum.34 ea.
Comitum dignitas.2 18
Comes sacri stabuli.nu.30 18
Comes sacrarũ largitionũ.nu.3. & 28. ea.
Comes aurei.nu.16 ead.
Comes rei priuatæ sacræ domus.n. 18.ead.
Comes vestiarij.nu.15 ead.
Comes militaris an maior vicario.39.ead.
Commeatus.nu.4 8
Cõmeatus militi à quo dari possit.n.4.110
Commeatus difficilimè militi dantur.5 8
Commilitones an captiuos sibi inuicem rapere possint.nu.1
Et quid de reliqua præda.nu.2 53
Commilitonem feriens grauem noxam committit.nu.70 107
Commodatarius non tenetur de casu fortuito.nu.16 129
Concilia reuelantes hostibus,sunt proditores.nu.17 ead.
Comitatus quid.nu.1 17
Consules quando exorti.nu.1 20
Consulans exercitus quantus esset:n.2.21
Conductori an fiat remissio propter modicũ dãnũ,& qualiter hoc intelligatur.11.67
Consuetudo nõ excusat duellãtes.133.147
Confessio pœnitentialis an arguat ad remissionem iniuriæ.nu.127 ead.
Corona aurea P.Decio data.nu.4 86
Corona graminea.nu.6 ead.
Coronæ & militaria dona.nu.13 ea.
Contrauentio vnius an præiudicat alijs illius partis,quin pace fruantur.49 135
Concessa non vtilia debent attẽdi. 32.101
Contractus aliquando claudicat.n.10 94
Contumacia militis digna morte.55 105
Contraria sunt natura coniuncta.1 121
Cõtinẽs & cõtẽtũ à pari procedũt. 16:59
Coniecturis datur intelligi casu an ex proposito quid factum sit:nu,22 100
Cornicularij qui.nu.40 12

Corbulo inexorabilis dux, & etiam in leuioribus delictis seuerus.nu.80 108
Corradino fuit abscissum caput.3 43
Credendum non est facile multa pollicentibus 24 101
Creditorum maior pars potest dare debitori securitatem alijs inuitis.36 117
Crimina grauia fugiunt, qui sciunt non ignosci leuibus.85 108
Cubicularij Principum.4 10
Culpa precedēs casum nō excusat.100 143
Curiosi qui.41 12
Custos exercet ea quæ ad custodiam sunt necessaria.90 142
Custos arcis an habeat exercitum iurisdictionis, aut imperij.91 ead.
Custos arcis amissę ad qd obligetur.93 ea.
Custos id quod est esse non desinat.94 ea.
Custos carceris sinens fugere vinctum, tenetur eius pœna.73 107
Custos mercenarius tenetur etiam ex damno fatali.97 143
Custos substituens alium, qui amittit castrū excusatur si substituit nobilem.98 ead.
Custodia aduersus vim parū proficit.99 ea.
Custos nō obligatur ad impossibile.101 ea.
Custos tenetur etiam de vi quando accipit custodiam tempore belli.102 143
Custos stipendiarius tenetur de damnis fatalibus.103 ead.
Custos arcis etiam furtiuæ debet eam ei restituere à quo accepit, non vero domino, etiam si Papa aliud iuberet. 104 144

D

DAMNA *belli an prosint in pace remitti 20* 130
Damna remissa in pace non sunt remissa quo ad Deum.21 ead.
Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet.13 67
Damnatus ad mortem testatur de castrēsibus.29 75
Dauid diuertit ad infideles.1 43
Debitores aliquando Iure Romano dabantur creditoribus nexi seu ligati.54 119
Debitorum nomina si sint exacta in bello, quid statuetur de eis in pace.22 124
Decimatio militaris ob fugam.78 107
Decima prædæ Deo dicata.7 46
Decuriōes sūt priuilegiati in pœnis.35.83
Decuriati & Centuriati.3 5
Decani qui.39 11
Dedititij.2 41
Deditionis formula.3 ead.
Deditis non competit postliminium.4 48
Deditus hostibus an remaneat eius.7 37
Dedens se hostibus non habet ius postliminij.19 100
Defensio iniusta non est permissa.5 28
Delicta paria mutua compensatione quando tollantur.3 62
Delicta plura qñ confundantur.120.146
Delectus vnde dictus.1 5
Denarius Turonensis idem quod quatrinus Mediolanensis, 4 & 5 77
Denarius quid nunc.1 77
Denarius drachma est argenti.6 ead.
Denarij antiqui vario põdere fuerūt.7 ea.
Destinatus militiæ an habeatur pro milite.28 75
Desertor quis dicatur.4 98
Desertor grauius punitur pro tēporis qualitate & alijs circumstantijs.5 98
Dies quibus est à bello abstinendum.1 39
Diffensio non est licita ei contra quem bellum est licitè indictum.6 30
Differentia quæ sit deserere in bello, vel in prælio.9 34
Diffidatio noua an requiratur lapsa treuga.21 64
Discretio militum.17 36

Discretio importat arbitriũ boniviri.70.139
Discretio & arbitrium quale esse debeat. nume.66 *fol.139*
Discretio militaris eadem cum lupina, atque etiam peior 11 89
Disciplina militari contempta corruunt omnia.nu.54. 105
Dispositio cle.i.de prob.procedit solum in supremo principe.nu. 81 141
Dispensator:nu.5 25
Direptio vrbium non est licita, nisi vniuersitas peccauerit.nu.23 60
Doctores quibus gaudeant priuilegijs ex militaribus.nu.36 83
Doctores gaudẽt priuilegijs militũ 34. 83
Dominus castri, Prætor, Præses, dant saluũ cõductũ sed intra suos limites.n.3. 110
Dominus potest prohibere ne uadant subditi ad loca hostilia.nume.3 55
Domini non pendet à subditis.nu. 14. 64
Dominus non perdit possessionem sui subditi per alium detenti. nu.15 64
Domum qui possidet, non possidet omnia quę sunt intra eam.nu.19 59
Domino debent sufficere sui reditus, & vectigalia.2 35
Dominus licite grauat subditos, cùm magna vrget neceessitas.3 35
Dominus grauat subditos vasallorum, quando magna vrget necessitas.4 35
Fallit si in alio grauentur à dominis immediatis.5 35
Dom us qualiter diuidenda sit cum milite hospitio recepto.10 89
Domestici qui.13 10
Dona in Imperatorem collata ab exercitu.12 86
Dormiẽs in statione q̃liter puniatur.15. 99
Duces prius officiorum nomina, nunc dignitatum.3 20
Duces, Thesaurarij & alij eiusmodi, etiam officio perfuncti, gaudent priuilegio vt soli Principe subsint in causis criminalibus. num.20 *car.81*
Duces spectabiles.1 20
Duces multi.2 *ead.*
Duces triumphales.2 86
Duci belli capto an parci debeat.1 43
Duci an liceat vti singulari certamine.3. 42
Ducenmari.nu.4 14
Duellum est à iure improbatũ.n.128.
Duellum est furia contra omnem humanitatem. nume.129
Duellũ dẽt eẽ vltimũ refugiũ.nu.130.
Duellum ex generali consuetudine nõ est illicitum.nu.131
Duellum etiam pro innocentia defendenda est exosum legibus.nu.132
Duellum.num.2 1
Duplicatum frumentum prẽmium militare.num.7 86
Dux ipse aliquando prohibetur cõmeatum dare militi.num.5 111
Dux non potest donare immobilia in bello capta.num.9 46
Dux belli nõ potest facere pacẽ.n.19. 130
Dux belli debet spolia hostilia diuidere pro virtute militum.num.3 45

E

Ecclesia quando teneatur conferre cum laicis.nu.6 69
Ecclesia an possit muniri pro propugnaculo.nu.13 *ead.*
Ecclesiastici regulariter ad onera & collectas non tenentur.nu.12 *ead.*
Electio est debitoris an cedat bonis, an verò hẽat inducias quinquẽnales n.38 117
Emphiteutę an fiat remissio propter bellum.nu.12 67
Emansor quis dicatur.nu.3 98
Emansoris pœna. nu.14 99

Emens ab inimico fœderati, & dans illi pretium cõuentũ non dicitur facere contra fœdera.nu.7 66
Episcopus pacem facit pro offenso clerico.nu.62 138
Episcopi hodie armis intendunt.nu.6 8
Equum cõmodans militi an participet de lucro facto in excursione.num.12 59
Equites aureati non sunt propriè milites. nu.41 fol.85
Equites aureati per pecuniam facti nõ gaudent priuilegio.nu.42 ead.
Equitibus Romanis quando ceptum dari stipendium.nu.4 87
Error communis facit ius, & qualiter intelligatur.num.7 22
Esculenta qualiter capienda.nu.8 23
Eunuchi exercitibus præpositi.nu.1 8
Ex, ob, propter, hæ dictiones an importent causam immediatam, an etiam mediatam.num.8 66
Exercitus vnde appellatus.num.5 1
Exactores qui.nu.47 12
Exauctoratio & missio in quo differant. num.37 fol.76
Executio non potest fieri in stipendijs militaribus.nume.24 82
Exploratores studio sciscitandi aliena, non occultant sua.nu.48. 104
Exploratorum pœna.nu.44 103
Extrema gaudij luctus occupat.nu.2. 121
Exteri longè aliud quàm hostes.n.24. 124
Exteri qui sint.nume.25 125

F

Fabricenses qui.nume.46 12
Facultates laicorum non sufficere quando dicantur.nume.7 69
Facilitas veniæ fomentum est ad delicta. nume.84 108
Famulus contraueniens paci an faciat dominum suum incurrere in pœnã pacis violatæ.nume.14 128
Famulantes in palatio principis, militare dicuntur.nume.52 13
Feciales & feciale ius.nume.3 37
Fœdera quòd amicos habeant pro amicis, inimicos pro inimicis, debent intelligi salua iustitia.nume.8 44
Fœdera fidelis principis cum infideli aduersus infidelem sunt licita.num.4 44
Fœdera & pactiones cauillari non debent. nume.5 62
Fœdera de non recipiendis exulibus an restringantur ad tempus præsens, an verò contineantur etiam futuri temporis exules. nume.85
Item an extendatur ad exulem restitutum, & denuo exbannitum.nume.86 142
Fœderatus cui ex multis fœderatis debet primo subuenire quando concurrunt. numer.11 36
Fœderati qui dicantur.nume.1 41
Fœderum tria genera.nume.11 122
Fedifragus non debet esse conditionis melioris quàm fidelis. nu.2 62
Fœminæ bellum patiuntur.nu.1 38
Fera vulnerata, non efficitur vulnerantis. nume.17 59
Fides prima potior quàm secunda.40. 102
Fides quæ hosti seruatur, non fides est, sed perfidia.nume.41 102
Fides seruanda hostibus, nume.1 42
Fides prædonibus non est seruanda.n.2. 42
Fides ita obstringit sicut carcer.nu.5 57
Fideiussor pro talea captiui, si is interim moritur, non tenetur ad solutionẽ.n.22. 50
Filij militum gaudent prærogatiua patris circa torturam, & alia.nume.34 83
Filij natiuitas non rumpit testamentum militis.nume.20 74

Filia

Filia potest facere pacem.nu.58 138
Filiusfamilias miles testatur de castrensibus.nu.4 71
Filiusfamilias miles togatę militiæ testatur etiam ipsè de suo peculio.num.5. ead.
Filius non hæres an pacem faciat quæ prosit,stante statuto quod pœnam leuat pace ab hęrede habita.nu.57 137
Filiusfamilias miles substituit filio pupillariter.nume.7 71
Filius qui habet patrem apud hostes,nõ potest paterna bona distrahere.nu.18 50
Fiscales habent retia.num.14 26
Fiscalium pœna si sint contumelioſi & iniurij.nume.15 26
Fiscus lieni similis.nume.16 26
Frangenti fidẽ,fides frãgatur eidẽ.n.4. 62
Fratres mendicantes pro prædijs quæ possident de facto,maximè Sancti Franciſci,tenentur ad collectas.nu.16 94
Frumentum nouum non est tribuendum ni si consumpto antiquo.nu.2 88
Frumentũ qui negligit capere tẽpore abundantiæ,non potest illud petere tempore penuriæ.num.7 ead.
Fugã incipiẽs morte est dignus.n.62. 106
Furcę pœna grauior quàm gladij.n.13. 99
Furcarũ pęna grauior quã gladij.n.33. 83
Furti actio cur non datur etiam adita hæreditate.nume, 116
Furtum nõ fit iacẽti hæreditati.nu. 113.
Furioſus debet à suis custodiri.nu.3 23

G

Galli vini, & fructuum causa Italiam ingressi.nu.8 28
Genitus apud hostes, etiam inter coniugatos,non est legitimus quãtũ ad ll.n. 14
Neque habet ius postliminij.nu.15
Neque patri hæres esset,nisi ei esset per constitutiones subuentum nu.16 50
Glossa & Doc.in l.conuentionum de pactis quòd dux belli debet fidem hosti seruare, sed non miles,reprobantur.nu.6 58
Gothi abstinebant ab ecclesiis in direptione vrbium.nu.22 60
Gradus in militia.nu.16 90
Gradus in scholis.num.12 7

H

Hastati qui.nu.6 14
Hæres redempti non tenetur pretium redemptori restituere.nu.21 50
Hæreditas potest ad tempus per militem dari.nu.19 74
*Hæreditati iacenti, vis, & clandestinitas inferri potest,etiãsi nõ furtũ.nu.*114
*Item & datur Aquilia pro damno dato.nume.*115
Hæreticus non potest à milite hæres instituti.1 93
Hæretici militare prohibentur.nu.7 8
Homo mortuus non ciet bellum.n.2 43
*Homo captus in bello redigitur ad instar rei inanimatæ.nu.*11 46
Homo liber potest obses dari.nu.9
Homines perfidi animum cum fortuna sumunt,& deponunt.nu.36 102
Honor & turpitudo ex moribus ciuitatis æstimantur,n.46 103
Honor habitus sæpè transfugit,& data illis pręmia.nu.33 101
*Honorariũ qui semel soluit p officio honorario,nõ soluit iterũ p administratiõe.42.*18
Hostis aliud est quàm rebellis.nu.10 4
Hostem prodere licitum est.nu.39 102
Hostes habent & ipsi postliminium, etiã in his quæ exnobis acquisierant.nu.27 51
Hostes nõ sũt,q sunt ex locis occupati. ẽt si oẽs subditi habeãtur p hostibus.n.5 40

Hostes si debent ex fœdere decedere de prouincia relictis castris, non extenditur fœdus ad eos qui habent bona iure suo priuato. nu.5 140
Hostilia loca licet adire ex causa. nu.1
Est tamen de genere prohibitorum. n.2.55

I

IAson reprehensus.6 22
Indi ab Hispanis subacti licitè fiebant serui capientium.5 40
Inducia quid.2 60
Inducia an accedant paci, an bello.1 61
Inducię quinquennales perpetrans cauere debet de soluendo adueniente tempore. nu.62 120
Inducias violanti an debeat obseruari inducia.1 62
Inducias an licitè faciat dux belli.3 60
Indulgentia & abolitio criminis an comprehendat bona:20 123
Ignominia missus non potest morari in loco vbi sit princeps.89 109
Ignorantia aliquando excusat crimen.122
Ignorantia iuris concessa militibus.4 79
Immobilia sunt principis.8 46
Immunitas in extrema necessitate non prodest.5 69
Imperator in terra Ducis, Marchionis, & comitis, est Dux, Comes, & Marchio. nume.14 20
Infames militia arcentur.9 8
Infidelium auxilio vti non debent fideles inter se belligerantes.7 44
Ingredi per transuersum in præsidium vel castrum capitale est.69 107
Initium inspiciendum est. 6
Innitium attenditur.4 133.34
Inussi sunt rei sanguinis effusi.9 55
Iniuria debet statim ad animam reuocari. numero.124
Iniuria præsumitur remissa si sequantur signa reconciliationis.125
Insidiæ, quæ nihil habent perfidiæ, bonæ. nume.3 42
Insignia inimici domini depingens in castro amittit feudum.13 128
Instrumentum de crimine fieri non potest. nume.78 140
Intellectus, ad l. in bello, in princi. ff. de capti.9 49
Intellectus, ad l. postliminij. §. in pace. & l. in bello. §. in pace. ff. de cap. & postli. reuer.10 49
Intellectus ad l. quòd si filius. ff. de capt. & postli. re.26 51
Intellectus nouus ad l. precibus. C. de impu. & alijs sub. & ad l. continuo, ff. de vulg. sub.12 71
Intellectus nouus, ad l. si homo, ff. de vsucap.117 145
Intentio & propositum distinguunt maleficia.47 104
Inuentus cùm bellum renouatur, potest captiuari, etiam si venerit cum adhuc esset pax.11 49
Iudex potest dare licentiam ei qui timet offendi vt secum ducat amicos, & socios, numero.34 117
Iudices competentes militis qui sint.17.81
Iudicium quandoque claudicat.13 26
Iunior longè præstantior præcedit seniorem numero.44 19
Iuramentum militum Romanorum.2 5
Iuramentum fidelitatis nõ operatur rei traditionem aut acquisitionem.11 63
Iuramentum tam de iure, quàm ex vsu armorum est seruandum.3 58
Iuramentũ an seruandum sit, si timor mortis, aut cruciatus immineat, in quo reprobatur opinio dicentium, quòd non.4 ea.

*Iuramentum reddit militem ad instar pagani.*1 95
*Iuramentum illicitum non est seruandum. nu.*9 44
*Iustitia iniustorum.*7 55
*Ius accrescendi an in testamento militis locum habeat.*16 74

L

*Laici oppidò infesti sunt clericis.*8 69
*Læsę maiestatis capita quę sint.*67.106
*Legati hostium tuti à bello.*10 38
*Legati aliquid hostile machinantes nõ sunt securi.*11 39
*Lex.iij.Cod.quando fis. vel pri. declarata. numero.*9 26
*Lex pen.C.de fi.instru.& iu. ha.fis.libr.x. aliter declarata, quàm ab Accursio & cæteris Doctoribus.*10 ead.
*Lex iij.§.is qui ad hostes, aliter intellecta, quàm à cæteris.*10 99
*Lex precibus, & lex Centurio aliter declaratæ quàm alij Doc. intellexerint.*13 71
Lex iij.§.si præsidis.ff.de re mil. aliter intellecta quàm per Doctores alios. 8 99
*Lex si filius,§. Papinianus, ff.de bo.lib. aliter declarata quàm Doctores intelleerint nume.*18 74
*Lex à Calligato.C.de nup. nouiter declarata.*6 79
*Lex miles si testamentum.ff.de milit. testa. aliter quã à cęteris doc. declarata.*26.75
*L.filio.ff.de lib.præte. declarata aliter quã ab alijs Doctoribus.*136 147
Lex iij.§.qui seditionem.ff.de re mil. declarata aliter quàm ab alijs. 51 104
*Leges multæ quæ videntur contrariæ declaratę, in eo quòd dicitur quòd institutus, in re sua capit totum, quod in militis testamẽto videtur variæ per ll. decisum.*15.72
*Leus armaturæ pedites.*8 14
*Libellenses qui.*21 10
Liber magis peccat quàm seruus. 5 48
*Licet per alium, quod non licet per se ipsum. nu.*6 93
Limitaneis militibus neque dux commeatum dare potest. nu. 5 111
*Loca sacra debent esse tuta etiam in vrbium concessa direptione. nu.*21 60
*Lucrum dotis an sit mariti militantis, an verò patris ipsius. nu.*3 71

M

Machabei iunxerunt fędus cum Romanis. nu. 5 44
*Magister officiorum. nu.*6 17
*Magister Epistolarum Græcarum. nu.*4 .ea.
*Magister militum præsentalis. nu.*1 16
*Magister scriniorum. nu.*1. ead.
*Magister memoriæ. nu.*2. ead.
*Magistri libellorum. nu.*5 17
*Magistri uestis priuatæ. nu.*9 18
*Magistri Epistolarum. nu.*3 17
*Magistri uestis lineæ. nu.*8 18
*Magistri officiorum officium quale.*7. 17
*Maior pars creditorũ intelligitur pro quãtitate debita, non pro numero creditorum. nu.*37 117
*Mala fides ex iniquitate pretij. nu.*9 93
Mancinus Numantinis deditus. nu. 5.37
*Manipuli. nu.*7 14
*Matricula quem non continet, priuatur priuilegio. nu.*22 81
*Matricula non inscripti, non gaudent priuilegijs. nu.*6 6
Matricula militum nu. 5 ead.
*Meloproximi qui. nu.*23 10
*Mensores qui. nu.*42 12
*Memoriales qui. nu.*18 10
*Mercatores sunt tuti à captiuitate.*6 38

Mercatores à militia arcentur.nu.2 8
Meretrix non capit ex testamento militis. nume.2 78
Metaræ qui.nn.43 12
Militare propter prædam non est licitum. nume.14 29
Militares causæ debent decidi ex bono & æquo.nu.10 59
Militia togata, siue ciuilis.nu.1 10
Militia intempestiuè deseri nõ debet, etiam ab eo qui non sit subditus.nu.28 101
Militia missus an retineat priuilegia testamenti militari iure facti.nu.32. 76
Militia soluti non debent pugnare.n.6 55
Militia armata.nu.2 10
Militiã detrectans grauiter offendit. 1.98
Miles rem communem cum alio recuperat solum pro parte sua.nu.5 96
Miles esse non potest, qui est iuramento solutus.nu.3 55
Miles languorem simulans grauiter punitur, etiam morte.nu.64 106
Miles qui diutius militauit debet esse potior.nu.18 90
Miles repetit turpiter donata.nu.7 96
Miles meretricem hæredem relinquere non potest.nu.2 93
Miles in parentem irreuerens, militia reijcitur.nu.74 107
Miles à signis recedens grauiter puniendus.nu.75 107
Miles testatur vt vult & vt potest.8.71
Miles falsum deponens sortitur forum etiã non suum.nu.9 96
Miles non potest sibi ascribere in testamento commilitonis:nu.10 ead.
Miles hæreticus non habet testamenti factionem.nu.11 ead.
Miles actor sequitur forum rei.nu.2.ead.
Miles testis inuitus esse non cogitur.30.83
Miles damnari in metallum nõ potest.31
Neque torqueri.nu.32
Neque suspendi.nu.33 8
Miles renunciando fideicommisso sibi præiudicat.nu.2 95
Miles procurator esse non potest.22 ead.
Miles tutor esse non potest.nu.23 ead.
Miles delator esse non potest.nu.24. ead.
Miles absens à signis, etiam ex commeatu, non dicitur abesse causa reipublicæ.7 9
Miles de statu suo incertus potest testari.nume.21 74
Miles ita reuocat testamentum, prout conficit.nu.22 ead.
Miles potest emere domum in prouincia, et quæ sit ratio cur non ibidem agrum. numero 15 94
Miles damnatus ad mortem transmittit bona castrẽsia ad legitimum hæredẽ.30.76
Miles anno à missione in integrum restituitur aduersus passa in militia.nu.12 80
Miles non patitur secundum decretum, & si patiatur, recuperat bona pretio persoluto.nu.13. 80
Miles in castrensibus directo potest substituere omni tempore.nu.11 71
Miles excusatur à tutela, fallit tamen in pupillo militis.nu.3 78
Miles non condemnatur nisi inquantum facere potest.nu.9 79
Miles non potest ad mortem damnari nisi inconsulto principe.10 80
Miles appellationem desertam potest prosequi.nu.10 ead.
Miles seruiens in bello iniusto tenetur ad damna illata aduersarijs:4 30
Miles resistens suo præposito noxam committit.nu.58 105
Miles suam salutem debet periculo obijcere pro salute sui præpositi.nu.60 106
Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.nu.14 72

Miles ex priuilegio sordida exercens amittit priuilegium.nu. 39 84
Miles mercator subest iudicibus mercatorum.nu.3 95
Miles malè armis vtetur, si ea ferrè dedignatur.nu. 15 89
Miles concubinæ donare nõ potest. 19.94
Miles vectigal non soluens, vel non consignans prædium non amittit rem.5 79
Miles potest cum multis testamentis decedere.nu. 24 75
Militi capto an currant stipendia. 11 80
Militi absenti ex licentia an currant stipẽdia,nu. 11 ead.
Militi non est parcendum, cum telo ei necesse est occurere tanquam latroni. 4.96
Milites à prouincialibus nihil debent extorquere.nu.8 89
Milites rapientes in bello iniusto,non excusantur per fœdera,quo ad Deũ,22 130
Milites habent priuilegium fori.16 81
Milites stantes manducare iussi quàm diu militarent.n.79 107
Milites contenti sint suo stipendio.13 89
Milites damnati ob pullum surreptum,nume.82 108
Milites non possunt ex commeatu castris abesse vltra triginta dies.nu.6 111
Milites agrum emere non possunt in prouincia in qua militant.nu.5 93
Milites togati non absunt à puluere, & labore castrorum.nu.3 10
Milit es nostri temporis an gaudeant antiquis priuilegijs.nu.37 83
Milites cur dicti,& militia.nu.4 1
Milites non tenentur ad angarias.25 82
Milites absque dedecore castigantur à suo præposito.nu.59 105
Milites non debent vxores suas secum ducere in prouinciam.nu. 17 94
Milites prohibẽtur agrũ cõducere. 18.ea.
Milites vagabundi,& sine cõmeatu debẽt à præside prouinciæ detineri.nu.6 9
Milites donati concessione vsus speciarum.nu.16 86
Milites qui ad sonũ timpani currunt ad bellum,nihil curantes de iustitia,sunt in manifesto statu damnationis.nu.5 30
Milites an teneantur ad hospitationem si domum habeant.nu.26 82
Milites nõ debent damno afficere insontes & si damnum dant prouincialibus in trã situ,licitè offenduntur.nu. 10 46
Milites romani ex gẽte q̃libet delecti.14.7
Milites ex priuilegio quibus gaudeant priuilegijs.nu.38 84
Milites post quot stipendia missionem acciperent.nu.35 76
Milites animalia sua non possunt immittere in pascua,vel prata aliena.n.20. 94
Milites prohibentur accusare nu.21 95
Militum numerum fraudare surreptis stipendijs,graue est crimen.nu.12 99
Militum Christianorum præceptu.12. 29
Ministeriani qui.nu.38 11
Missio honesta.nu.34 76
Mobilia & immobilia secuta pace debent restitui.nu.15 122
Momentum attenditur.nu.19 64
Monachus datus in obsidem inuitus non retinebitur.nu.18 150
Monasterium capientes, an dicantur cepisse etiam singula loca intra eum,& omnes in eo reconditos.nu.15 59
Mortuus apud hostes hæreditatem paternam transmittittit, maternã non.17.50
Mora quæ noceat,prima,an vltima.6.43
Mos ex lege Mosaica diuidendæ prædæ hostilis.nu. 5 46
Munera capiet procõsul modestissimè.8.21
Muneri publico obnoxius tenetur in quantum facere potest.nu.51 119

N

Narsetes longobardos in Italiam induxit.nu.2 8
Naturale factum attenditur magis, quàm ciuile, cùm de acquirendo quæritur vi bellica.nu.9 63
Necessitas quatenus extenditur, eatenus, & subsidium, & nihil vltra.nu.16 36
Necessitas tollit aut saltem differt priuilegium.nu.57 105
Negligentia non debet esse impunita cùm damno alij cedit.nu.4 23
Nobili viro an liceat simulata transitione hostilia explorare consilia.nu.45 103
Nobilissimi viri nõ subsunt præsidi, quo ad pœnam.nu.11 23
Nominatores officialis tenentur pro male gestis nominati.nu.3 88
Notarij principum.nu.5 10
Numerarij qui.49.12. & 11.nu.24

O

Obedientia possessionem nõ transfert ad priuationem antiquioris domini, si et ipse possideat.n.13 63
Obliuio inducitur ex causa longi temporis nume.3 61
Obsides etiam inuiti dari possunt.20 150
Obsides dantur etiam pro causa pecuniaria.nu.12 ead.
Obsides dantur nobiliores ex dantibus.numero.7 149
Obsides dantur à tenuioribus dignioribus: numero 8 ead.
Obsides qui sint.nu.1 ea.
Obsides quo iure inuenti.n.2 ead.
Obsides etiam dantur mulieres.n.3 ead.
Obsides cur dentur.n.4 ead.
Obsides statum mutant.nu.5
Offensa ex multis circunstantijs consideratur.nu.40 134
Offensa in dubio an censeatur facta ex antiqua causa, an ex noua.n.38. 134
Offensus reoffendens nõ tenetur de pace fracta, etiam si adsit clausula, rato manente pacto, vel clausula, pœna committenda toties quoties.nu.51 136
Offensus non violat pacem, si offendit offensorem.nu.44
Etiam si adsit clausula, Rato manente pacto.nu.45 135
Offendi timens licitè potest petere à iudice vt cogat inimicũ ad sibi cauendum de non offendendo.nu.33 117
Officiales maiores principum non subsunt præsidibus prouinciarum, sed soli principi.nu.19 81
Officiales an & qui possint acquirere immobilia.nu.7 93
Officium Ducis.nu.3 8
Oleum, ligna, culcitram non obligatur prouinciales tradere militi n.9 89
Opinatores, siue optimatores, aut optiones, & quæ sit verior lectio.nu.50 13
Oppida quæ sẽ hostibus dedunt, si spõte, proditionis tenentur.nu.38 102
oppida, quæ se hostibus dedũt propter magnũ metum, excusantur.nu.42 103
Ordo militum.nu.5 14

P

Pacta contra publicum bonum non sunt seruanda.nu.7 58
Pacta contra prius iuramentum non obligant.nu.8 ead.
Pacta illicitæ societatis non sunt obligatoria.nu.1 65
Pactum de inuicem succedendo valet inter milites.nu.27 82

Pactiones & societates militum super præda hostilia sunt concessæ.nu.13 59
Palatini rerum priuatarum.nu.35 11
Palatini sacrarum largitionum.nu.32. ea.
Panes ciuiles.nu.19 90
Panis & caro,atque alia iussu Imperatoris donata magnis viris.nu.22 ead.
Papa dat clericum in obsidem.nu.5 15
Secus tamen in Episcopo.nu.15 16
Papa cogit principes ad pacem.n.72.139
Par ratio si viget vtrinque,tunc insolidum fit exactio priuilegio non obstante, quia prefertur qui tractat de damno vitando. nume.53 119
Parricidium pro simplici homicidio.n.8.25
Pax est vnica,non tot paces quot personæ. nume.112
Pax non dicitur violari ex leui re, neque etiam ex graui suspicione.nu.28 132
Pax an comprehendat adhærentes contrahentium.nu.1 127
Pax est stricti iuris sicut trãsactio.n.2.127
Pax quid.nu.10 121
Pax aliud quàm inducia.nu.2 61
Pax a vitijs.nu.7 121
Pax non est absque iustitia.nu.3 28
Pax an sit necessaria ab omnibus hæredibus, si ex statuto prodest pax.nu.54.137
Pax obligat successorem.nu.30 132
Pax est quærẽda et amplectẽda.nu.5. 121
Pax cum restitutione rebellium continet etiam defunctos.nu.74 140
Pax non violatur si noua causa nouam offensam inducat.nume.35 135
Pax an violetur ex offensa adhærentis qui nũdum ratam eam habuerat.nu.43.135
Pax an violetur ex adulterio aut furto. nume,37 134
Pax an fieri possit ita vt offendens det se in manum offensi ad eius discretionem. numero.65 139
Pax est ad instar restitutionis in integrum nume.16 122
Pax duarum villarum restringitur quo ad homines illius æui.nu.50 136
Pax pro adhærentibus an contineat adhærentes postea factos.nu.33 133
Pacis encomium.nume.6 121
Pace facta, alteri occidunt vnum ex alijs, & domum eius expoliant, an duplex pœna conuentionalis committatur. numero.111 144
Pacem non violat qui aufert lucrum à se proueniens.nume.29 132
Pacẽ facere partes cogi possũt.n.71. 139
Panem an faciant syndici pro iniuria ciuitatis.nume.63 139
Pacem si vis para bellum.nu.8 121
Pacẽ tutor an faciat p̃ pupillo.n.56. 137
Pater donat filio,& vxor viro in castrensem vsum.nume.2 70
Pater filium pœnæ offerens,liberat eum pœna.nume.2 98
Pater filium obsidẽ dare non põt.n.19.148
Pater pacem facere potest pro filij iniuria. nume.59
Quid è contra, an filius pro facta patri viuenti.nu.60 138
Pauci milites in loco reperti non dicuntur cum iure belli quæsiuisse.nu.7 63
Peccari quàm minimum oportet in re militari.nu.86 108
Pecuniam mutuans officiali,dicitur eum corrumpere.nu.11 94
Pœna ex conuentione qualiter distribuatur.55 137
Pœna adiecta matrimonio non extenditur ad sponsalia.nu.28 116
Pœna an applicetur offenso,an verò omnibus contrahentibus.nu.47 135
Pœnæ omnes in principe sunt arbitrariæ. nume.94 143

Pœnæ militares.nu.73 107
Pœnæ pro ducum seueritate, & natura imponuntur.nu.77 ead.
Pœnæ omnes in principe sunt arbitrariæ. nume.87 108
In pœnalibus non recedimus à verborum proprietate.nu.27 116
Perduelles.nu.3 1
Perfugæ patiuntur maximam capitis diminutionem.nu.26 101
Perfugas non expedit principibus contemnere.nu.35 102
Pensionis remissio propter bellum an fieri debeat.nu.10 67
Peregrini sunt tuti à captiuitate.n.5. 38
Periculum vbi est in mora, capitur pecunia vbi est magis parata, sed debet postea fieri peræquatio.nu.10 35
Perpetuum dicitur quod est concessum ad beneplacitum principis.nu.8 93
Personæ quæ sint quæ habent priuilegium ne exigantur nisi in quantum facere possunt nume.50 119
Piratis non denunciandum bellum.n.1.39
Piratę possunt impunè à quocunque offendi.nu.2. 39
Plus et minus non faciunt differre specie. nu.12. 94
Populus qui non recognoscit superiorẽ potest bellum indicere.nu.3 3
Populos alienos propter suam necessitatẽ non potest princeps grauare, etiam si de facto possit.nu.18 36
Possessio quare magis à corpore, quàm ab animo sit dicta.nu.10 63
Pessessio solo animo, aut solo corpore nõ acquiritur.nu.6 ead.
Possessio & desiderium tuum inter se discrepant.nu.11 69
Postliminium est de iure gentium.nu.1. 48
Postliminium pacis & belli, nu.8 49
Postliminium quid.nu.2 48
Postliminium quibus competat.nu.3. ea.
Præcedit, cæteris paribus, is qui prius est dignitatem adeptus, aut qui prior literas obtinuit.nu.3 16
Præda aliquando absolutè fit capientium. nume.4 45
Cum prædonibus non agitur iure gentium. numero.12 5
Prædia amissa propter bellum in pace debent restitui.nu.14 122
Præfectus vigilum.nu.4 16
Præfectus prętorio orientis.nu.1 15
Præfectus prætorio cui comparetur ex hodiernis magistratibus.nu.6 ead.
Præfectus prætorio Affricæ.nu.5 15
Præfectus fabrùm.nu.5 16
Præfectus prætorio Illirici.nu.2 15
Præfectus prætorio Italiæ.nu.3 ead.
Præfectus prætorio Galliarum.nu.4 ea.
Præfectus operum.nu.8 16
Præfectus laborum.nu.7. ea.
Præfectus ætatis.nu.3 ead.
Præfectus præsidio, qui patitur hostes prædari, cùm possit prohibere, grauiter punitur.nu.109 144
Præfectus prætorio prærogatiuę.nu.7. 15
Præfectus vrbi quando primo institutus. nu.1. ead.
Præfectus dedens præsidium etiã metu vix excusatur.nu.65. 106
Præfectus castrorum.nu.6 16
Præfectus prætorio, vrbi, & magistri equitum & peditum æqualis dignitas.n.2.ea.
Præfecti thesaurorum.nu.7 18
Præfecti nomen generale.nu.9 16
Præfecti vrbi potestas.nu 2 ead.
Prę ferri an debeat qui pluries eundẽ gessit magistratũ ei qui semel tãtũ.nu.40 18
Præferri an debeat emeritus ex priuilegio, an emeritus ex re.nu.45 19

Præferri an debeat qui prior honorarium officiorũ est adeptus, an qui posterior, prior in administratione.nu.41 18
Prælatis an liceat bellum indicere.n.8. 4
Prælium in cælo factum.nu.2 1
Præliares dies.nu.4. 39
Præmium primo ascendenti muros hostiles. cui detur si multi conscendant.nu.10. 86
Præmio et pœna Respu.sustinetur.n.1 70
Præmia emeritis debentur.nu.36 76
Præpositus sacri cubiculi æqua est dignitate cum præfecto prætorio.nu.4 16
Præpositus Bastagarum.nu.14 18
Præpositus laborum.nu.16 10
Præpositus bellis .nu.17 ead.
Præpositi stabulorum.nu.21 18
Præpositi Gregum.nu.20 ead.
Præpositi Agentium in rebus.nu.30 11
Presbyteri aliíque ecclesiastici sunt ab hostibus tuti inter christianos.nu.4 38
Præses & officium eius.nu.1 22
Præses prouincia ne exeat.nu.5 23
Præses cognoscet de sua familia.nu.6 ead.
Præses non potest deportare, & alia ei interdicta.nu.9. ead.
Præsidium quid.nu.21 100
Præsidium dedẽs hostibus, læsæ maiestatis crimine tenetur.nu.66
Præscriptio nulla currit contra ius postliminij.nu.6 48
Præscriptio non currit militibus.n.8. 79
Præstans opem duobus tenetur tantum de vno auxilio.nu.121
Pretij iniquitas arguit malam fidem in contractu interuenisse.nu.9. 93
Prætor debet in loco maiorum ius dicere. nu.4 22
Prætor spectabilis.nu.8 ead.
Prætor vnde dictus.nu.1 21
Prætoris potestas annalis.nu.3 22
Prætoris creandi formula.nu.2 21
Prœuaricatores an gaudeant beneficio pacis.nu.18 129
Primus in vrbe frater fratrẽ occidit.n.11 1
Primicerius, secundicerius, tertiocerius, & quartocerius qui.nu.10 6
Primicerius moriens ad hæredem transmittit salarium anni cœpti, & etiam sequentis primi.nu.15 10
Primicerij in omni schola militum.n.11 6
Primipilus.nu.11 14
Primiscrinius securitatum.nu.26 18
Primiscrinius canonum.nu.25 ead.
Primiscrinius priuatarum largitionum . nume.27 ead.
Primiscrinius beneficiorum.nu.24 ead.
Principes.nu.9 14
Princeps debet æqualiter omnes grauare, & proportionaliter.nu.9 35
Princeps caueat ne in exercitu plus habeat externarũ viriũ, quàm suarũ.n.29. 101
Princeps cùm bellum facit, non debet grauare externos populos.nu.12 89
Princeps licitè donat meretrici, licet secus sit in inferioribus militibus.nu.37 84
Princeps non debet parcere ærario suo grauando populares suos.nu.14 36
Princeps debet consumere ærarium suum, priusquam mittat manum in bursam subditorum.nu.8 35
Princeps non potest bellum indicere ei, qui superiorem recognoscit, nisi prius supremo domino denuntiet causas.nu.6 4
Princeps, etiam inferior, potest bellũ facere cõtra vasallum suum rebellem.nu.9. ead.
Princeps quilibet potest bellum indicere, qui alium non recognoscit.nu.1 3
Princeps & populus liber licitè potest auferre subdito rem suam.nu.21
Princeps abutẽs sua pecunia, illicitè extorquet à subditis etiam cum imminet necessitas.nume.15. 36

Princeps solus potest subrogare milites in locum demortuorum.n.17 90
Princeps non potest cogere subditum, aut vasallum ad seruiendum sibi in bello, si sit euidenter iniustum.n.7 31
Principis assertioni an sit credendum in tertij præiudicium.n.76 140
Principi vacanti ad bellum quomodo obediendum sit.n.1 29
Principi non est obediendum contra præcepta Dei.n.2 ead.
Principales personæ non damnantur in cõsulto principe.n.21 81
Principalis aliter obligatur quàm asecla siue adhærens.n.15 128
Priuilegium non competit, cui non congruit,n.40 84
Priuilegiati an propter bellum collectari possint.n.1 68
Priuatus cum iuramento potest consentire se obsidem dari.n.1 14
Priuatis non licet obsides dare.n.11. 149
Proconsul non delegat causas meri imperij,6 Delegat tamen vnum articulũ. nume.7 21
Procõsul extra prouinciam suã iurisdictionẽ non exercet, nisi voluntariã.n 4 ead.
Proconsul tenetur de delictis vxoris, quã in prouinciã secũ duxit.n.5 ea.
Proconsul in sua prouincia maior est omnibus.n,9 ea.
Proconsul curare debet ne quis in sua prouincia propter nimiam potentiam sit horrori cęteris.n.10 ead.
Proconsul prouincia non excedit ante aduentum successoris.n.11 ea.
Proconsul syndicatui stabit per quinquaginta dies.n.12 ea.
Proconsulis qualis potestas n.3 ea.
Procurator Cęsaris de quibus causis cognoscat. n.8 26
Procurator Cęsaris.n.1 25
Procurator fisci.n.2 ead.
Procuratoris Cæsaris potestas in iure reddendo.n.7 ead.
Procuratori Cęsaris q̃ sĩt ĩterdicta.11.26
Procuratores lanificiorum.n.11 18
Procuratores monetarum. n.13 ea.
Procuratores saltuum.22 ea.
Procuratores gineciorum.10 ead
Procuratores Baffrorum.n.12 ead.
Proditionis instar est bellum mouere sine diffidatione.n.6 37
Prohibita delatione omnis generis armorum ad hostes, an liceat deferre vaginas ensium.n.26 115
Prohibitus succedere per ius accrescẽdi an censeatur prohibitus & ab intestato.nume.17 74
Protectores.n.14 10
Prouinciales iussu Ducis licitè pugnant. nume.8 55
Prouinciales an licitè dimicent cum militibus hostibus.nu.1 55
Prouocatus ex iniuria non conuenitur iniuriarum.n.42 135
Proximi qui & cur ita dicti n.22. 10
Pueri ad militares dignitates prouecti. numero 1 78
Pueri non deberent captiuari.n.3 38
Pueri à militia excusantur.n.1 7
Pueri & senes non excusantur, cùm magna est necessitas, à militia.n 3. ead.

Q

Quantitas & qualitas quomodo intelligantur.n.46 118
Quæstura in præfectum ærarij translata. nume.6 24
Quæstor illustris.n.2 ead.
Quæstor magnificus.n.3 ea.
Quæstor idem quòd magnus Cancellarius. nume.10 25

Quæstoris

Quæstoris cura & officium.nu 5 24
*Quæstoris dignitas.nu.*12 25
*Quæstores vnde dicti.nu.*1 24
*Quæstores parricidij.nu.*7 25
*Quæstores candidati,& cancellati.*11.ea.
*Quæstorum variæ species.nu.*4 24
Quæstuarijs an fiat remissio propter bellū numero 14 68
*Quæsita per hostes & recuperata, si iterū eis quærantur, an in priorem statum incidant.nu.*28 51
*Quæ denuo emergunt non subsunt prioribus decretis.nu.*53 105
*Qui superiorem habet, debet Domino suo referre, non sua auctoritate bellum indicere.nu.*5 3
*Qui status controuersiam patiuntur, à militia arcentur.n.*2 8
*Qui facit pacem pro se, & pro suis tenetur facere.& curare quòd ratam habeāt nume.*48 135
*Qui tenetur de pęna pacis fructæ, an teneatur pœna opem pręstantis.nu.*118.146
*Quis non potest esse ex eodem facto principalis & accessorius.n.*119 ea.
*Quinquennio elapso debitor cogitur præcisè etiam per carcerem.nu.*39 117

R

*Rapta suis, etiam amissa cū hostibus, tenētur raptores restituere.*24.131
*Rapiens à commilitone prædam, tenetur ēt si possidere defierit.nu.*3 53
*Ratihabitio non debet aduersarium impediri præcipiti festimantia. nu.*46 135
*Ratio sæpè reddenda est, quia furta facilius manifestantur.nu.*4 88
*Rationalis.nu.*3 25
*Rationalis est præses computorum.n.*6.25
*Rationales rerum priuatarum.*23 18
*Rebellis notorius potest spoliari & exequi absque vlla sententia.nu.*80 141
*Rebellis bona Impetrans potest petere vt causa cognita declaretur talis,& aliter potest se opponere,& recipientur vtriusque probationes.nu.*83 141
*Rebellis etiam occultus potest impunè occidi,& post eius homicidium quęretur de eius iustitia vel iniustitia.nu.*84 142
*Rebellis ex assertione principis cum bonorum confiscatione, causa non cognita, an iustè bona recuperet.nu.*77 140
*Cum Rebelli non agitur iure gentium. nu.*5 13
*Recedens de licentia creditoris, reuersus reincidit in prius vinculum de non recedēdo.nu.*88 142
*Recidiuans magis punitur.nu.*7 98
*Recognitio vasalli non afficit possessionem Domini.nu.*12 63
*Recommenda verbum transfert custodiā. nu.*89 142
*Reconciliationis signa quæ sint.*126 146
*Reconciliationis signa debent esse certa,et concludentia.nu.*134
*Regnum non est committendum singulari pugnæ.nu.*4 42
*Reliquiæ honoris gesti remanent.*43 18
*Restitutio principis an comprehendat bona in tertium translata.nu.*21. 123
*Res empta de pecunia militis, efficitur militis.nu.*29 82
*Rex non donat loca regni inuitis populis, neque inconsultis proceribus.n.*32. 132
*Rixæ est auctor, qui iracundiam prouocat. nu.*41 135
*Romulus dimicauit singulari certamine cū Tatio Sabinorum Rege.nu.*1 42
*Romani milites trecētis plus armis suo sumptu militarunt.nu.*1 87
*Romanis peditibus quando primum ceptū dari stipendium.nu.*2 87
Romani quando primum argenteos nummos

mos cadere cæperunt nu.3 87
Rorarij.nu.14 14
Rustici tuti sunt ab hostibus vnà cum eorũ animalibus.nu.7 38
Rustici in milites atrocissimi.n.2 55

S

Saluusconductus non extenditur ad debitum iuratum.nu.63 120
Saluum conductum concedens tenetur dã na illata impetrãti sua culpa, & in sui iniuriam sarcire.nu.64 120
Saluus conductus generalis non extenditur ad crimina.nu.59
Neque ad fiscalia debita.nu.60
Neque datus furi prodest si de nouo cõ trectet.nu.61 120
Saluumconductum impetrans bene consideret verba,& bene sibi consulat, nu 8 & nume.10. 111
Saluusconductus est fragilis cautio.9.ea.
Saluumconductum iudex an possit concedere.nu.10 ead.
Saluusconductus nõ publicatus nõ prodest bãnito,quin licitè occidatur si id fiat per statuta.vide etiam in titulo pacis fed. ad quos extenditur.nu 10.112 n.11
Saluus conductus datus pro vehendis lignis,extenditur ad ea inuestigandum & perquirendum.12 ea.
Saluus conductus datus marito cum rebus suis, prodest vxori venienti cum rebus mariti absque eo.nu.13 ead.
Saluus conductus datus pro eundo ex Pisis Parmam, comprehendit etiam territorium ipsum Pisarum esto quod sit hostile nu.14 ea.
Saluus conductus datus Petro&, eius socijs,non prodest quin inter se ipsos agãt, et se conueniant eo non obstãte.15.113
Saluiconductus verba debent strictè interpretari.nu.16 ead.
Saluũcõductum dat solus princeps.17.ea.
Saluusconductus tacitè extenditur ad familiam necessariam impetranti.29.116
Saluusconductus concessus tempore inducierũ,an extendatur ad tempus belli interim superuenti.nu.30 ead.
Saluumcõductum iudex delinquenti an dare possit.nu.31 ead.
Saluusconductus non prodest nouum committenti delictum.nu.32 117
Saluusconductus datus pro eũdo non semper censetur datus pro redeundo 21.114
Saluuscõductus datus Titio & quatuor socijs,continet ẽt socium Iudæum.22.ead.
Saluusconductus datus nõ obstantibus criminibus,& condemnatione facta,ac alijs contra honorem patratis,comprehendit etiam crimina occulta.nu.7 111
Saluusconductus datus pro eundo à Tauri no Romam,non comprehendit ipsum locum à quo.nu.19 113
Saluusconductus cur ita dictus.n.1 110
Saluumconductum dare cui spectat ter latè distinguitur.nu.2 110
Saluusconductus debitori potest dari per creditorem.nu.35 117
Saluus conductus an expiret per primum actum.nu.24 114
Salus non est in gladio,neque in hasta.nume.4 28
Saluti propriæ licet consulere quando vis est cui resisti non potest.nu.61 106
Secretarij.nu.8 10
Seditionis concitator capite puniendus.nume.49 104
Seditiosi milites qualiter puniẽdi.50.104
Sedium quærendarum causa mouentur bella.nu.6 28
Segnities militis est in crimine.63 106
Senes à militia excusantur.nu.2 7
Seruus non potest à milite instituí sine libertate

bertate.nu.3 93
Serui militia arcentur.nu.8 6
Serui à seruando dicti.nu.7 40
Seruitutes & postliminia iuregentium indu
Eta sunt,non iure Romano.nu.4 3
Sestertius quid.nu.3 77
Seueritas in re militari misericordia est me-
lior.nu.81 108
Scholæ vndecim militares.nu.9 6
Sextarius quid.nu.21 90
Scriniarij qui.nu.27 11
Silentiarij.nn.6 10
Silentiarij sunt spectabiles.nu.10 ea.
Silentiarij vacabant excubijs principis.nu-
mero.12 ead.
Silentiarij cur dicti.nu.7 ead.
Silentiarij idem quod consiliarij principis.
nume.9 ead.
Silentiarij idem quod decuriones principis.
nume.11 ead.
Socius propter socium priuilegiatum non
vtitur nec gaudet priuilegio.nu.6 96
Socius an socio communicet quæsita ex socie
tate altera.nu.3 65
Societas non debet claudicare.nu.4 66
Socij in materia saluiconductus qui dican-
tur.nu.23 114
Societas illicita non valet.nu.2 65
Societatis intempestiua solutio non concedi
tur.nu.10 34
Solatium militis quid.nu.6 88
Solomon contraxit affinitatem cum infide-
li.nu.2 44
Soldata & feudum de caneu.nu.23 90
Soluēdo qui est pōt bonis cedere.n.39. 118
Somnus non excusat etiam quandoque à
morte.nu.96
Spurius an accuset, an etiam pacem faciat
de nece patris.nu.64 139
Sp. Posthumius Sānitibus deditus.n.4.37
Spurium filium non potest pater miles insti-
tuere.nume.4 93
Statuæ equestres.nu.3 86
Statutum quod cessio fiat cum dedecore an
valeat.nu.41 117
Stigmata militum.nu 4 6
Stipendium peditis Romani quantum es-
set.nu.5 87
Stipendium æquitis Romani quantum es-
set.nu.6 ead.
Stipendia militum Romanorum præstaban-
tur partim in pecunia, partim in specie-
bus, id est, vestibus, cibarijs, & eiusmodi
rebus.nu.7 87
Stipendia intercipiens qua pœna puniatur.
nume.90 109
Stipendiorum retentio aut dilatio non est iu
sta causa deserendi, minusque transfu-
giendi nume.30 101
Stratores siue statores qui.nu.36 11
Subditi seruient domino de persona, & bo-
nis in casu necessitatis.nu.6. 35
Subditi vasalli non tenentur iurare fidelita-
tem supremo domino fallit tamen vt ibi.
nume.8 32
Subditi quando possint grauari propter bel
lum.nume.1 35
Subdito non potest prohiberi ne vadat quo
vult.nu.4 55
Subdito nulla ex causa licet transfugere.
nume.27 101
Submittens se bonæ gratiæ nō potest in per
sonam puniri.nume.67
Idem si se submittat volūtati.n.68
Aliàs debet reponi in priorem statum.nu-
mero.69 139
Subrogatum est eiusdem naturæ cum eo,cu-
ius loco est subrogatum.nu.3 68
Substitutus debet esse æque idoneus. nu-
mero.5 35
Suspicio & timor belli an prosit ad remis-
sionem pensionis.nu.15 68

T

Tabulæ pupillares quando valeãt patre seruo hostium effecto, & quid si filio? nu. 25 51
Talea secundũ Baldũ est reiterabilis. 8. 57
Talea hodie successit loco seruitutis. 6. 54
Talea semel imposita nõ põt augeri. 1. ea.
Talea succedit loco seruitutis. n. 6 57
Taleæ ius in captiuum an cedi possit alteri. nu. 2 54
Tempus quantum intercedere debeat à diffidatione ad bellum. nu. 8 37
Testes duo in testamento sufficiunt, hoc tamen intellige vt ibi. nu. 9 71
Testamentum imperfectum posteà factum irritat primum solenne, nu. 25 75
Testamentum à pagano conditum valet iure militari, si ita velit miles posteà factus nu. 23 75
Thesaurenses qui. nu. 33 11
Thesaurarius principis est inter primos magistratus. nu. 18 81
Tiro mitius punitur. nu. 6 98
Tirones non debent veteranis anteferri. nu. 13 7
Togata militia. nu. 1 10
Transfuga proditori similis. nu. 9 99
Transfuga crimen læsæ maiestatis cõmittit. nu. 43 103
Transfugæ est similis, qui cũ potest ad suos non reuertitur. nu. 16 100
Transfugere an liceat ab vnis ad alios aliqua ex causa existimatiõe salua. 25. 105
Transitio ab vnis castris ad altera, vt sit in cæteris excusata, in excusabilis est tamen inconstantia. nu. 31 101
Transitio vt excusata sit maxima ex causa, & omnibus probata fiat. nu. 34 102
Transeundũ si sit, semel tantũ est. 37. 102
Trebellianica an detrahatur de bonis militis. nu. 31 76
Trebellianica et Falcidia in testamento militis locum non habet. nu. 4 79
Treuga canonica. nu. 2 39
Treuga conuentionalis. nu. 3 ead.
Treuga et treugare voces barbaræ. 1. 60
Triarij. nu. 13 14
Tribunus. nu. 2 ead.
Turcæ minima impensa in castris viuunt. nu. 14 89

V

Vacatio à militia ad tempus olim militare præmium nu. 13. & 15 86
Vasallus quibus casibus excusetur à seruitio in bello. nu. 1 31
Vasallus duorum belligerantium, cui seruiet. nu. 2 ea.
Vasallus Ligius dominum cunctis præferat nu. 3 ea.
Vasallus habens feudum non potest ab alio domino accipere feudum Ligium. 4 32
Vasallus quid faciet quando ignorat quis sit prior dominus, & antiquior. n. 5. ead.
Vasallus vasalli quando seruiat primo Domino, nu. 6 ead.
Vasallus vasalli mei nõ est vasallus meus, qualiter intelligatur. nu. 7 ead.
Vasallus in vniuersali bello debet seruire domino supremo, in particulari verò seruiet immediato. nu. 12 33
Vasallus sequitur Dominum ad bellum extra prouinciam. nu. 1 ea.
Vasallus an sequatur Dominũ in bello, ita in remotam, sicut in vicinam prouinciam nume. 2 ead.
Vasallus an ita in inuadendo sicut in defendendo, vel recuperando, sequatur dominum extra prouinciam. nu. 3 ead.
Vasallus non debet in prælio dominũ suum deserere. fallit si eum videat mortuũ, vel lætaliter vulneratum. Quid si eius præsentia non erat domino profutura? 1. ea.

Vasallus qui non potest consulere domino, licitè consulit sibi ipsi.nu. 11 34
Vasallus an sua impensa auxilietur. 1.*ead.*
*Vasallus an teneatur seruire domino ī bel lo iniusto.nu.*3 29
Vasallus potest alteri domino adhærere, si alter nō potest resistere inimicis. 11. 128
*Vasallus an cedi alteri possit pro bono pacis.nu.*31 132
*Vasallus an cognoscat de sua offensa.*7.23
*Vasalli suo sumptu debet comitari Imperatorem ad coronationem.nu.*2
Aliàs mittant substitutum idoneum. 3
*Aliàs dent dimidiū annalis reditus feudi.nu.*4. 35
*Vasalli hæredes non obligantur omnes insolidum domino seruire.nu.*10 32
*Vasalli Ducis seruiēt Regi domino Ducis, & non duci contra regem.nu.*11 32
*Vasallo grauiter vulnerato licitum est recedere. Quid si fuga eius domino nihil nocuit. Quid si dominus mortuus est ex mala cura, cùm vulnera non essent lætalia, an excusetfuga vasalli. Et quid si metu aufugit ignorans quòd dominus esset ita vulneratus.nu.*4 34
*Vasallo an liceat deserere dominum in prælio, vel bello iniusto: nu.*8 *ead.*
*Vectigalia læduntur etiam propter belli suspicionem.nu.*4 61
*Venditio rei hostilis non valet.n.*23 51
*Venditio rei occupatæ per hostes valet.nume.*24 *ead.*
*Venetia communis patria.nu.*2 3
*Verba declarātur à proferente.n.*20.114
*Verba deducto ne egeat, qualiter intelligātur.nu.*52 119
*Vestimenta quando tradendà militibus siue æstiua, siue hyemalia.nu.*5 88
*Veterani pro tironibus non debent recipi nu.*7 6
*Vexillum.nu.*12 14
*Vicarius alter à principe datus, alius qui à magistratu, neque æquali gaudet prærogatiua.nu.*3.*&*4. 19
*Vicarius Imperialis minor est Imperatore.nu.*82 141
*Vicarius est quasi imago alterius.nu.*2.19
Vicarius nolentis nemo esse potest. 11.20
*Vicarius potest reuocari etiam si sit perpetuus.nu.*5 19
*Vicarij perpetui potestas pendet à commissione ei facta.nu.*7 19
*Vicarij Imperiales qui.nu.*8 20
*Vicarij perpetui prouinciarum similes præfecto prætorio.nu.*6 19
*Vicarij nomen generale.nu.*1 19
Vicarium Imperialem an possit Imperator alij.nu 9 *subijcere, & an eū possit reuocare.nu.*9.*&* 10. 20
*Vicario potest Imperator dare correctorē, & superintendentem. Quod maximè potest, cum enormiter grauat subditos. numero.*12.*&* 13 20
*Vicus an accedat ciuitati suæ captæ in bello.nu.*8 63
*Vim vi repellere licet.nu.*4 *&* 55 29
*Vinum excusat delictum.nu.*72 107
Visu [illegible]do sufficiat ad possessionem ac-
*q[illegible].nu.*20 60
*Vita anteacta demonstrat de aīo.*23. 100
*Vltio non est permissa.nu.*5 55
*Vrgere aliud est quàm vrgeri.nu.*12 36
*Vsu est comprobatum vt captus, & fideicommissus nō possit ab alio capi.n.*7.57
*Vulnus lætale qualiter intelligatur.*9. 67

X

*Xenophon in pedia principem effinxit.*8.9

FINIS.

REGISTRVM.

* ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm

Nn Oo Pp Qq Rr Sſ.

Omnes ſunt duerni.



VENETIIS Apud Franciſcum de Portonarijs,
anno à Natiuitate Domini M D LXIII.
menſis Mai, die octaua.